

BIBLIOTHECA

PATRUM GRAECOR

DOGMATICA.

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDENDAM

CURAVIT

JOANNES CAROLUS THILO,

PHILOSOPHIAE ET THEOL. DOCTOR HUJUSQUE IN ACADEMIA HALENSI PROFESSOR PUBL. ORDINAR.

Vol. I.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA DOGMATICA SELECTA.

LIPSIAE,

T. O. WEIGEL.

MDCCCLIII.

SANCTI ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA DOGMATICA SELECTA.

EX RECENSIONE

BERN. DE MONTFAUCON

CUM EJUSDEM INTERPRETATIONE ET ADNOTATIONIBUS.

PRAEFATUS EST

JOANNES CAROLUS THILO,

PHILOSOPHIAE ET THEOL. DOCTOR HUJUSQUE IN ACADEMIA HALENSI PROFESSOR PUBL. ORDINAR.

LIPSIAE,

T. O. WEIGEL.

MDCCCLIII.

PRAEFATIO.

Saepius et alios querentes audivi et ipse conquestus sum, opera celeberrimorum ecclesiae patrum, quorum summa fuit in dogmatibus fidei definiendis et stabiliendis auctoritas, propter raritatem exemplarium et pretii quo veneunt magnitudinem paucis tantum viris doctis ad manum esse, nec delectos ex illis prostare eos libros dogmatici et polemici argumenti, quibus praeter conciliorum acta in theologia historica sive dogmatum historia illustranda plurimum utimur. Pertinet haec querela maxime ad illos ecclesiae graecae theologos, qui per aetatem inter concilia Nicaenum et Chalcedonense interiectam, qua controversiae gravissimae de fundamentis veritatis divinae, de mysteriis trinitatis et incarnationis dei, tractatae sunt, scriptorum multitudine et praestantia immortalitatem nominis sibi pepererunt. Quotus enim quisque est, qui opibus abundet et cui contingat, ut meliores editiones Parisienses operum Athanasii, Basilii Magni, Gregoriorum Nazianzeni et Nysseni, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, Theodoreti, aliorum, quae partim etiam in publicis bibliothecis frustra quaeruntur, sibi comparare possit? Nec tamen illis editionibus emendatioribus et instructioribus sine incommodo carebit, qui in lectione et usu patrum diligentiam atque accurationem criticorum sicut decet aemulari cupit, ut ex scriptis genuinis et quantum id fieri potest integritati suae restitutis veram illorum in dogmatibus fidei assequatur sententiam, neque falsariorum fraudibus vel librariorum erroribus vel interpretum incuria et imperitia de veritate deturbetur. Nam ut taceam etiam vetustiores minorisque aestimatas editiones nunc raro extare, in iis passim desunt scripta, quae postea ex codicibus manu scriptis viri docti eruerunt, adulterina et supposititia cum genuinis commiscentur, ipsa genuina, quae proferuntur, lacunis interpolationibus mendisque scripturae magis minusve depravata sunt, denique desiderantur pleraque omnia criticae recensionis atque interpretationis historicae subsidia et adiu-

menta, quibus imprimis monachi Benedictini ex congregatione sancti Mauri suas patrum editiones exornaverunt. Pars quidem optimarum editionum Parisiensium saeculo praeterito in Italia Venetiis et Patavii, aliae nuper Parisiis typis recusae sunt, sed exempla repetita non multo minoris venduntur quam archetypa nec facilius studiosis ad manus veniunt. Bibliothecae autem patrum quae appellantur, velut locupletissima Gallandiana, non complectuntur patres maiores, quorum opera pluribus voluminibus constant, et in aliis eius generis collectionibus, quae nostris temporibus inchoatae sunt et particulatim venales habentur, scripta dogmatica illorum ecclesiae graecae theologorum aut non reperiuntur, aut latine tantum exhibentur. Sic *Bibliotheca sacra patrum ecclesiae graecorum*, quam Car. Ern. Richterus Lipsiae a. 1826. edere coepit, non ultra tertiam partem Clementis Alex. opera continentem processit, et *Bibliotheca patrum ecclesiae catholicae, qui ante Orientis et Occidentis schisma floruerunt*, Oxonii ab a. 1838. sumtibus Parkeri excusa paene tota constat scriptis exegeticis. Insunt enim octo vel novem voluminibus, quae adhuc comparuerunt, Augustini confessiones, Chrysostomi homiliae in Matthaeum atque in epistolas Pauli ad Corinthios et ad Romanos a F. Fieldio editae, Theodoreti commentarius in Pauli epistolas. Quae vero Parisiis ab a. 1829. prodiit *Collectio selecta ss. ecclesiae patrum complectens exquisitissima opera tum dogmatica et moralia, tum apologetica et oratoria*, cuius plus quam centum et triginta volumina cura et studio A. B. Caillau et M. N. S. Guillon edita sunt, ea non graecum textum, sed latinas, quae exstabant, interpretationes scriptorum Origenis, Athanasii, Basilii, Gregorii Naz. aliorumque praebet. Neque altera collectio Parisiensis, quae *Patrologiae cursus completus* inscribitur, copiam facit legendi patres graecos, quum editor eius J. P. Migne solos latinos patres scriptoresque ecclesiasticos secundum saeculorum quibus vixerunt ordinem typis denuo exscribendos curet: in qua opera nunc evulgatis nonaginta circiter tomis usque ad saeculum nonum progressus est. Quo igitur rariores sunt editiones scriptorum quos nominavi et pretiosiores, quam ut a plerisque eorum, qui accuratiorem dogmatum notitiam ipsis ex fontibus haurire velint, acquiri possint vel conquiri, et quo minus fieri unquam potest, ut magna volumina parvo venditentur et latius divulgentur, eo aegrius ferimus ne delectum quidem librorum potiorum institutum esse, qui desiderium integrorum operum propemodum expleat. Ac profecto mirari licet, quod inter tot viros doctos, qui in scriptis patrum ad frequentiorem et faciliorem usum transferendis operam collocaverunt, nemo ad hos fidei orthodoxae patres ac statores, quorum sanctam cohortem ducit Athanasius, claudit Joannes Damascenus, animum videtur

advertisse idque sibi proposuisse, ut praecipuos eorum tractatus seligeret et iunctim ederet, quo theologis paratiores essent. Id vero ne temere dictum videatur hoc consilio, ut meam qualemcunque operam novitatis titulo lectoribus commendem, bibliothecas patrum selectas opuscula dogmatica continentes et chrestomathias patristicas accuratius percensebo. Ita simul apud lectores illud exsequar officium recognoscendi studia et merita eorum, qui nobis auctoritate sua in opere faciundo praeiverunt: quod officium nunc haud pauci ignorant aut negligunt.

Qui in historia theologiae litteraria versati sunt, sciunt collectiones scriptorum ecclesiasticorum, quae promiscue bibliothecae patrum dicuntur, pro diversis editorum consiliis delectu librorum multum differre diversaque ratione esse compositas. Aliae enim varios veteris et mediae aetatis scriptores ecclesiasticos, qui pauciora litterarum monumenta reliquerunt, complectuntur eorumque opera quae supersunt omnia continent aut secundum certas materiarum classes aut ex aetatum, quibus floruerunt illi, ordine digesta. Cuius generis sunt amplissimae illae *Bibliothecae patrum* Parisienses, Coloniensis, Lugdunensis, Gallandiana, quarum editores id studuerunt efficere, ut ad universam antiquitatem ecclesiasticam illustrandam quam plurima eiusdem monumenta viris doctis in usum parata instructaque paterent. Aliae angustioribus finibus concluduntur et scripta unius tantum classis vel argumento formaque vel scriptorum aetate distinctae lectoribus praebent: quas ad singularia quaedam studia theologica excitanda et sustentanda adornatas esse apparet. Inter huiusmodi bibliothecas sive collectiones patrum varie inscriptas locum obtinent eae, quibus complurium patrum tractatus dogmatici ac polemici continentur. Sicut enim exstant *Bibliothecae patrum asceticae et concionatoriae* h. e. opusculorum asceticorum et homiliarum sermonumque collectiones, ita dogmaticas quoque habemus a viris doctis ad studium theologiae dogmaticae et polemicae promovendum institutas, etsi nulla, quod ego sciam, *Bibliotheca patrum dogmatica* inscripta est. Namque eae partim prodierunt, antequam usu receptum esset collectiones scriptorum ecclesiasticorum appellari *bibliothecas patrum*, qua appellatione Margarinus de la Bigne, editor primae Bibliothecae patrum Parisiensis a. 1575. primus usus est: partim minoris sunt molis vel recentiores continent scriptores, quam ut splendidum illud nomen mereri potuerint: partim ad singularem quendam usum destinatae et accommodatae sunt, quem editores statuerunt in fronte indicandum esse. Unus Roeslerus collectionem ampliorem, de qua infra dicetur, *Bibliothecam patrum* inscripsit, nec tamen simpliciter *dogmaticam* nominavit.

Primus autem eiusmodi opus suscepit Joannes Sichardus. Is viginti circiter opuscula patrum dogmatica et polemica, quae in nonnullis Germaniae bibliothecis repererat, in unum volumen collegit, quod *Antidotum contra diversas omnium fere seculorum haereses* inscripsit et Basileae, ubi tunc rhetoricam profitebatur, typis Henrici Petri a. 1528. excudendum curavit. Aliquanto post Joannes Heroldus *Haereseologiam* ex eadem officina a. 1556. emisit, in qua pleraque ex Antidoto Sichardi repetuntur, praeterea Lactantii et Fulgentii scripta adduntur. Utrumque opus nunc obsoletum Ittigius in *Tractatu de bibliothecis et catenis patrum* p. 1. et 14. recensuit. Quae ab eodem Heroldo collecta et publici iuris facta sunt *Orthodoxographa*, ea non, ut ex titulo isto coniici possit, ad solam theologiam dogmaticam referuntur, sed ab editore ipso appellatur *theologica bibliotheca abunde satis sufficiens theologo in omnem usum futura.* Hi igitur viri quum id spectassent, ut ex disputationibus patrum contra varias haereses quasi corpus theologiae polemicae conficerent, deinceps alii selectos veterum scriptorum libros de singulis quibusdam controversiis vel locis theologicis coniunctim ediderunt et eos in fronte indicaverunt. Specimen collectionis huiusmodi dedit J. Vlimmerius Lovaniensis, qui scriptores nonnullos antiquiores *de veritate corporis et sanguinis domini in eucharistia,* Paschasium, Lanfrancum, Guitmundum, Algerum, Ivonem Lovanii a. 1561. edidit. Post hunc Josua Simlerus uno volumine formae maioris complexus est *Scripta veterum latina de una persona et duabus naturis domini et servatoris nostri Jesu Christi adversus Nestorium, Eutychen et Acephalos olim edita,* quae hoc ipso titulo inscripta Tiguri a. 1571. prodire iussit. Insunt in hoc volumine etiamnunc utili Joannis Cassiani, Leonis Magni, Gelasii, Boëthii, Vigilii Tapsensis, Fulgentii Ruspensis, Rustici diaconi de illo dogmate scripta: praeterea Justiniani imperatoris edictum rectae fidei confessionem continens et Joannis Maxentii libellus fidei aliaque eiusdem opuscula. Eodem fere tempore sylloge scriptorum de s. trinitate a Theodoro Beza Genevae apud Henr. Stephanum a. 1570. edita est, in qua, sicut titulus indicat, inveniuntur *Ἀθανασίου διάλογοι έ. περὶ τῆς ἁγίας τριάδος, Βασιλείου λόγοι δ'. κατὰ δυσσεβοῦς Εὐνομίου, Ἀναστασίου καὶ Κυρίλλου ἔκθεσις σύντομος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως,* eadem latine ex interpretatione Bezae, Phoebadii liber contra Arianos. Quae Athanasii (vel alius potius auctoris), Anastasii et Cyrilli sunt et quae Phoebadii, eorum princeps illa fuit editio. Saeculo autem septimo decimo praeterquam quod Joannes Wegelinus libellos aliquot Cyrilli Alexandrini et Joannis Damasceni atque Michaëlis Pselli ad locum de persona Christi pertinentes ex codd. mss. Augustae Vin-

del. a. 1611. evulgavit, duo tantum celebriora opusculorum dogmaticorum syntagmata lucem publicam adspexerunt. Utrumque quaenam contineat, in fronte declaratur. Unum eorum inscriptum est: *Veterum auctorum qui IX. saeculo de praedestinatione et gratia scripserunt opera et fragmenta nunc primum in lucem edita cura et studio Gilberti Mauguin.* Editum id est Parisiis a. 1650. duobus tomis. Alterum est Leonis Allatii *Graecia orthodoxa* Romae a. 1652. et 59. duobus tomis, in quibus recentiores ecclesiae graecae scriptores *de processione spiritus s. et aliis* agentes, Nicephorus Blemmida, Joannes Veccus aliique in titulis utriusque tomi nominati continentur.

Saeculum superius atque etiam hoc nostrum satis quidem ferax fuit collectionibus monumentorum veteris ecclesiae, sed eae paene omnes anecdotis, quae ad varias disciplinas theologicas resque ecclesiasticas spectant, implentur. Paucae ita institutae sunt, ut aut omnino aut maiore ex parte libris dogmaticis atque polemicis constarent. Tales omnino sunt collectiones, quae duobus ecclesiae romanae theologis litteratissimis, Josepho Mariae Tommasi R. E. Cardinali et Petro Francisco Foggini, bibliothecae Vaticanae custodi, debentur. Illius *Institutiones theologicae antiquorum patrum* sine editoris nomine a. 1709—12. III. voll. ex typographia Congregationis de propaganda fide vulgatae sunt. In primo volumine post praemissas Leonis, Innocentii III. et Gregorii M. epistolas, quibus lectio patrum ecclesiae commendatur, lectoribus exhibentur Tertulliani liber de praescriptionibus adv. haereticos, Gregorii Naz. or. XXVI. et XXXIII. sive prima theologica, Vincentii Lerinensis commonitorium: in secundo Cypriani liber III. testimoniorum ad Quirinum et Basilii M. Ascetica, liber de iudicio dei, de vera ac pia fide, nec non eius Moralia: in tertio Epiphanii Ancoratus et Anacephalaeosis emendatiores quam in ed. Petavii. Reliqua quae voluit volumina quominus ederet, vir eminentissimus morte praematura impeditus est. Altera collectio ab Fogginio adornata Romae apud fratres Palearinios ab a. 1754. septem tomis prodiit hac inscriptione: *SS. Patrum opera selecta de gratia dei et praedestinatione sanctorum.* Primo tomo et secundo separatim venalibus *S. Augustini opera selecta* exhibentur, sequentibus Prosperi Aquitani, Fulgentii aliorumque potiora eiusdem argumenti opuscula, quae nolo singula enumerare. Meritis laudibus Schoenemannus editionem hanc praedicavit non modo nitidissimam et forma descriptioneque usui aptissimam, verum etiam emendatissimam. Vid. *Biblioth. historico-liter. patrum lat.* Tom. II. p. 189. Contra nonnisi maiore ex parte huc pertinent *Sanctorum patrum opera polemica* ab Francisco Oberthür *ad commodiorem usum edita* Wirceburgi a 1777—94. XXXIV. Voll. Etenim quod non promittit titulus hic ge-

neralis, vir doctus opera omnia apologetarum graecorum saec. II. et Clementis Alexandrini atque Origenis, item Tertulliani, Cypriani, Lactantii, Hilarii cum opusculis Minucii Felicis, Novatiani et Optati Milevitani ad exemplaria optimarum editionum typis denuo describenda curavit. Atque id quo consilio fecerit latius patente, ipse in epistola ad Franc. Antonium Vitale, Tertulliani Operibus praefixa exponit. Insunt igitur non solum libri polemici tum contra gentiles et Judaeos, tum contra haereticos et schismaticos conscripti, sed etiam tractatus de dogmatibus, moribus aliisque rebus ecclesiasticis et commentaria in scripturam sacram. Nobilissima vero opera polemica patrum graecorum saec. IV. et V. ab ista collectione, quae non absoluta est, absunt. Idem existimandum est de aliis quibusdam collectionibus minoribus, quae etsi id non in fronte prae se ferunt, tamen iis potissimum destinatae sunt, qui dogmata veteris ecclesiae ex patrum scriptis accuratius cognoscere cupiant. Cuius generis sunt *Opuscula patrum selecta* cum praefatione A. Neandri duabus partibus Berolini a. 1826. et seq. sumtibus Franclini emissa, et quae Oxonii a. 1840. iterum duobus tomis prodierunt *Scriptorum ecclesiasticorum opuscula praecipua quaedam* ab Mart. Josepho Routh, celeberrimo *Reliquiarum sacrarum* editore, recognita notisque illustrata. Illorum in parte priore insunt Clementis Alex. scriptum *τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος;* epistola ad Diognetum, Augustini libellus de catechizandis rudibus atque Tractatus XI. et XII. in ev. Joannis: posteriore eiusdem Augustini scripta aliquot ad controversiam Pelagianam pertinentia. Quae praeter illas promissae erant quatuor partes, lucem non viderunt. Alterius autem operis institutum maxime, nec tamen omnino ad rationes dogmaticas et polemicas accommodatum esse editoris praefatio docet atque ipsa opusculorum series, quorum pleraque dogmatici et polemici sunt argumenti. Etenim praeter Irenaei regulam fidei et epistolae ad Florinum fragmentum ibi exstant scripta Hippolyti contra haeresin Noëti, Tertulliani de praescriptione haereticorum, Cypriani de idolorum vanitate, Arnobii disputationum adversus gentes liber primus, Lactantii epitome institutionum divinarum, Athanasii expositio fidei, excerpta ex epistola Chrysostomi ad Caesarium et ex opere Gelasii de duabus Christi naturis, Cyrilli Alex. epistola synodica adversus Nestorium, Joannis Antiocheni epistola ad Cyrillum, denique symbola et canones priorum quatuor conciliorum oecumenicorum cum definitione fidei a sexto proposita. Reliqua a viro doctissimo in syllogen hanc recepta partim ad officia et mores Christianorum, partim ad quaestionem de antiqua romani praesulis auctoritate spectant, velut nobilissima Firmiliani epistola. Alia quae multorum manibus nunc teritur collectio, *Bibliotheca patrum*

ecclesiasticorum latinorum selecta, qua auspicanda Gersdorfius, bibliothecae acad. Lips. praefectus, theologiae patristicae studiosos sibi devinxit, non iis terminis circumscripta est, ut bibliothecis patrum dogmaticis ac polemicis annumerari possit.

Peculiarem vero inter easdem locum sibi vindicat, quae ab Christ. Frider. Roeslero edita et hoc praenotata est titulo: *Bibliothek der Kirchen-Väter in Uebersetzung und Auszügen aus ihren fürnehmsten besonders dogmatischen Schriften sammt dem Original der Hauptstellen und nöthigen Anmerkungen.* Lipsiae a. 1776—86. X. Voll. Etenim differt ea ab reliquis, quas descripsi, omnibus eo, quod scripta patrum graecorum et latinorum non integra exhibet utroque sermone, sed particulatim et carptim in germanicam translata linguam. Ceterum quo consilio talis bibliotheca ab Roeslero composita sit, ipse in praefatione primo volumini praemissa lectores edocuit. Profitetur ibi se theologis eruditioribus, quorum plurimum intersit monumenta veteris ecclesiae excutere, opera sua prodesse velle: quippe inter quos noverit multos variis difficultatibus impediri, quo minus debitum his monumentis studium impendant et fructus ex eo provenientes percipiant. Nonnullos enim minus peritos esse veterum linguarum artisque criticae et minus instructos ab historia, quam ut sine duce in lectione patrum procedere possint: alios inopia librorum laborare, quod editiones patrum meliores propter raritatem et magnum pretium paucorum in manus veniant: denique quum scripta eorundem partim sint intellectu difficiliora, partim maioris voluminis, alios multos, quibus fortasse non desit assiduitas, otium non habere ad ea legenda et ad campum eruditionis patristicae, qui latissime pateat, emetiendum. His igitur omnibus ut adiumentum et subsidium paret, id in Bibliotheca patrum edenda propositum sibi esse ait simulque significat, cur patres germanice loquentes fecerit. In deligendis autem libris et in excerpendo sedulo se curasse affirmat, ut nihil praetermitteretur eorum, quae ad historiam doctrinae christianae illustrandam valeant: hunc ad usum etiam verba graeca et latina locorum id genus classicorum ad marginem apposita esse et plerasque observationes suas eodem referri. Itaque vir ille doctus, quem Semleri exemplo in historia dogmatum tractanda singularem industriam posuisse scimus, id potissimum efficere studuit, ut theologi omnes, qui per illam historiam in theologia dogmatica proficere cuperent, ipsi ex patrum scriptis minore temporis dispendio ac faciliore opera cognoscere possent, quae publica veteris ecclesiae quibusvis temporibus fides fuisset, quid celeberrimi eius doctores de unaquaque quaestione imprimis difficili aut obscura sensissent, qui errores per haereticos diffusi essent et ex quibus

fontibus fluxissent, quomodo controversiae exortae et tractatae, denique quomodo in his paulatim dogmata sacra uberius explicata atque accuratius determinata et limata essent. Quod quidem operis institutum etsi non his ipsis verbis in praefatione declaratum est, certe ex universis studiis ab auctore ad id collatis cognoscitur. Ac profecto Bibliotheca Roesleriana ita comparata est, ut largam et idoneam theologiae historicae materiam praebeat. Primis quatuor voluminibus excerpta continentur ex scriptis patrum, qui ante concilium Nicaenum floruerunt: sex reliquis comprehenduntur opera patrum saeculorum IV. et V. et scriptorum quorundum posterioris aetatis eodem modo in angustum coacta. Neque vero omnia exponuntur opera, sed, sicut titulus quem supra posui, indicat, praecipua tantum, maxime dogmatica. In quo tamen observandum est dogmatica hic dici omnia veteris ecclesiae monumenta, in quibus de dogmatis theologicis quomodocunque disseritur. Quo sensu id monumentorum genus latissime patet nec solos complectitur libros dogmaticos, in quibus de industria aut singula doctrinae christianae capita pertractantur aut universa sicut inter se apta colligataque sunt illustrantur, sed praeterea apologeticos atque polemicos, quorum auctores dum veritatem divinam ab adversariorum ecclesiae calumniis et haereticorum erroribus vindicant, eam ipsam data occasione explicant et argumentis rationibusque stabiliunt. Neque interest quidquam, utrum illi libri formam commentationis vel tractatus habeant, an aliam sive orationis, sive epistolae, sive dialogi, dummodo sint argumenti dogmatici et lucem afferant dogmatum historiae. Qua ratione etiam ex tomis Origenis in evangelium Joannis et ex Eusebii, Theodoreti, Evagrii commentariis de rebus Christianorum, praeterea ex actis nonnullorum conciliorum selecta capita proponuntur. De ipso librorum delectu non est quod hic dicam eosque singulos persequar.

Inter chrestomathias patristicas varie inscriptas una tantum, quod ego sciam, reperitur, quae collectionibus patrum dogmaticis adnumerari potest, nisi *Opuscula patrum* Berolini et Oxonii edita, quae supra commemoravi, vel adeo *Collectionem selectam* ab A. B. Caillau Parisiis publicatam huc referri velis. Notata illa est hoc indice: *Chrestomathia patristica ad usus eorum, qui historiam dogmatum christianorum accuratius discere cupiunt, adornata a Jo. Chr. Guil. Augusti.* Prodiit Lipsiae a. 1812. duobus voluminibus. Priore volumine graeco continentur Justini Martyris ex libro de resurrectione quae supersunt, Irenaei regula fidei, praefatio Origenis in opus de principiis, Eusebii ad historiam ecclesiasticam prooemium, Athanasii tractatus de incarnatione verbi dei apologeticus et eiusdem professio fidei sive oratio περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ θεοῦ λόγου, Cyrilli Hierosol. catechesis

quarta, Gregorii Nyss. oratio catechetica, denique ex Joannis Damasceni opere dogmatico selecta capita de deo et Jesu Christo. In posteriore latino occurrunt Tertulliani, Cypriani, Lactantii, Hieronymi et Augustini delecta quaedam opuscula. Utraque et graeca et latina, ut editor in praefationibus more suo satis verbose declaravit, collecta sunt eo consilio, ut corpus quoddam doctrinae christianae vel summarium theologiae tum graecorum tum latinorum patrum ex illis efficeretur. Destinata autem est chrestomathia maxime iuvenibus, *qui ad historiam dogmatum christianorum recte discendam paulo ulterius, quam praelectionibus academicis fieri potest, progredi et viam ad propriam patrum ecclesiasticorum lectionem sibi praeparare cupiunt.* Hunc ad usum delectus scriptorum, quem fecit Augustius, maximam partem accommodatus videtur et liber, qui non raritate magnove pretio studiosorum de manibus excutitur, ab oblivione qua iam intercipitur vindicandus esset et commendandus illis, si liberior a mendis typographicis prelo exisset. Eorum enim tantus est numerus, ut paene necessarium sit singula scripta, antequam legas, ad exemplaria optimarum editionum recognoscere et emendare: id quod ipse olim expertus sum, quum Gregorii orationem catecheticam in collectione illa descriptam sodalibus seminarii theologici proposuissem explicandam. Promissum tertii voluminis, in quo *locos communes ex patribus universis* exhibere volebat, Augustius non exsolvit. Quae praeter Augustianam exstant Chrestomathiae patristicae, earum partim selecta patrum scripta vel capita ad alias quasdam disciplinas theologicas illustrandas studiosis suppeditant, partim factae sunt usibus eorum, qui sibi notitiam aliquam variorum patrum comparare, hoc est eorum ingenium, doctrinam, disputandi rationem, scripturae sacrae interpretationem, eloquentiam cognoscere cupiunt. Illius generis sunt Hermanni Olshausen *Historiae ecclesiasticae veteris praecipua monumenta*, Jo. Caspari Orelli *Selecta patrum capita ad εἰσηγητικὴν sacram pertinentia*, Ludovici Pelt et Henrici Rheinwald *Homiliarium patristicum.* Ad alterum genus referuntur C. F. Matthaei *Novae ex Joanne Chrysostomo Eclogae,* Joannis van Vorst *Joannis Chrysostomi selecta,* H. J. Royaards *Chrestomathia patristica,* Lud. de Sinner *Novus ss. patrum graecorum saeculi quarti delectus.* Sunt etiam in quibus selecta patrum graecorum carmina, orationes, epistolae cum aliis poesis et eloquentiae graecae exemplaribus componuntur, velut praestantissima Joannis Patusae *Ἐγκυκλοπαιδεία φιλολογική.* Illas autem chrestomathias, in quibus loci illustres, sententiae dogmaticae, apophthegmata moralia excerptaque ad pietatem christianam facientia ex patrum scriptis colliguntur, huius loci non est attingere.

Itaque recensui omnes, quae mihi innotuerunt, bibliothecas patrum dogmaticas ac polemicas et diutius quam in animo habueram, negotio hoc satis molesto me passus sum detineri. Sed non potui quin pluribus verbis commorarer in consiliis editorum explicandis et describenda librorum materia, quam in plerisque ex solis titulis cognoscere nemo potest. Iam hac notitia lectoribus subiecta testatum est, quod volui testificari, praecipua patrum graecorum saec. IV. et V. opuscula dogmatica, quorum exemplaria supra dixi maxime desiderari, ab illis collectionibus abesse neque igitur extare talem eorum delectum, qui desiderium integrorum operum quodammodo expleat. Excipienda utique est Bibliotheca patrum Roesleriana, sicut ex universa eiusdem institutione paulo ante a me adumbrata apparet. Continet enim volumine *quinto* excerpta ex nonnullis Athanasii opusculis, ex Eusebii Praeparatione et Demonstratione evangelica atque tribus de theologia ecclesiastica libris, ex Catechesibus XXIII. Cyrilli Hierosolymitani: *sexto* ex Ancorato et Panario Epiphanii, praeterea ex Titi Bostrensis contra Manichaeos et Didymi Alexandrini de spiritu sancto libris: *septimo* epitomas scriptorum praecipuorum Basilii Magni et utriusque Gregorii, item historiae ecclesiasticae Evagrii: *octavo* summaria Cyrilli Alexandrini librorum V. contra Nestorium et unius contra Anthropomorphitas, dialogorum Theodoreti, denique Joannis Damasceni de orthodoxa fide. Atqui nemo, credo, nunc erit, qui arbitretur, Roesleriano opere desideriis et commodis theologorum, quibus ille inservire voluit, satis esse prospectum idque etiam hoc nostro tempore historiae dogmatum studiosis commendandum esse tanquam accommodatum ipsorum usibus et sufficiens. Quid? quod Roeslerus ipse sensit, in eiusmodi excerptis acquiescere non posse, qui in familiaritatem patrum intrare atque penitus in theologiam eorum se insinuare velint, et propterea graviter in praefatione exhortatus est theologos, ut, si vires ingenii suppetant et otium librorumque copia, integra patrum scripta graece et latine legant neque hoc labore supersederi posse opinentur. Etenim qui ad patrum lectionem se conferunt hac mente, ut inde accuratiorem dogmatum notitiam hauriant, non satis habent nosse, quid argumenti singula scripta habeant, id quod commode ex summariis disci potest: sed si recte officio suo funguntur, etiam in propriam auctorum cogitandi, argumentandi, philosophandi, scripturam sacram interpretandi, dicendi scribendive rationem atque in universam methodum, qua in explicandis dogmatibus usi sunt, diligentius inquirunt. Haec autem et alia cum his coniuncta animadverti et perspici non possunt, nisi integra scripta legantur et relegantur. Accedit quod qui excerptis vel selectis capitibus ab alio propositis utitur, rationes suspensas habet ex alieno

iudicio, cui se submittere, praesertim in hoc litterarum genere, intelligens quivis gravabitur. Sicut enim theologi ex partium studio et pro dissensione, quae est de dogmatibus theologicis, magnopere dissentiunt de patrum auctoritate et usu, ita vero in scriptis patrum alia aliis placent aut displicent et notanda videntur aut praetereunda. Ceterum qua mente Roeslerus studia Semleri aemulatus hoc excerpendi et epitomandi munus susceperit et exsecutus sit, antea iam breviter exposui. Nunc id unum subiicio, virum industrium haud paucos suo modo pertractasse patrum libros, qui parum conferunt ad historiam doctrinae christianae illustrandam, velut Eusebii Praeparationem et Demonstrationem evangelicam eiusque historiam ecclesiasticam, contra in aliis plurimum lucis illi historiae afferentibus compendium fecisse operae non sine fraude lectorum. Sic ex amplissimo et praestantissimo opere dogmatico Gregorii Nysseni, ex libris XII. vel XIII. contra Eunomium, non excerpsit potiora neque summam eorum ipse confecit, sed tantummodo *κεφάλαια*, summaria singulorum librorum universo operi in codicibus praescripta, germanice reddidit. Similiter de celeberrimis Augustini opusculis dogmaticis polemicisque labori pepercit, satisque ipsi fuit proposuisse Retractationum libros in germanicum conversos et passim adnotationibus historicis atque litterariis auctos. Illud vero, quod patrum graecorum et latinorum scripta nonnisi ex interpretatione germanica lectoribus hac in bibliotheca innotescunt, quantum ferat incommodi, non opus est rationibus argumentisque docere, et re ipsa iniuriam facerem theologis nostrae aetatis, si in universum id docendum susciperem. Roeslerus huic incommodo aliqua ex parte occurrere studuit eo, quod ad marginem apposuit ipsa patrum graecorum et latinorum verba, quibus aut controversiae causa vel occasio inesset aut subtilior dogmatis explicatio. Quo tamen effectum non est neque potuit effici, ut omnes voces formulaeque patribus utriusque ecclesiae in re dogmatica propriae et peculiares lectorum oculis subiicerentur, quorum vim et significationem nosse et observare oportet eum, qui veram illorum de dogmatibus fidei sententiam assequi studet. Nec quaeritur hic de solis terminis, qui dicuntur, technicis theologiae dogmaticae, quorum in usu omnes vel plerique inter se conveniunt, sed etiam de vocibus eiusmodi et phrasibus, quibus diversarum scholarum sive ecclesiarum doctores et singuli quidam patres proprio suo modo consueverunt uti. Quam ad proprietatem verborum qui non attendit, eum praetereunt subtilia illa sententiarum discrimina, quae in historia dogmatum plurimum nostra interest enotare et enucleare, quoniam in iis saepius fons vel sedes dogmatis ecclesiastici reperitur. Omnino diligens observatio usus lo-

quendi dicendique generis patrum, quo peculiaris eorum cogitandi sentiendique ratio et quasi forma ingenii expressa est, multum facit etiam ad rationes dogmaticas, quas secuti sunt, aperiendas. Haec igitur praesidia ad indagandam veritatem deficiunt eos, qui de doctrina veteris ecclesiae quaerentes scripta patrum non graece et latine legunt, sed versionibus utuntur sive vernaculis, sive latinis graecorum, et ex his sapere conantur. Quod vero gravissimum est, iidem variis obnoxii sunt erroribus ex imperitia vel negligentia interpretum, etiam ex partium studio, quo fides interpretum in hoc scriptorum genere etiamnunc sollicitatur. De Roesleri interpretationibus id quidem dictum nolo: sed hunc quoque interdum hallucinatum esse et a vero scriptorum, maxime graecorum, sensu aberrasse non dubitabit etiam qui non inspexerit Bibliothecam, si operis intra paucos annos confecti molem et difficultatem expenderit. Quod si igitur nec Roesleri studiis illa, quae multos ex theologis litteratis et olim desiderasse et nunc desiderare diximus, expleta sunt, profecto verendum nobis non est, ne edentes Bibliothecam patrum graecorum dogmaticam dicamur acta agere, qua ab temeritate animus abhorret. Simul autem strictim demonstravimus, cur nobis non probetur ratio Roesleri aliorumque virorum doctorum, qui excerpta potius ex patrum libris quam integra eorum scripta studiosis theologiae historicae proponenda esse censuerunt, neque putamus fore, qui nunc tale quid a nobis exspectent. Nec tamen novam aliquam nos proferre syntagmatum patristicorum speciem, quae dubitari possit an omnino sit commoda et usui theologorum conveniens, id collectionum eiusmodi, quas recensuimus, exempla docent. Alia vero est quaestio, an recte statuamus, nostris temporibus edendi operis occasionem nobis esse datam: de qua antequam dicam quid sentiam, necesse est de ipsius operis instituto vel materia et forma disseram. Id enim institutum quale sit, neque inscriptio ita indicat, ut nihil opus sit editoris professione, neque hactenus satis in hac praefatione explicatum est, etsi ab ipsa re exorsi sumus.

Primum igitur quod maximi est momenti exponam, quibus terminis collectio, quam simpliciter *Bibliothecam patrum graecorum dogmaticam* inscribere mihi placuit, sit circumscripta vel quaenam patrum graecorum opuscula dogmatica ex magna quae exstat multitudine et varietate deligere iunctimque edere propositum sit. Qua de re consilium meum ab initio praefationis ita aperui, ut in usum theologorum maxime desiderari demonstrarem delectum illustrissimorum patrum graecorum, qui quum principalia et universalia religionis christianae dogmata de trinitate et incarnatione dei in disceptatione versa-

rentur, in his ad sententiam ecclesiae explicandis et defendendis summam nacti essent auctoritatem atque posteris exemplorum, quae imitarentur, unicorum loco fuissent. Illos enim plerosque, Athanasium dico, Basilium, Gregorios, Cyrillum Alexandrinum, Theodoretum, extremo loco Ioannem Damascenum, magna reliquisse operum volumina, quorum editiones meliores propter raritatem et ingens pretium in paucorum manus veniant: id quod eo magis dolendum est, quo digniora habeantur praecipua eorundem opuscula, quae a theologis diligenter versentur et cognoscantur. Inde iam intellexerunt lectores, Bibliothecam nostram minime colligendis omnibus veteris ecclesiae graecae monumentis, in quibus dogmata theologica tractantur, destinatam esse et paratam, sed intra arctiores fines contineri, ut nonnisi praestantiora paucorum ecclesiae illius doctorum scripta de summis religionis christianae mysteriis ad eam pertineant. Excludentur enim non solum omnes trium priorum saeculorum patres scriptoresque ecclesiastici, sed etiam longe plurimi sequentium saeculorum, quorum scripta aut merito suo minorem habent auctoritatem et usum, aut in Bibliothecis patrum vel separatim sic edita sunt, ut opus non sit ea nunc typis renovari. Cur ab istis abstinendum esse censeamus, vix intelligentioribus significandum videtur. Nimirum de patribus, qui ante concilium Nicaenum floruerunt, satis provisum est, ut ne propter raritatem exemplarium negligantur. Si Hippolytum, Gregorium Thaumaturgum et Methodium excipias, illorum omnium editiones nunc exstant et satis emendatae instructaeque et modico pretio empturis parabiles. Scripta autem pleraque patrum posterioris aetatis, quae inter fontes theologiae historicae inferiorem locum obtinent, etiamsi nostra memoria non denuo edita sint et propter venalium exemplorum raritatem pretium habeant, non tamen magnopere desiderantur, quoniam nonnisi a paucis viris doctis attinguntur, quorum studiis singularibus exemplaria in bibliothecis publicis reposita fere sufficiunt. Itaque in universum patet, et quorumnam scriptorum libros et cuiusnam argumenti Bibliotheca complectatur, idque ex mea sententia etiam in inscriptione indicatum est. Namque nomine *patrum* illos solos appellatos volui, qui id eximie merentur quasi parentes et auctores dogmatis ecclesiastici: quemadmodum in ecclesia graeca Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus atque Chrysostomus titulo *doctorum ecclesiae* prae ceteris patribus ornantur et celebrantur, atque unus Athanasius *pater orthodoxiae* sive *orthodoxae fidei* honorifice praedicatur. Pari modo etiam quod Bibliothecam hanc nominavi *dogmaticam*, intelligi volo ex angustiore *dogmatis* notione, secundum quam religio christiana uno tantum vel duobus dogmatibus illis de trinitate et incarnatione dei continetur et a

reliquis omnibus distinguitur. Sed nondum declaravi, quas in delectu instituendo secutus sim rationes vel quas ad regulas iudicium de singulis libris vel recipiendis vel non recipiendis direxerim. In quo id maxime cavendum esse putavi, ne rem omnem ad meum arbitrium revocasse viderer. Propterea sicut de patribus ipsis, qui ad operis institutum pertinerent, ex communi ecclesiae sententia statui, ita etiam illa praecipue scripta circumspicienda et deligenda esse iudicavi, quae tanquam normam recte sentiendi et docendi ab ecclesia eiusve doctoribus prae aliis probata esse viderem. Simul vero, siquidem propositum mihi est historiae dogmatum studiosos librorum ab multis desideratorum apparatu augere, ad consilium hoc delectum accommodare studui ita, ut non negligerem libros patrum, ex quibus a viris doctis plurima ad enarrandam et illustrandam dogmatum historiam hauriri nossem.

Libri ipsi, quos sic delectos Bibliotheca exhibet, plerique sunt ex numero tractatuum *polemicorum et dogmaticorum,* in quibus veteris ecclesiae doctores quum haereticorum errores refellunt eorumque argumenta confutant, tum dogmata ecclesiastica enodant et illustrant atque tam scripturae sacrae testimoniis quam patrum auctoritatibus et argumentationibus dialecticis confirmant. Si conciliorum acta excipias, tractatus eiusmodi inter fontes theologiae historicae primum tenent locum certe per illam aetatem, qua dogmata de tribus in deo personis atque de Christi persona et naturis per Arianos, Apollinaristas, Nestorianos, Eutychianos aliosque haereticos in disceptationem vocata eaque ratione uberius explicata et accuratius definita sunt. Nullum est enim librorum tunc a patribus conscriptorum genus, quod plus afferat studiosis historiae dogmatum, qui non modo synodorum et singulorum theologorum decreta formulasque, verum etiam causas eorum rationesque, quoad fieri potest, perspicere planeque cognoscere cupiunt, ut de ipsa dogmatum veritate et subtilitate explorate iudicare possint. Illa eiusdem aetatis scripta *polemica,* quae nunc apologetica potius appellare solemus, velut Eusebii Evangelica praeparatio et Evangelica demonstratio, Athanasii liber contra gentes, Chrysostomi adversus Iudaeos orationes et demonstratio, quod Christus sit deus, Cyrilli Alexandrini contra impium Iulianum libri X., Theodoreti Graecarum affectionum curatio, ad notitiam dogmatum theologicorum non tantum prosunt, quantum libri apologetarum saeculorum secundi et tertii, neque in bibliothecam, qualis haec nostra est, referenda sunt: praesertim quum ea, quae Eusebii sunt et Theodoreti, nuper a Thoma Gaisford, viro de litteris graecis immortaliter merito, separatim edita sint. Idem fere iudicandum est de scriptoribus polemicis, qui aut omnes antecedentium et suorum haereses exposuerunt simulque easdem breviter ac

summatim refutarunt, ut Epiphanius et Theodoretus; aut contra singulas quasdam haereses disputaverunt, quae ansas non dabant ad mysteria fidei subtilius explicanda, quemadmodum saeculo quarto Alexandrum Lycopolitam, Didymum Alexandrinum, Titum Bostrensem, Serapionem Thmueos episcopum in Manichaeos calamum strinxisse videmus.

Neque tamen, ut significatum est, omnia scripta doctorum ecclesiae *dogmatica et polemica* in bibliothecam recipienda duxi. Commemoro ex his praetermissas a me Cyrilli Hierosolymitani Catecheses octodecim ad competentes sive catechumenos, in quibus is quidem, quo tempore presbyteri munere fungebatur, omnes articulos symboli Hierosolymitani copiosiore sermone, ut videtur, extemporali exposuit eaque ratione praecipua doctrinae christianae capita persecutus est. Verumtamen non tam exacte et presse, quam in eruditis disputationibus fieri solet, de dogmatibus theologicis disseruit, sed ut res ferebat, quum explanatius tum etiam fusius et ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatius, atque multo etiam minus universam doctrinae christianae formam certa ratione et arte complexus est. Quamobrem monumentum hoc veteris ecclesiae in suo genere unicum quanquam lectu dignissimum est, ut quae publica fuerit eo tempore fides et qualis institutio catechetica, inde discamus, parum tamen auctoritatis et usus habet, ubi de subtiliore dogmatum enodatione et definitione vel de artificiali eorum tractatione et probatione quaeritur. Nec dubitari potest, quin praeter auctoris proclivitatem ad sententiam Semi-Arianorum vel certe quasdam eius suspiciones illa ipsius operis conformatio prohibuerit, quo minus id tanquam scientiae artisque theologicae specimen pariter celebraretur atque praecipua Athanasii, *Basilii*, Gregorii Nazianzeni scripta dogmatica iam ab eiusdem et proxime *sequentis aetatis* theologis *celebrata* esse constat. Ceterum quod editiones Cyrilli *Millesiana et Touttaeana* nunc rariores sunt, sane optandum est, ut nova Catecheseon XXIII. editio a viro docto ad hoc munus satis instructo et idoneo adornetur, quum quae studio Guil. Caroli Reischl Monaci a 1848. minus probabiliter inchoata est, non absolvi videatur. Praeter Cyrilli Catecheses plura celebriorum scriptorum, qui ecclesiam Orientis saeculo quarto illustrarunt, ad nos delata sunt opuscula dogmatica eaque ad locum de trinitate pertinentia, quae fortasse erunt qui hac in Bibliotheca desiderent. Cuius generis sunt Eusebii Caesareensis libri duo *contra Marcellum* et tres *de ecclesiastica theologia*, Didymi Alexandrini *de trinitate* libri tres graece ab Io. Aloysio Mingarelli Bononiae a. 1769. primum editi et eiusdem *de spiritu sancto* tractatus ex interpretatione latina Hieronymi, Epiphanii *Ancoratus*, Ioannis Chrysostomi *contra Anomoeos*

homiliae aliaque sub eius nomine scripta. Eusebii libros illos nemo doctus nescit, etiamsi per se non magni sint momenti, tamen idcirco haud exiguum habere pretium, quod multa fragmenta operis Marcelliani περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ ὑποταγῆς contineant, ex quibus obscura atque controversa episcopi Ancyrani sententia maxime illustranda et diiudicanda est. Itaque quoniam requiruntur ab omnibus, qui in disceptanda Marcelli causa suo iudicio uti volunt, iis locus in Bibliotheca patrum dogmatica videtur concedendus esse. Sed ut taceam olim iam Rettbergium, scholae Clausthaliensis rectorem, *Marcelliana*, hoc est collectionem fragmentorum, quorum modo mentionem feci, Gottingae a. 1794. edidisse, nuperrime *Eusebii Pamphili contra Hieroclem et Marcellum libri* opera et studio Thom. Gaisfordi Oxon. a. 1852. prodierunt, neque igitur opus est ut denuo typis exscribantur. Disputationes autem Didymi de trinitate, siquidem eius sunt, a viris doctis plerisque in tractando hoc dogmate prorsus negliguntur vel ignorantur: cuius rei causa nescio utrum sit unicae editionis Mingarellianae raritas, an quod ipsum opus infructuosum et nullius momenti esse visum sit. Nam quod Didymus propter sententias Origenianas a synodo ἐνδημούσῃ Justiniani iussu convocata tanquam haereticus damnatus et a Martino, pontifice romano, anathemate perculsus est, id neminem, credo, nunc deterruerit, quominus libros legat et ad dogmatis expositionem adhibeat, praesertim quum constet illum antea magnam apud doctores ecclesiae habuisse famam, neque de consensu eiusdem cum fide Nicaena esse dubitatum. Utcunque res sese habet, certum est Didymum ingenii acumine et disputandi peritia atque eloquentia inferiorem fuisse Athanasio, Basilio, Gregorio utroque, ut si cum his comparetur, nihil admodum ad expoliendam dogmatis formulam et acuendam demonstrationem videatur contulisse. Sicut per totam vitam summum studium posuit in scriptura sacra ex praescripto et ad exemplum Origenis interpretanda, item ad profligandam haeresin Arianam ac Macedonianam id praecipue egit, ut scripturae sacrae testimoniis saepe copiosius expositis veritatem catholicam muniret et argumentationes haereticorum ab eodem fonte ductas confutaret. Itaque in libris de trinitate, quos post Athanasii et Basilii M. mortem provecta aetate contra Lucium illum Alexandrini Arianorum coetus antistitem scripsisse perhibetur, lectores sacri codicis oraculis paene obruit, minus vero rationibus dogmatum subtilius, quam ab aliis factum erat, reddendis adiuvit. Laudem eloquentiae sive peritiae sermonis iam Hieronymus Didymo derogavit, nec ipse sibi eam arrogavit. Ille in praefatione in librum de spiritu sancto latine redditum dicit auctorem *imperitum sermone esse et* (al. *sed*) *non scientia*. Hic in fine libri scribit: *Sicut enim*

pietatis sensum nobis audaciter iuxta nostram conscientiam vendicamus, ita quantum de eo loqui pertinet, venustatem rhetoricam, facundiae consequentiam textumque sermonis procul abesse simpliciter confitemur. Studii quippe nostri fuit, de scripturis sanctis disserentibus pie intelligere quae scripta sunt, et imperitiam mensuramque nostri non ignorare sermonis. Vid. Hieronymi Opp. ed. Vallars. Tom. II. p. 106. et 168. In libris a Mingarello detectis haud scio an ad hanc infacundiam referendum sit, quod Didymus multis utitur vocibus novis et compositionibus verborum inusitatis, quae certe in politioribus saeculi quarti scriptoribus frustra quaeruntur et partim insolentiam et vanitatem sermonis Areopagitici redolent. Praeterea passim periodos format membrorum congerie perplexas et tortuosas, cuiusmodi amplificationibus molestis et inelegantibus itidem scripta Dionysii Areopagitae referta esse norunt omnes qui ea attigerunt. Sed insignis haec orationis forma, quae aliquot locis conspicitur, dubitationem potest lectori afferre, an iure a fratribus Mingarellis opus Didymo vindicatum sit, quippe in qua nemo facile deprehenderit illam *eloquii paupertatem* vel *sermonis imperitiam*, de qua Didymus se in altero opusculo excusatum voluit. Ac profecto est, quod denuo curiosius disquiratur de authentia operis deque eruditione auctoris, quae ut remotior est ab ecclesiastica saeculi quarti consuetudine, ita propius accedit ad studia Platonicorum postremorum, quum contra ab Hieronymo Didymus praedicetur *apostolicum virum ex ipso sermone exprimens tam sensuum lumine* (al. *nomine*) *quam simplicitate verborum*. Num vero propterea, ut ad novam disquisitionem viri docti excitentur, opus in lucem publicam revocandum sit, aliis diiudicandum relinquo. Equidem satis habeo significasse, cur Didymi scripta secundum rationes, quas in delectu instituendo sequor, ad institutum huius bibliothecae non pertineant. Epiphanii Ancoratum, ut supra memoravi, Cardinalis Ios. Mar. Tommasi dignum iudicavit, quem prae aliis dogmaticis veteris ecclesiae monumentis in suas *Institutiones theologicas antiquorum patrum* (tom. III. p. 4. sq.) transferret. In quo vir eruditus id maxime respexisse videtur, quod Epiphanius in Ancorato non solum dogma de trinitate explicat, sed universam fidei doctrinam vel certe praecipua eius capita, quemadmodum illis temporibus in ecclesia catholica tradi solebant et inculcari, ex divinarum litterarum auctoritate exponit et contra haereticos confirmat. Nam inter scripta dogmatica patrum graecorum saeculorum quarti et quinti, quod ego sciam, nullus praeter illum exstat eiusmodi tractatus, qui summam fidei publicae exhibeat ita ut uno tenore doceamur, quibusnam ex partibus sive articulis ea composita fuerit, quibus formulis viri ecclesiastici usi sint, quibus

sacrarum litterarum dictis sententias probaverint et contra haereticorum fraudes defenderint. Cyrilli Catecheses, de quibus antea dixi, alius sunt generis sive formae. Neque huc referri potest Gregorii Nysseni Oratio catechetica, in qua ingeniosus ille theologus id potius propositum habuit, ut iis, quorum munus esset Iudaeos, Graecos, haereticos ad ecclesiam accedentes instituere, viam commonstraret, qua ad fidem veritati divinae faciendam ingredi deberent. Etenim ut in exordio ait, *οὐ μὴν ὁ αὐτὸς τῆς διδασκαλίας τρόπος ἐπὶ πάντων ἁρμόσει τῶν προσιόντων τῷ λόγῳ, ἀλλὰ κατὰ τὰς τῶν θρησκειῶν διαφορὰς μεθαρμόζειν προσήκει καὶ τὴν κατήχησιν, πρὸς τὸν αὐτὸν μὲν ὁρῶντας τοῦ λόγου σκοπὸν, οὐχ ὁμοιοτρόπως δὲ ταῖς κατασκευαῖς ἐφ' ἑκάστου χρωμένους.* Itaque de dogmatibus disseruit tunc in ecclesia publice receptis, praecipue de trinitate et incarnatione dei, de redemptione generis humani deque sacramentis, non tam ut ea ipsa exponeret, quam ut ostenderet, qua ratione catechumenis pro diversitate religionum et opinionum mentibus eorum insidentium ex variis principiis in utramque partem concessis et ex notionibus communibus ratiocinando de veritate divina commodissime posset persuaderi. Quamquam haec Gregorii disputatio multum contulit ad fundandam et exstruendam disciplinam dogmaticam, siquidem is quod erat eius consilium veritates quas dicimus revelatas ad rationem revocare ac quodammodo fidem et rationem conciliare studuit. Ancoratum vero Epiphanii non, ut a viris doctis dici solet, ad unum dogma de trinitate pertinere neque contra solos Arianos et Macedonianos esse scriptum, iam synopsis libri, quae in ed. Petav. Tom. II. p. 1. legitur, quemvis docere potest: *Ἀγκυρωτὸς δὲ κέκληται ὁ λόγος αὐτοῦ, ὅτι ἀγκύρας δίκην τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐρευνῶντα νοῦν ἄγει, διὰ τὸ περισυλληπτικὸν τῆς ἐν αὐτῷ συντάξεως τῶν πολλῶν τῆς πίστεως μερῶν· φημὶ δὴ τοῦ περὶ τῆς πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὁμοουσιότητος, τοῦ περὶ τελείας τῆς Χριστοῦ ἐνσάρκου παρουσίας, τοῦ περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν καὶ ζωῆς αἰωνίου καὶ κρίσεως σαρκός τε καὶ ψυχῆς ἐπιτοαυτὸ, καὶ τοῦ κατὰ εἰδώλων τε καὶ αἱρέσεων ἐν μέρει καὶ Ἰουδαίων καὶ τῶν ἄλλων.* Quibuscum concinunt et auctoris professio ab initio libri p. 6. med. et ipsius libri tenor, cuius ad finem p. 122. sq. duae formulae, una brevior, altera longior, universam fidem ecclesiae continentes subiiciuntur. Sed qui Epiphanium noverit, non putabit eum, quamvis *τὰ περὶ πίστεως* tractatu suo complecti voluerit, dogmatum causas rationesque subtilius indagasse et quomodo singula apta inter se essent ac nexa curiose circumspexisse vel in universum rationis ope lucis aliquid et firmitatis divinis sententiis attulisse. Si

quis theologus fuit unquam remotus ab philosophiae studio et usu, Epiphanius profecto is est, vindex ille traditionis acerrimus. Accedit quod plebeio stilo usus est, quo nomine iam notatus est a Photio cod. 124. τὴν δὲ φράσιν ταπεινός τε καὶ οἷα εἰκὸς Ἀττικῆς παιδείας ἀμελέτητον τυγχάνειν. Idem vitium fortasse etiam Hieronymus de viris illustr. c. 114. tectius significare voluit, ubi Epiphanio etiamtum superstite ait, *illius scripta ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitari.* Itaque Ancoratus licet accommodatus sit ei consilio, quo eum ab Tommasio editum esse diximus, tamen ita comparatus est, ut rationes, quibus nos ducimur, ab eodem in Bibliothecam inserendo nos avocent. Nimirum viri illius eruditi institutum fuit, scripta quaedam patrum, in quibus summa doctrinae christianae breviter traditur, in *institutionibus theologicis* collecta edere, sicut in fronte tomi primi haec leguntur verba: *complectens secundum ordinem temporum opuscula tum latina tum graeca, quae aditum ianuamque patefaciunt ad ecclesiastica dogmata.* In quo id simul spectavit, ut lectoribus persuaderetur, veteris ecclesiae doctores in decretis religionis christianae ad traditionis normam tractandis eandem observare methodum, quam hodie ecclesia romana teneat. Nobis vero aliud esse propositum, satis superque iam dictum est. Ceterum quum Epiphanium in manibus habeamus, commemorare lubet alterum eiusdem libellum, σύντομον ἀληθῆ λόγον περὶ πίστεως καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, qui tanquam clausula magni de haeresibus operis a Petavio Tom. I. p. 1078. sq. et separatim itidem a Tommasio Tom. III. p. 399. sq. editus est. In hoc non solum fidem, sed etiam ritus et praecepta moresque atque universam ideam ecclesiae catholicae adumbravit ita ut iis, qui memoriam vel imaginem ecclesiae illius aetatis repraesentare volunt, maxime commendandus sit. Similiter Theodoretus in Αἱρετικῆς κακομυθίας ἐπιτομῇ postquam quatuor prioribus libris fabulas haereticas enarravit, extremo quinto libro illis τὰ θεῖα δόγματα, falsis vera, brevi in conspectu opposuit: quem librum Tommasius praetermisit fortasse propterea quod Theodoretus ex sententia ecclesiae catholicae non in *patrum* numero habetur, quanquam is Tertulliani item ab hoc numero exclusi opusculum recepit. Denique de Chrysostomo brevi defungar. Sciunt omnes, qui scripta vel leviter inspexerunt, clarissimum hunc veteris ecclesiae oratorem in interpretandis populo scripturis sacris omnino etiam quae ad fidem pertineant, suis locis tractasse, sed tamen remotum fuisse ab illa disputandi subtilitate, qua alios oratores sacros illorum temporum aequales etiam de sublimioribus dogmatis tum controversis commentatos esse testatum est. Secundum disciplinam scholae

Antiochenae modestius se intra terminos divinae patefactionis cohibuit nec quicquam habuit antiquius quam ut dogmata fidei ad vitae conformandae usum conferret, ideoque praecipue dogmata cum vita moribusque vel cum horum praeceptis cohaerentia et coniuncta, velut de peccato, de libero arbitrio et gratia ac praedestinatione, de salute per Christum reparata eiusque consequendae modo et adminiculis, diligentius exposuit. Ubi de illis locis theologicis quaeritur, sane consulendus est Chrysostomus, de mysteriis trinitatis dei et incarnationis non item. Nemo igitur nisi qui hospes est in Chrysostomi aliorumque patrum scriptis, mirabitur, quod in Collectione nostra nec aliae eiusdem ex commentariis in scripturam sacram homiliae, nec illae duodecim contra Anomoeos sive Eunomianos habitae reperiuntur, inter quas quinque priores et undecima *de incomprehensibili dei natura*, septima *de consubstantiali* et duodecima *de divinitate Christi* paene totae sunt argumenti dogmatici ac polemici. Vid. Opp. ed. Montfaucon Paris. a. 1834. Tom. I. p. 542—680. Duo autem Sermones, unus *de sancta trinitate*, alter *de sancto spiritu*, in quibus argumentationes contra Arianos et Macedonianos tenuius et acutius tractantur, non referunt illam Chrysostomi sponte fluentem eloquentiam et propterea inter spuria positi sunt Tom. I. p. 1024. sq. et III. p. 964. sq. Ne tamen tanti doctoris nomen omnino absit ab hac bibliotheca, locum dabo celeberrimae ad Caesarium epistolae contra Apollinaristas scriptae (Opp. Tom. III. p. 895—900.) et fortasse etiam sermoni illi contra Arianos, qui extremus est inter Chrysostomi Homilias V. ex cod. Dresdensi ab Bechero primum editas Lipsiae. a. 1839. Inscriptus est *Εἰς τὸ, Κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν.* (Hebr. III. 1.) Pari modo, si voluminum mensura id permittet, Basilii *περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος* libro ad Amphilochium huius ipsius epistolam synodicam a Cotelerio Monument. eccles. gr. Tom. II. p. 99—104. primum publicatam subiiciam, atque illi Chrysostomi epistolae adnectam selectas aliquot Isidori Pelusiotae epistolas, quae ad controversiam de modo et effectu coniunctionis utriusque in Christo naturae pertinent.

Sed satis iam exemplorum, ex quibus cognoscatur, quomodo, quae de delectu instituendo ipse mihi praescripsi, exsecutus sim. Itaque ad reliqua progrediar lectoribusque indicabo ipsa patrum graecorum opuscula, quae, si coeptis deus adnuerit, ut bibliotheca absolvi possit, collecta in ea reperientur. Et primum quidem de Athanasianis dicam, quae primo hoc volumine comprehensa viris doctis offeruntur.

Inter scriptores graecos saeculi quarti, qui dogmata sacra expo-

fuerunt et contra haereticos disputaverunt, principatus merito debetur magno Athanasio, sicut inde ab antiquis temporibus ei consensu ecclesiae catholicae datus est. Non opus est id veterum testimoniis probare, quae a Montfauconio aliisque collecta sunt, quoniam res nota est et trita. Sufficit unius Photii, periti iudicis, sententia Bibliothecae cod. 140., quo Athanasii contra Arianos orationes recensuit, infra hoc in volumine p. 142. descripta. Ibi enim vim eloquentiae in tractandis controversiis, peritiam artis dialecticae usumque scripturae sacrae in argumentando laudat ita, ut ipsius iudicio omnibus his partibus nihil Athanasio defuisse videatur. Tum solas orationes illas ad Arianismum refutandum satis esse pronuntiat additque, non aberraturum esse a scopo, qui dixerit Gregorium theologum et divinum Basilium, adversarios Arianorum disertissimos, hocce ex fonte sua hausisse. Secus vero de Athanasio existimasse Arianos veteres et recentiores, id quidem nemo mirabitur. In exemplum lectoribus subiicere liceat Philostorgii verba, quae Suidas s. v. *Ἀπολινάριος* ex historia viri huius Eunomianorum partibus addicti excerpsit: *τρεῖς δὴ οὗτοι ἄνδρες (Ἀπολινάριος καὶ Βασίλειος καὶ Γρηγόριος), τότε τοῦ ὁμοουσίου προὐμάχουν κατὰ τοῦ ἑτεροουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως προστάντας, ὡς παῖδα παρ᾽ αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον.* Ex recentioribus acerbissime Athanasium insectatus est Guil. Whiston in opere olim famoso *Primitive Christianity reviv'd* (Londin. 1711.) Vol. I. praefationis historicae p. CXVI—CXXVIII. ubi cantica in illum scilicet fidei Nicaenae defensorem aliis praeivit. *) Sed fuerunt etiam inter theologos ecclesiae evangelicae, qui pari modo de Athanasii laudibus detrahendum putarent. Horum ex numero prae ceteris nominandus est Semlerus in scriptis patrum volutatus, qui episcopum Alexandrinum in tradenda doctrina de trinitate ab omnibus ecclesiae graecae saec. IV. episcopis eruditioribus et persuadendi

*) Speciminis causa ex libro rariore adscribam, quae p. CXVIII. de ingenio et moribus Athanasii dicta leguntur: *A Person of his general Character, which I take to be that of one Resolute, Ambitious, and Tyrannical; of admirable Parts, but little Learning, and small Appearance of Sincerity; who would never submit to either Emperor or Council; and who would rather set the Christian World in a Combustion on all Occasions than recede in the least from his Pretensions; who reasons generally very weakly; yet treats his Adversaries with the most unchristian Names of Reproach and Scorn possible; and who still alter'd his Notions, or at least his Language as he saw Occasion, and as Matters would bear, and yet us'd plausible Words and Insinuations all along; a Person, I say, of this general Character cannot but afford great Room for Suspicion to considering Men.*

facultate et scripturae sacrae demonstratione longe superatum esse iudicavit. Vid. *I. S. Baumgartens Untersuchung theologischer Streitigkeiten.* Vol. III. *histor. Einleitung* p. 106. *). Idem in *Hist. eccles. selectis capp.* Tom. I. p. 179. ubi potiora quaedam Athanasii scripta commemoravit, de his strictim subiungit: *Ista autem dogmatica non omnino carent suspicione; adeo multa latino potius quam graeco episcopo conveniunt; de interpretatione nihil omnino meritus fuit, adeo invenuste tractat SS. loca, ut Arianos, siquidem vetusta fuerint ista scripta, mirum sit reposuisse nihil.* Haec et alia viri doctissimi oracula, quae nunc non multum abest quin temere prolata dicamus, mirum quantum placuerunt olim et probata sunt illis, qui animo alienati erant a doctrina ecclesiastica et opinionibus suis ita constricti mente, ut in intimos theologiae Athanasianae recessus nec cuperent nec possent penetrare. Hinc Io. Ern. Christianus Schmidt in Histor. ecclesiastica (*Handbuch der christlichen Kirchengeschichte*) Vol. II. p. 169. sq. Semleri vestigia presse secutus Athanasium cum scriptoribus latinis Hilario, Eusebio Vercellensi, Lucifero, Phoebadio componit et horum omnium libros de dogmate controverso conscriptos parvi pretii esse statuit, quod ipsi parum subtilitatis et perspicuitatis sive explicationis ad rem tractandam attulissent: ideo extrema saeculi IV. parte Cappadoces nonnullos doctrinis instructiores et dicendi facultate florentes, imprimis Basilium et Gregorios, defendenda fide Nicaena maximam laudem consecutos esse. Muenscherus autem in Athanasio non modo eruditionis mediocritatem, contortas scripturae sacrae interpretationes scribendique consuetudinem neglecto rerum ordine et crebris repetitionibus lectori molestam reprehendit, sed etiam quod in controversiis theologicis ad profligandos adversarios omnibus artibus etiam parum honestis usus sit, minus vero subtilitatem disputandi probabilem et liberale veritatis studium praestiterit. Vid. *Handbuch der christlichen Dogmengeschichte* Vol. III. p. 197. Taceo sinistras aliorum existimationes praesertim de animo moribusque et factis Athanasii, in quibus si quid est veri, ut fert humana sors, id in tanto

---

*) Verba Semleri l. l. sunt: *Ohnerachtet Athanasius von mehrern alten Schriftstellern der katholischen Partey sehr gelobt wird, dass er Urheber der richtigen Lehrbestimmung von Gott und den drei Personen seie: so ist dieses doch wohl mehr in Absicht seiner äusserlichen Veränderungen, die als Verfolgungen wegen der reinen Lehre pflegen vorgestellt zu werden, und in Absicht seiner Bemühungen, die Ausbreitung arianischer Lehre zu hindern, wahr oder merklich erweislich: als dass es überhaupt und in Absicht eines überzeugenden Vortrags dieser Lehre, und ihrer Herleitung aus der heiligen Schrift wahr wäre; worin er von allen gelerten Bischöfen dieses vierten Jahrhunderts, so zur griechischen katholischen Partey gehören, unleugbar sehr übertroffen worden.*

viro decet excusare, non exagitare. Sed pleraque haec in Athanasium peccata esse apparet ab iis, qui non intelligerent, in controversia Ariana actum esse de errore gravissimo et perniciosissimo, quo ipsa religio christiana in discrimen vocaretur, neque illam veterum Christianorum πίστιν et ὑπομονὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ martyriis spectatam animo complecti possent. Etenim sic sentientes et omnia ex suis opinionibus moribusque metientes dictis et factis magni viri potuerunt induci, ut quem alii eximium fidei et constantiae exemplum praedicaverant, ipsi arrogantiae et pervicaciae insimularent, et qui olim *propugnaculum veritatis* et *columna ecclesiae* vocatus erat, eum communem Christianorum sui temporis tempestatem calamitatemque fuisse dicerent. *) Eiusmodi criminationes vel potius iniqua illa de Athanasio theologo eiusque scriptis iudicia vicissim hanc habuerunt vim, ut in historia dogmatum theologia patris orthodoxiae diu negligentius tractaretur nec tantum quantum par erat, curae et diligentiae scriptis excutiendis et sententiis reconditioribus eruendis impenderetur. Nostris vero temporibus studiis Moebleri primum ac Neandri, dein Baurii et Dorneri theologica Athanasii dogmata clariore in luce posita sunt, eaque ratione laudes magni viri non solum ab obtrectationibus et iniquitatibus vindicatae, sed etiam ex subtiliore rerum cognitione auctae et illustratae. Fatentur hodie omnes qui sapiunt, Athanasio cum Arianis non de quaestione philosopha vel problemate metaphysico fuisse controversiam, sed de fundamento totius religionis christianae atque adeo de principali salutis nostrae causa, quandoquidem ipsi id constiterit, nisi *filius* sit unius eiusdemque substantiae cum patre, per eum nec deum hominibus perfecte innotuisse, nec homines cum deo vere esse reconciliatos et ab adversaria potestate redemptos: nisi igitur credatur, quod formula Nicaena credere iubeat, temere fiduciam omnem et spem collocari in Christo. Id autem qui tenent, iudicium suum ad aliam dirigunt normam, atque ea fuit, qua obtrectatores magni ecclesiae doctoris usos esse videmus, nec possunt, si quidem Christiani sunt, animum inducere, ut quae in alio quovis virtutis et magnificentiae signa probantur, eadem in hoc vituperentur. Virum enim in episcopatus fastigio positum in defendenda ac stabilienda fide Nicaena, ex qua

*) Tetigi his verbis iniquissimum et durissimum iudicium, quod Henkius de Athanasio pronuntiavit in Hist. univers. ecclesiae christianae ed. IV. Vol. I. p. 266. sq. „*Wenn Athanasius früher gestorben wäre, so würde wohl früher Ruhe geworden sein; denn dieser hochmüthige Starrkopf, den Alter und Leiden nur immer unbiegsamer gemacht hatten, war durch sein ausgebreitetes gebietendes Ansehn der Haupturheber von vielen Verwirrungen und von dem Unglück vieler tausend Menschen gewesen.*" Sententiam suam de controversia Ariana vel de dogmate Nicaeno antea p. 212. sq. professus est.

spem omnem salutis pendere censeret, omnem vitam suam consumsisse, pro incolumitate veritatis divinae se invidiae periculisque obtulisse et adversa quaevis forti ac constanti animo subiisse et vero etiam iusto in hostes odio eosque profligandi studio exarsisse, haec talia quis non erubescat vituperando affligere? Modum excesserint Gregorius Nazianzenus aliique veteres in laudandis Athanasii virtutibus, certe probabiliores nunc nobis videntur illis morum vituperatoribus.

Sed plus hic nostra refert videre de Athanasio theologo et disputatore deque vindiciis principatus, quo eum dignum esse diximus. Etenim verendum est, ne lectores haud pauci in scriptis polemicis passim offendant et iure reprehensa putent, quae tamen idoneam habent excusationem neque Athanasium inferiorem faciunt aliis sui saeculi scriptoribus vel praestantissimis. Ita negari omnino non potest, illum in disputationibus non semper eam, quae decet theologum, moderationem observasse, sed ardore haeresis oppugnandae et evertendae abreptum saepe acerbius et contumeliosius in Arianos invectum esse: verumtamen qui erroris gravitatem periculique inde ecclesiae imminentis magnitudinem expenderit et recordatus fuerit disputantium illa aetate mores atque Arianorum ipsorum impudentiam, is propensus erit ad asperitatem illam excusandam. In quo nimius fortasse est Montfauconius, qui in *praefatione in universa s. Athanasii opera* ed. Patav. Tom. I. p. XXIII. de stylo Athanasii disserens scribit: „In polemicis enim maxime aetatem contrivit, curans semper ne aliena dogmata Arianorumque ausus plebi catholicae quid apportarent mali. Etsi vero asper est et sannis maledictisque plenus, quando res est illi contra haereticos: nemo tamen est, qui perspecta haereticorum, maxime Arii sequacium pertinacia, furore, immanitate in Christianos, in episcopos, proborum item hominum carnificina, in nefarios aliquid inclementius dictum arbitretur. Aspere scilicet agit Arianos, quia nihil contra tantam vim sine vi fieri poterat: et remisse depellere feroces homines, fateri erat diffisum se causae suae. Etsi vero mordet acriter, cum insolentia criminum aut haeresum temeritas acrem postulat oratorem; ubi tamen res illi est cum adversariis aliquam aequi bonique rationem tenentibus, sobrie ac prudenter verba facit, *mollitque animos et temperat iras.*“ Cum his cohaerent alia Athanasio cum disputatoribus eius aetatis plerisque omnibus communia, quae lectoribus ex hodierna disciplina theologica res iudicantibus displiceant: dico artes illas dialecticas sive eristicas ex sophistarum et rhetorum scholis perceptas, quibus utuntur ad adversarios de statu deiiciendos eorumque tela depellenda, methodum disputandi *κατ' οἰκονομίαν*, argumenta dictu speciosa potius quam vera et iustam probandi vim

habentia, studium invidiam adversariis creandi ex consecutionibus ipsosque per has lacessendi ad errores suos evomendos, confirmationem veritatis ex miraculis, velut ex miraculo mortis Arii, de quo Athanasius in ep. ad Serapionem fratrem Opp. Tom. I. p. 269. ed. Patav. Taceo plura istorum similia, quae partim illo iam tempore in aliis increpavit Gregorius Nazianzenus nec tamen se ipsum ab iisdem prorsus immunem praestare potuit. Quod vero, ut supra significavimus, dixerunt nonnulli, Athanasium in scriptis suis ad nauseam usque eadem fere aliis verbis repetere et sine delectu omnia arripere, quae causae suae aliquo modo patrocinari viderentur, nec modum et ordinem rebus adhibere, itaque in eloquentia vel in usu ac ratione scribendi Basilio, Gregorio Nazianzeno aliisque cedere, id inique ac temere iudicatum est et peritiorum iudicum sententiis confutatur. Praeter Photium iam a me commemoratum imprimis audiendus est Montfauconius, existimator harum litterarum doctus et intelligens, cuius verba quod huc transcripsi, gratum fore spero lectoribus et utile. „Sed paulum, inquit, libet spatiari: et quia tantam laudem tulit Athanasius, et quidem a laudatis viris, ut elegantissimis Graeciae scriptoribus anteferretur, iam qua in re praestare, qua item aliis nonnihil cedere videatur expendamus; et quae crebro Athanasii scripta regustando comperimus, proponamus studioso lectori. Primo quidem si Gregorii Nazianzeni illam quadrandae orationis industriam, si numeros spectes, ab hoc eloquentiae genere alienus semper fuit Athanasius, cuius dictio plus habet nativae elegantiae quam artificiosae diligentiae. Et si quando hic plusculum artis adhibeat, ut in oratione contra Gentes, epistola ad Dracontium, apologia ad Constantium; ita tamen omnia temperat, ut lateat artificium et oratio non adstricte, sed remisse numerosa sit: contra vero Gregorius, ultra aliquando quam satis sit, circumscriptione et ambitu utitur, ut certis numeris definita, tanquam orbe inclusa, currat oratio. Chrysostomi vero, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, illam expeditam et profluentem verborum copiam, concinnitatis leporisque plenam, non adtingit Athanasius, qui plerumque pressus ac brevis est, et maiore sententiarum, quam verborum ubertate. Verum longe praestat salibus, nervis et τῷ εὐτόνῳ redundantiam omnem resecante. Nimirum possunt esse summi, qui inter se sint dissimiles: quod in eloquentia pariter et in mutis artibus observatur. Basilio autem nemo propius ad Athanasii dicendi genus accedit. Sed praeit ille elaboratione; hic longe praestat acrimonia. Et hac in parte, quae scilicet nervos spectat, sales, acrimoniam; omnes, mea quidem sententia, longe antecellit Athanasius estque hoc in genere princeps. Figuris autem, sicubi haereticos insectatur, frequens est,

apte et apposite distributis, etsi potius suopte ingenio quam elaboratione adhibitis. Huius oratio nunquam effluit, nunquam longius vagatur." Posthaec variis laudibus praedicat praestantiora Athanasii opera, orationem contra Gentes, epistolam de sententia Dionysii, epistolam ad Dracontium, orationes contra Arianos, apologias de fuga et ad Constantium, etiam orationes contra Apollinarium, quas acutissimas esse ait, ut in iis inveniamus Athanasium Athanasio δριμύτερον. Deinceps quae sequuntur de Athanasio aspere cum haereticis agente, ea supra lectoribus exhibui. Extrema Montfauconii de stylo Athanasii verba sunt haec: „Dictio eius pura et elegans est ut plurimum: nec inficior tamen nonnullis eius operibus aliquam peregrinitatem attulisse Latinae linguae usum; quale illud est, ἐκκλησίαν ἔδωκεν εἰς πρέδαν, βετεράνος, et alia id genus. Impetratum scilicet a consuetudine fuerat, ut si ex quotidiana Latinorum familiaritate aliquae huiusmodi dictiones in buccam venirent, ne ab iis vel Graece peritiores abstinerent. Licet autem insidias auribus minime paret, lectoris sibi tamen, illecebris nescio quibus, benevolentiam captat. Nihil morosus in exordiis est, sed statim ab initio in arcem causae invadit, et contra haereticos canit quodammodo classicum. Platonis Homerique libros legit assidue, nec non aliorum veterum, ut ex oratione contra Gentes et ex aliis eius operibus propalam est. Quodsi Gregorius Nazianzenus illum hac in parte mediocriter dumtaxat eruditum fuisse narret, id nimirum Gregorio visum fuit, qui magnam aetatis suae partem his in studiis contrivit. Aliis autem iure videatur Athanasius φιλολόγος et his in rebus probe eruditus." Si quae vir doctissimus copiosius disseruit, quantum probabilia sunt, breviter complecti velis, pronuntiandum est, Athanasii eloquentiam non tam fuisse studii et artis, quam facultatis a natura profectae eamque illis maxime excelluisse virtutibus, quae doctorem et disputatorem sive scriptorem didacticum et polemicum ornant eique fidem, auctoritatem, famam conciliant. Dictionem autem qui voluerit ad normam sermonis Attici exigere, intelliget non tantum barbarismis, quales notavit Montfauconius, et usitato illa aetate κοινισμῷ maculatam esse, sed aliis quoque vitiis, quae etiam cultissimis alioqui ecclesiae graecae patribus communia sunt nec potuerunt abesse ab scriptis eorum, ut Basilius M. fatetur in epistola ad Libanium CCCXXXIX. Opp. ed. Bened. Tom. III. p. 455. D. coll. ep. CCCLVI. p. 461. E. Nimirum Athanasii non sunt contendendi cum Libaniis. Hi λεξειδίων θηράτορες nihil antiquius habuerunt quam ut orationibus suis Atticae elocutionis elegantiam et venustatem exprimerent. Illis ἁλιεῦσιν ἀνθρώπων curae cordique est res christiana et salus Christianorum, cui inservientes,

ubi expedit, *pro facilitate legentis volunt abuti sermone vulgari*, ut ait Hieronymus, etiamsi possint elegantiora proferre. Ceterum quod de crebris sententiarum repetitionibus deque ordine rerum passim neglecto reprehensus est Athanasius, quis non intelligat eum coactum fuisse, ut eadem saepius repeteret et repetendo inculcaret, quum ipsi paene decem per lustra contra eosdem haereticos viris equisque, ut dicitur, pugnandum esset pro eadem causa tanquam pro aris et focis? Quis miretur, episcopum tot et tantis occupationibus distentum, tot fortunae procellis agitatum, quinquies sede sua expulsum omnique calamitatum genere afflictum non omnia scripta, quae pro fide et pro ecclesia a se flagitari putaret, pari studio potuisse expolire? Nec dubitandum, quin plura subitaria ex ore potius dictantis excepta, quam ab ipso conscripta sint.

Gravior est quaestio de scripturae sacrae interpretatione et usu in controversiis theologicis. In quo non admiramur quod Semlero aliisque recentioribus multa displicuerunt, sed quod hac quoque in parte Athanasium reliquis eruditioribus saeculi quarti disputatoribus inferiorem iudicarunt, id praeter opinionem accidit. Etenim recte iam Richardus Simon, criticus in hoc scriptorum genere peritissimus, observaverat, eos qui pugnam Arianam secundo ordine excepissent, non repudiasse arma Athanasii antesignani, vel ut proprie dicam, patres qui post Athanasium scripsissent contra Arianos, ipso auctore usos esse et plerosque N. T. locos, quorum magnum numerum collegisset, eadem fere ratione explicatos illis haereticis opposuisse. Vid. *Histoire critique des principaux commentateurs du N. T. cap. VI. p.* 91. *) Omnino Basilius M. et Gregorii Nazianzenus atque Nyssenus in libris et orationibus contra Eunomium non tot scripturae testimonia, quot ab Athanasio prolata erant, exposuerunt: sed tantum abest, ut explicationes et argumentationes episcopi Alexandrini ex parte improbaverint, quod ipsi meliora edocti essent, ut ab illo controversiam de scriptura profligatam iam esse putaverint et propterea maluerint magis dialectice et rhetorice disputare ex suo ingenio, quam quae ab aliis satis explanata essent repetere, praesertim quum sophisticae et rhetoricae Eunomii artes disputationem eiusmodi requirere viderentur. Conf. l. l. cap. VII. et VIII. p. 104. 114. sq. 119. Quomodo autem factum sit, ut Athanasius in scriptis polemicis tot utriusque codicis

*) Verba Rich. Simonis sunt: *On peut*, inquit, *dire, qu'il a servi comme de fond aux autres Peres, qui ont écrit après luy contre les Ariens. Ils le suivent ordinairement dans ses explications d'un grande nombre de passages du Nouveau Testament, qu'il a recueillis; satisfaisant en même tems aux obiections de ces Heretiques.*

locis ad refutandam haeresin et confirmandam fidem Nicaenam uteretur et quidem alia ratione atque antiquiores ecclesiae doctores consuevissent, breviter et probabiliter docuit idem Rich. Simon l. l. p. 91. his verbis: Novitates (novae sententiae et argumentationes) Arii occasionem dabant Athanasio maiore cura, quam id antea factum, examinandi tam veteris quam novi testamenti locos ad filium dei spectantes. Theologiae eo tempore nova accendebatur lux, et quum disceptationes illae Alexandriae exortae essent, ubi dialectica florebat, demonstrationi scripturae iungebatur ratiocinatio. Hinc vero magnae deinceps enatae sunt controversiae, siquidem quaelibet pars ea, quae ex scriptis evangelistarum et apostolorum ratiocinando efficiebant, pro puro dei verbo putari volebant. Ariani expostulabant cum catholicis, quod voces et formulas in religionem induxissent, quae in scriptura sacra non exstarent. S. Athanasius contra probabat, Arianos voces eiusmodi novasse multo plures. Ita factum est, ut utraque pars non solum expressis sacri codicis testimoniis niteretur, sed etiam argumentis per consequentiam inde ductis, nec minus traditione exegetica sive interpretationibus antiquiorum ecclesiae scriptorum." — Etenim Arius ab Luciano presbytero Antiocheno, ut videtur, profectus cum sociis suis profitebantur, fundamentum veritatis positum esse in scriptura sacra eamque secundum sensum historicum sive ad litteram explicandam esse. Itaque ab initio controversiae cum Alexandro, episcopo Alexandrino, ad evertendum dogma de divinitate Christi plurimos proferebant scripturae, maxime N. T. locos, in quibus de Christo dicta essent, quae non possent cum hac scilicet commenticia divinitate conciliari; testimonia vero scripturae, quibus catholici sententiam suam tuebantur, improbabant eaque alio sensu accipienda esse contendebant: id quod Alexander ipse significat in ep. ad Alexandrum his verbis: *πᾶσάν τε αὐτοῦ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρειν πειρῶνται τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητος αὐτοῦ καὶ παρὰ τῷ πατρὶ δόξης ἀλέκτου τοὺς λόγους ἀποστρεφόμενοι.* Hoc est: *Collectisque omnibus vocibus salutari eius incarnationi susceptaeque propter nos humilitati congruentibus, impiam ex his praedicationem conflare nituntur, verba, quibus aeterna eius divinitas et ineffabilis apud patrem gloria declaratur, aversantes.* Conf. Theodoret. hist. eccles. lib. I. cap. 3. ed. Hal. Tom. III. p. 729. Catholici non negabant, scripturam fontem esse et normam dogmatum christianorum, nec de grammatica et historica librorum N. T. interpretatione dissentiebant, nisi quod singulos locos secundum analogiam scripturae regulamque fidei interpretandos esse docebant. Ita vero

locos plerosque, qui in disceptationem vocabantur, aliter exponebant atque Ariani, vel certe alia ex iis argumenta eruebant. Cuius rei testis est Hilarius De trinitate lib. II. cap. 3. „*Exstiterunt enim plures, qui caelestium verborum simplicitatem pro voluntatis suae sensu, non pro veritatis ipsius absolutione susciperent, aliter interpretantes quam dictorum virtus postularet. De intelligentia enim haeresis, non de scriptura est: et sensus, non sermo fit crimen.*" His enim verbis obscurioribus Arianos reprehendit non quod auctoritate scripturae niterentur, quam ipse ubivis agnoscit et sequitur, sed quod eam non simpliciter et recte intelligerent atque, ut infra ait, *mente perversi omnia confunderent et implicarent.* Qua ratione simul fatetur, catholicos cum Arianis et de scriptura, theologiae fundamento, et de lege interpretationis simplicis ex virtute dictorum, quam ab illis in ipsa interpretatione observari negat, consentire. Idem existimandum est de Athanasio. Saepius is scripturae sufficientiam, quam in scholis dicimus, laudat, velut in Orat. contra Gentes cap. 1.: *αὐτάρκεις μὲν γάρ εἰσιν αἱ ἅγιαι καὶ θεόπνευστοι γραφαὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπαγγελίαν*, et in fragmento Epistolae festalis librorum V. et N. T. canonem continentis Opp. Tom. I. p. 767. extr. ed. Patav.: *ταῦτα πηγαὶ τοῦ σωτηρίου, ὥστε τὸν διψῶντα τῶν ἐν τούτοις ἐμφορεῖσθαι λογίων· ἐν τούτοις μόνοις τὸ τῆς εὐσεβείας διδασκαλεῖον εὐαγγελίζεται.* Etiam Expos. in Ps. XCIII. v. 6. Tom. I. p. 930. ubi graviter accusat prave scripturam interpretantes his verbis: *χήραν ψυχὴν καὶ προσήλυτον νοῦν ἀποκτείνει ὁ κακῶς τὰς θείας γραφὰς ἐξηγούμενος. ὀρφανὸς δέ ἐστι νοῦς ἐστερημένος οὐρανίου πατρός.* Arianis vero aliisque haereticis a veritate divina animo alienatis scripturam nihil prodesse pronuntiat in Epist. ad episcopos Aegypti et Libyae cap. 4. Tom. I. p. 216. ibique illos damnat simulantes se vocibus scripturae insistere, ut scilicet ex verborum sono recte sentire viderentur ac deinde miseros homines in sententias a scriptura alienas erroresque inducerent. Graeca sunt: *ἀπάτης δὲ χάριν τῶν ἁπλουστέρων, οἷοί εἰσι περὶ ὧν ἐν Παροιμίαις γέγραπται· ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ· σχηματίζονται μελετᾶν καὶ λέγειν τὰς λέξεις, ὡς ὁ πατὴρ αὐτῶν διάβολος, ἵνα ἐκ τῶν λέξεων δόξωσιν ὀρθὸν ἔχειν καὶ τὸ φρόνημα, καὶ τὸ λοιπὸν πείσωσι παρὰ τὰς γραφὰς φρονεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους.* Nimirum Ariani catholicis novitatem vocum et formularum in scriptura non exstantium imputabant seque in accurata ad litteram interpretatione iactabant. Contra Athanasius hanc simulationem esse putabat et fallaciam, qua homines simplices ad verba duntaxat attendentes nec sensum perspicientes (*ὁ τοιοῦτος τὰ λεγόμενα μόνον σκοπῶν καὶ μὴ τὴν διάνοιαν*

ϑεωρῶν) ad haeresin attraherentur. Nec tamen ipse sensum verborum more Origenis contemnebat, sed accuratius erui volebat et definiri, quam id ab haereticis fieret. Sic in Orat. I. contra Arianos cap. 54. sq. (nostrae edit. p. 258. sq.) de dicto ep. ad Hebr. I. 4. τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων disserens ibi id, quod in omnibus aliis scripturae locis agere conveniat, observandum esse praecipit, ut diligenter attendatur, qua occasione locutus sit apostolus, quae sit persona, quae res cuius gratia scripserit, ne quis illa ignorans aut aliud praeter ea intelligens a vera aberret sententia. Tum hac ratione demonstrat, ex illis verbis non sequi, quod Ariani πρόφασιν προβαλλόμενοι τὰ ῥητά inde colligerent. Conf. De decr. syn. Nic. c. 14. p. 42. Similiter alio loco De decr. syn. Nic. cap. 10. p. 36. monet, ne interpretes, ubi in scriptura eaedem dictiones deo et hominibus attribuuntur, humano modo intelligant, quae ad deum spectant, nec vicissim, quae ad homines pertinent, tanquam de deo dicta accipiant, sed ut pro natura rerum significatarum quae scripta sunt diiudicent. Namque in eo maxime peccare videbantur Ariani, quod ἀνθρωπίνως de deo dicta, velut *filii generationem*, non θεοπρεπῶς intelligerent neque alium generandi modum agnoscerent, quam qui decisione profluvioque fit substantiae, eaque in re impie cavillarentur: et quod quae in scriptura sacra ad solam humanam Christi naturam referuntur, divinae impingerent ut ex eiusmodi locis filium patre minorem esse docere possent. Athanasius igitur non minus quam Hilarius aliique catholici auctoritatem scripturae ratione grammatica explicatae comprobabant, neque ab adversariis de hoc principio discrepabant. Quare omnis disputatio redibat ad scripturam et cardo controversiae in singulis eius testimoniis vertebatur, quae utrique pro sua sententia proferebant et rationibus confirmabant. Illis autem in deligendis et exponendis negari non potest neglecta esse ab utraque parte, quae recte praecipiuntur a Faustino presbytero De trinitate s. de fide contra Arianos cap. 1. „*Scripturae divinae ob hoc editae sunt, ut secundum illarum sensum nostram fidem dirigamus, non ut nostros sensus illorum sacris dictionibus inseramus.*“ Et inferiore loco: *In divinis vocibus non numerus testimoniorum, sed auctoritas requirenda est, quae idonea est, etiam si una voce proferatur.* Ariani primum, dein etiam catholici auctoritatis causa testimonia scripturae partim sine delectu collecta coacervabant, ita ut argumenta numerare potius quam ponderare viderentur: neque in explicanda scriptura eam, quam ipsi observari iubebant, regulam semper tenebant, sed verba subinde ad suam sententiam contorquebant atque ita ad dogmata probanda adhibebant. Athanasium quoque eius vitii non

prorsus expertem fuisse non mirabitur, qui interpretandi consuetudinem plerisque omnibus illius saeculi doctoribus probatam et ebraeae linguae ignorantiam, qua laborabant, recordatus sit et ipsius controversiae rationem et vim expenderit. Nam quum quaererentur et disputarentur, quae scripta non sunt vel κατὰ ῥητόν in scriptura non continentur nec nisi ratiocinando inde elici possunt, et quum in universum expositio scripturae implicaretur argumentatione dialectica, proclive erat disputatoribus in hoc incidere vitium, ut cupide scriptura uterentur et ex opinionibus suis. Certe exiguus fuit illa aetate numerus theologorum, qui sic sentirent, uti Eusebium Emisenum de scripturae usu in his controversiis sensisse nos olim docuimus in libello *Ueber die Schriften des Eusebius von Alexandrien und des Eusebius von Emisa* (Halle 1832.) p. 72. sq. Quanta vero subtilitate et intentione Athanasius argumentationes Arianorum ex scriptura contra dogma Nicaenum petitas refutaverit et dogma illud eiusdem auctoritate confirmaverit, qua constantia singula dicta ex consensione universae scripturae et ad sensum ecclesiae recte intelligere et explicare studuerit, id egregie demonstravit et exemplis illustravit. Moehlerus in libro praestantissimo, cui inscriptum est: *Athanasius der Grosse und die Kirche seiner Zeit.* Vol. I. p. 241—304. Conf. Dion. Petavii *Dogmata theologica* Tom. II. de Trinitate libr. II. ed. Antwerp. p. 65. sq.

Restat, ut paucis dicam de theologica Athanasii scientia et arte, qua in dogmatibus fidei exponendis atque defendendis usus est. Hanc quanti aestimaverint clarissimi veteris ecclesiae doctores temporibus illis aequales, cognosci potest ex summa, qua episcopus Alexandrinus apud eos valuit, auctoritate. Duos tantum proferam testes, Basilium Magnum et Gregorium Nazianzenum. Ille praeter alia in Ep. CLIV. ed. Bened. p. 243. D. scribit: τὸ γὰρ περὶ τὸν μακαριώτατον Ἀθανάσιον ἐσπουδακέναι δεῖγμα ἐναργέστατον τοῦ ὑγιῶς ἔχειν περὶ τὰ μέγιστα. *Nam beatissimi Athanasii studiosum esse, argumentum evidentissimum est sanae in rebus maximis sententiae.* Hic in Orat. XLI. in laudem Athanasii cap. 20. ed. Bened. p. 398. ait, viros virtute excellentes tantum tribuisse Athanasio, ut, quidquid illi placuisset, pro lege haberent, ac rursus vetitum sibi atque interdictum, quidquid ille sententia sua improbasset, existimarent illiusque decreta pro Mosaicis tabulis ducerent, ac maiori, quam quae sanctis viris deberi videatur, ipsius veneratione afficerentur. Graeca sunt: καὶ τοῦτο ἦν νόμος αὐτοῖς, ὅ τι ἐκείνῳ ἐδόκει· καὶ τοῦτο ἀπώμοτον πάλιν, ὃ μὴ ἐδόκει, καὶ πλάκες Μωυσέως αὐτοῖς τὰ ἐκείνου δόγματα, καὶ πλεῖον τὸ σέβας, ἢ παρὰ ἀνθρώπων τοῖς ἁγίοις ὀφείλεται. Idem in extrema oratione cap. 37. p. 411.: Ζήσας δὲ οὕτω καὶ παιδευθεὶς καὶ

παιδεύσας, ὥστε ὅρον μὲν Ἐπισκοπῆς εἶναι τὸν ἐκείνου βίον καὶ τρόπον, νόμον δὲ ὀρθοδοξίας τὰ ἐκείνου δόγματα, τίνα μισθὸν τῆς εὐσεβείας κομίζεται; Sicut h. l. praedicat illum ita vixisse atque institutum fuisse aliosque instituisse, ut et vita ipsius morumque ratio Episcopatus norma esset, et ipsius dogmata pro fidei orthodoxae lege haberentur: ita vero in tota oratione tanquam exemplar perfecti et omnibus numeris absoluti theologi laudat. Suspexerunt igitur magni hi viri Athanasium, quo scilicet ipsi longe superiores iudicati sunt a Philostorgio aliisque recentioribus, quos supra nominavimus. Taceo alias veterum laudes idem sonantes, quae comprehenduntur uno illo nomine honorifico πατρὸς τῆς ὀρθοδοξίας, quod primus, ni fallor, Epiphanius Haer. LXIX. cap. 2. commemoravit: quippe quo id ipsum significetur, in quo principatus theologicus maxime cernitur. Recte, ut nobis videtur, Montfauconius hoc praeconium Athanasio a veteribus tributum comprobavit et illustravit auxitque in Praefatione generali, ubi *de doctrina Athanasii* breviter expositurus sic praefatur: „In Christianae fidei exortu non erant eius mysteria certarum vocum limitibus circumscripta; sed emergentibus demum erroribus vocabula quaedam definiri necessum fuit, quibus ceu claustris continerentur temerarii homines rerum novandarum studiosi. Et indicare ne pigeat, cum nihil periculi ex indicio sit, salvis semper et integris rebus ac fide nihil mutata, multa Athanasii aevo eiusque ope inducta verba fuisse et ad certam formam redacta fidei capita; ut *Pater hodiernae theologiae* iure ille vocari possit. Quo maior vir habendus est, ut qui eam fidei enarrandae rationem prior induxerit, ex qua peritissimi quique, tanquam ex fonte, verum sentiendi pariter et loquendi modum haurirent: inter quos ecclesiae lumina Basilius et Gregorius Nazianzenus pro fidei magistro virum habuere.“ Etenim eodem puto sensu *Patrem hodiernae theologiae* appellatum esse, quo veteres πατέρα τῆς ὀρθοδοξίας dixerint. Ut autem intelligatur, illa appellatione dignitatem et praestantiam Athanasii theologi vel principatum, quem nos agnoscimus, vere exprimi, accuratius vis et ratio eiusdem declaranda est. Id quidem satis manifestum est, improbe Whistonum l. l. p. CXVI sq. Montfauconii verba in deteriorem partem traxisse, ac si ille quodammodo confessus esset, Athanasium fuisse auctorem novi systematis theologiae vel novae sectae in ecclesia: qua ab sententia, ut verba clamant, longissime fuit remotus. Sed quum nomen theologiae vario significatu, latiore et angustiore, usurpetur, fieri potest, ut nisi conveniente significatu hic accipiatur, appellatio ipsa aut falsa videatur aut inepta. Falsa enim videbitur, si theologiam dictam putemus universam doctrinam theologicam vel disciplinarum theologicarum

complexum. Nimirum huius theologiae si unum aliquem nominare velimus parentem, is non erit Athanasius, sed potius Origenes ὁ πολυμαθὴς καὶ φιλόπονος, quo cognomine ab illo in Ep. IV. ad Serap. cap. 9. laudatur. Inepta vero videbitur appellatio, si theologiae nomen significatu angustissimo accipiamus, ut sola doctrina de divinitate Christi vel de trinitate dei intelligatur: quo significatu saepius legitur in Athanasii aliorumque veterum scriptis, velut Orat. I. contra Arian. cap. 18. p. 182. Quamquam recentiores quoque eam doctrinae sacrae partem, qua de deo eiusque proprietatibus et operibus ac de trinitate disseritur, separatim *theologiam* vocant, quemadmodum veteres θεολογίαν ab οἰκονομίᾳ seiungebant, nemo tamen Athanasium *patrem hodiernae theologiae* praedicaverit, si praeter Nicaeni dogmatis auctoritatem nihil ei tribuere velit. Itaque theologia intelligenda est, quam hodie vulgo dicimus dogmaticam, vel potius complexus dogmatum fidei in ecclesia publice receptorum, ut Athanasius hoc sensu *theologiae ecclesiasticae parens et stator* praedicetur. Idem profecto Epiphanius aliique nomine τῆς ὀρθοδοξίας, quo proprie recta de fide Nicaena sententia laudatur, significare voluerunt, siquidem illi persuasum habuerunt, dogmate de trinitate et incarnatione dei integram fidem christianam ita contineri, ut qui de hoc recte sentiat, de reliquis gravius et in detrimentum salutis errare non possit. Athanasium vero eo, quo dixi, sensu *patrem hodiernae theologiae* iure meritoque vocari, id nisi ratione magis idonea, quam qua Montfauconius usus est, comprobetur, etiam nunc erunt qui addubitent, sicut olim Schroeckhius in Hist. eccl. Vol. XII. p. 241. ed. 2. addubitavit. Etenim concedendum est, illum hanc laudem non eo meruisse, quod primus singulari libro dogmata fidei suo tempore probata complexus esset eaque ad ecclesiae sententiam subtiliter exposuisset. Nam qui olim inter eiusmodi libros dogmaticos retulerunt Athanasii *Synopsin scripturae sacrae* et *Syntagma doctrinae,* dupliciter erraverunt. *Synopsis* non est argumenti dogmatici neque Magnum Athanasium habet auctorem, sed videtur esse commentarius in Stichometriam Nicephori ab Athanasio aliquo obscuro non ante saec. X. conscriptus. Vid. Credner *Zur Geschichte des Kanons* (Halle 1847.) p. 127 sq. *Syntagma* autem, uti ab Andr. Arnoldo primum (Paris. 1685.) editum est et inter Athanasii Opera (ed. Patav. Tom. II. p. 304 sq.) legitur, morum vitaeque praecepta maxime in usum monachorum continet itemque ab illo abiudicandum est. Conf. Oudini *Comment. de scriptoribus eccles. ant.* Vol. I. p. 374 sq. Alia quidem exstat istius libelli forma in cod. Naniano gr. LXIII., ex quo Mingarellius typis describendum curavit in Catalogo sic inscripto: *Graeci codd. mss. apud Nanios asservati* (Bonon. 1784.) p. 107—114.

Ibi enim is duabus constat partibus, una *de fide*, altera *de moribus*: quarum illa ab exemplo antea edito abest, haec multum discrepat. Sed hac quoque forma libellus non videtur dignior, qui tanti doctoris nomen prae se ferat. Athanasius igitur institutiones dogmaticas non composuit, nec si id fecisset propterea parens hodiernae theologiae iure vocari posset: quum antea iam Origenes, Clemente hac in re magistro usus, primum theologiae dogmaticae specimen dedisset libris quatuor περὶ ἀρχῶν et in exordio operis etiam notionem eiusdem explicuisset. Verumtamen in scriptis Athanasii universam religionis christianae formam et rationem, quam cogitatione complexus erat, expositam habemus, atque ita demonstrare possumus illum in tractandis praecipuis fidei dogmatibus eam praeivisse viam, quam clarissimos ecclesiae doctores saec. IV. ingressos esse constat. Primum in duobus libris apologeticis, in *Oratione contra gentes* et in *Oratione de incarnatione verbi* (inscribuntur graece λόγος κατὰ Ἑλλήνων et λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ λόγου καὶ τῆς διὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας αὐτοῦ). In his igitur libris, quos admodum iuvenis ante controversiam Arianam conscripsit, de praestantia religionis christianae cum religionibus gentium comparatae ita disseruit, ut eam propemodum totam evolveret et omnes partes vel capita omnia persequendo perfectam et absolutam esse doceret. Qua ratione, maxime in altero tractatu, non tantum ipsam doctrinam principalem de incarnatione verbi ac de causis et fructu adventus filii dei ad homines eiusque actionum et perpessionum illustravit, sed etiam antecedentia vel supposita, praecipue veram dei notionem et rectam de hominis creatione atque lapsu sententiam, et consequentia, quae de salute per Christum recuperanda traduntur, prout occasio ferebat, attigit. Conf. Moehlerus l. l. p. 136—184. et Dornerus in hist. dogmatis de persona Christi (*Entwickelungsgeschichte der Lehre von der Person Christi*) Vol. I. pag. 834—848. Tum vero in disputationibus contra Arianos itemque in iis, quibus Macedonianos et Apollinaristas aliosve de incarnatione verbi non recte sentientes confutavit, non satis habuit sola dogmata controversa de tribus in deo personis et de duabus in Christo naturis tractavisse: sed quemadmodum in theologica scripturae sacrae interpretatione singula dicta ex universae scripturae consensione atque ex fidei regula aestimari voluit et intelligi, sic in singulis quaestionibus dogmaticis ubivis principia et finem religionis christianae universamque eius formam circumspicienda esse putavit atque hac rei tractandae subtilitate adductus est, ut alia quoque illis controversis connexa doctrinae sacrae capita suis locis excuteret et quid de iis sentiendum esset, declararet. Praeterea ipsa controversiae materia ei non modo causam

attulit disputationis hac ratione amplificandae, verum etiam necessitatem imposuit. Constat enim haereticos illos, maxime Arianos, praeter errores primarios, de quibus controversia exorta esset, alias protulisse vel certe fovisse opiniones falsas, quae vel genuissent illos errores vel ex iisdem natae essent: id quod mirum videri non potest, quum dogmata alia ex aliis apta et nexa sint et sic inter se cohaerentia unum veluti corpus efficiant, ut qui de uno aliquo praesertim principali non recte sentiat, is necessario pluribus implicetur erroribus. Arianos vero non tantum de singulis quibusdam dogmatibus a catholicis dissensisse, sed aliam prorsus religionis christianae speciem mente informatam habuisse, acute et subtiliter demonstratum est a Moehlero l. l. Vol. I. p. 195 sq. et a Baurio in Historia dogmatis de trinitate et incarnatione dei (*Die christliche Lehre von der Dreieinigkeit und Menschwerdung Gottes in ihrer geschichtlichen Entwickelung*) Vol. I. p. 343 sq. Denique Athanasius etiam aliis in scriptis exegeticis et paraeneticis passim de rebus ad fidem pertinentibus disseruit, velut in Expositionibus in Psalmos et in Epistolis festalibus, quas Guil. Cureton ex Syriaca versione Londini a. 1848. primum edidit et nuper F. Larsovius in Germanicam linguam translatas Lips. a. 1852. vulgavit. His igitur in scriptis Athanasii genuinis universam, quam cogitatione complexus erat, doctrinae christianae formam et rationem ita expositam habemus, ut de scientia theologica et studiis dogmaticis, ex quibus *patrem hodiernae theologiae* h. e. parentem ac statorem theologiae ecclesiasticae agnosci volumus, explorate iudicari possit, etsi liber non exstat singularis, quo summa doctrinae christianae ex artis lege ab ipso explicata sit. Iam vero ut doceamus, studiis dogmaticis magni viri fundamenta iacta firmataque esse, quibus theologia ecclesiastica nititur, illumque omnino in dogmatibus enodandis et definiendis eam summa auctoritate praeivisse viam, qua postea doctores ecclesiae progressos esse constat, non opus hic est Athanasianam doctrinae formulam, quam Moehlerus particulatim variis operis sui locis diligentissime enarravit, perpetua oratione persequi atque cum formulis doctorum ecclesiae priorum aetate et posteriorum conferre, sed sufficiet potiora illius formulae capita satis celebrata attigisse et Athanasium cum uno Origene comparavisse, cuius a schola ille profectus est, sed a sententia discessit ita, ut in theologia dogmatica, quae philosophando ab Origene partim deformata esset, ad normam veritatis revelatae conformanda operam et studium collocaret. Etenim dubitari non potest, quin Athanasius, qui Alexandriae a teneris vixerat et institutus erat, litteris theologicis praecipue ad disciplinam Origenis eruditus sit ac scripta eius studiose diligenterque legerit, quae ab eruditioribus illius

temporis Christianis praesertim in Aegypto magni aestimabantur, sicut et Origenes ipse tunc apud plerosque optima et meritissima fama fruebatur*). Confirmant id laudes, quibus ab Athanasio de decr. syn. Nic. c. 27. et Ep. ad Serap. IV. c. 9. praedicatur, et reperiuntur in libris Athanasii haud pauca, ex quibus auctorem Origene magistro usum esse nec scripta discipulorum eiusdem, velut Dionysii Alexandrini et Theognosti, improbasse cognoscitur. Aeque certum est, illum philosophia Platonica Alexandriae vigente, cui Origenes plurimum tribuerat, imbutum fuisse et quidem ex puriore formula fortasse per studia Plotini revocata, cuius vestigia etiam in Basilii aliorumque saeculi quarti doctorum scriptis deprehenduntur. Si quis animo ad hanc rem attento Athanasii libros percurrat, is multa satis offendet praesertim in duobus apologeticis, quae aperte eloquentiam et doctrinam Platonicam sapiunt.

Haec hactenus Ioannes Carolus Thilo, quum ante diem XVII. mensis maii h. a. annum agens undesexagesimum suis, academiae, cui tanto ornamento fuit, atque theologiae eriperetur. Multa praeter haec disputaturus fuit, plus enim semel de Athanasio et eius doctrina librorumque hoc volumine repetitorum natura et momento uberius subtiliusque expositum iri mihi significavit; at proh dolor praeter brevissimas quasdam notulas fugitivo calamo in memoriae subsidium exaratas vel potius proiectas locorumque aliquot accuratius explicandorum adnotationem nihil in eius schedis inventum est, quod ad illud exordium pertineret. Id quod eo magis dolendum, quo maiorem de hac praefatione exspectationem fovere licuit. Fuit enim haec beati viri eruditio et singularis doctrinae praestantia, ut in hoc literarum genere et habitaret et regnaret, neque facile inter nostrae memoriae theologos inveneris quem Patribus familiariorem historicaeque theologiae peritiorem dicas. Et hoc quidem non eo a me animo dictum est, ut theologum laudem mea certe laude longe superiorem, sed ut appareat quantum ab his prolegomenis sperandum fuerit, quum haec Bibliotheca beato auctori tantopere cordi esset, ut eam, de qua per

*) Credibile non est a Petro Alexandrino episcopo sic de Origene iudicatum esse, quemadmodum in ep. Iustiniani ad Mennam (Concill. ed. Mansi Tom. IX. p. 504.) ex Actis Petri Alex. fide, ut videtur, haud dignis refertur. Conf. Tillemontius *Mémoires* Tom. III. p. 588 sq. Contra verosimile est, Alexandrum, Petri post Achillam successorem, qui Athanasium in diaconi ordinem promovit et in contubernium ascivit, studiis theologiae Origenianae favisse, quum ipse in explicanda et defendenda doctrina de aeterna filii generatione Origenis vestigia presserit.

multos annos cogitaverat, librorum delectum continuo mente volvens, selectos iteratis vicibus explorans retractansque et vix ac ne vix quidem sibi satisfaciens, non nisi locuplete quadam dote commendatam in lucem publicam dimissurus fuisset. Periit igitur novus quidam fructus eorum studiorum, quibus tantam aetatis suae partem consecravit, non magnus ille quidem vel splendidus, si cetera immortalis viri in theologiam merita contuleris, sed maturus tamen, id quod me quidem iudice hoc exordium testatur ab ipso adhuc auctore typis commissum, reliquisque eius scriptis haudquaquam inferior. Periit inquam; illae enim quas dixi notulae tantum abest ut consilium atque sententiam beati viri prodant, ut vix quid de hoc illove argumento fortasse praeter alia dicturus fuisset coniicere possis, neque praeter eas quidquam exstat, quod continuationis materiem offerat. Quae quum ita sint, ego equidem, cui secundaria quaedam in hoc opere provincia demandata fuit, a bibliopola rogatus ut inchoatam praefationem ad finem perducerem, non ad eam arrogantiam audaciamque progressus sum ut absolvere conarer quod tantus theologus imperfectum reliquit, sed satius dixi, ea, quae beatus auctor ipse prelo tradiderat vel praeparaverat, qualia sunt intacta cum lectoribus communicari. Eruditis certe reique gnaris breve hoc abrupti exordii specimen tanquam monumentum quoddam, quod artifex quasi ipse sibi inscius posuit, gratius haud dubie atque sanctius fore spero, quam si adiectis ab aliena manu rebus communibus et in vulgus notis amphora institui coepta urceus exiiset.

Quod vero ad ipsam hanc Bibliothecam attinet, ea quamvis tristissimo illo casu hoc iacturae fecerit ut prolegomenorum commendatione careat, tamen si coeptis deus adnuerit progressum suum habebit. Delectus enim librorum, qui secundum principia supra p. 16 sqq. accuratius explicata recipientur, dudum factus erat antequam ad primum hoc volumen typis exscribendum accederetur, neque crediderim beatum editorem, licet illud *diem die doceri* cum maxime ad se pertinere censeret et de quibusdam forte adhuc dubitaret (vd. p. 24.), multa deinceps immutaturum fuisse. Alterum igitur volumen ipso adhuc suasore atque teste imprimi coeptum et iam ad finem properans post paucas septimanas in lucem prodibit, quae reliqua sunt tria, prout res postulare videbitur et temporum rationes permittent, sequentur.

Quae dicenda restant paucissimis absolvantur. Textus editionis Benedictinae opera Iacobi Lopini et Bernardi Montfauconii Lutetiae Parisiorum 1698. publici iuris factae tam accurate repetitus est, ut praeter paucissima loca, ubi quum lectio a prioribus editionibus non monito lectore discederet, minus de emendatione cogitandum videretur

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI
EXPOSITIO FIDEI.

ADMONITIO.

Cum incertum sit tempus, quo sequentem fidei expositionem ediderit S. Athanasius, eam aptiore loco non putamus posse collocari, quam in fronte operum, quae S. Doctor adversus Arianos conscripsit. Haec autem duplicis sunt generis: in aliis enim fidem catholicam adversus Arianam impietatem strenue propugnat invictus Verbi defensor: in aliis vero varios gravissimosque recenset casus, quos ipse pro eiusdem fidei defensione Arianis auctoribus constanter pertulit; ac proinde valde consentaneum videtur, illam fidem primum exponi, pro cuius causa his perfunctus est laboribus, quos ipse enarrat, et pleraque quae deinceps sequuntur opera composuit. Quid haec expositio contineat, ipse docet titulus: nempe brevis est explicatio fidei catholicae adversus Arianos, quam quidem Facundus Hermianensis lib. XI. pro defensione trium capitul. c. 2. *Symboli expositionem appellat, quae forte tunc fuit huius operis inscriptio. Quin is verus sit S. Athanasii fetus, nulla sane est dubitandi ratio; neque porro id probare ullo modo opus fuerit, siquidem ipse stylus, ipsa doctrina magnum Athanasium satis per se indicat. Nec enim ex eo, quod hic tantum humanam Christi naturam* dominicum hominem *appellat S. Pater, hanc expositionem eius non esse licet suspicari, ut nonnullis quidem visum est: quin potius idem contrarium validissime probat, cum veteres quidam scriptores haec ipsa verba vere S. Athanasii esse aperte testentur, ut paucis referre operae pretium videtur. Rufinus apologia pro Origene inter opera S. Hieronymi editionis Pa-* P. 97.

P. 97. *risiensis anni* 1643. *tom. IX. p.* 131.[1]) *meminit libelli S. Athanasii, ubi hae voces* dominicus homo *exstabant; quem quidem locum abrasisse ac deinde rescripsisse idem obiicit S. Hieronymo, qui hanc a se depellendo calumniam*[2]) *minime negat, id ita scriptum exstitisse in illo S. Athanasii libello. Verum an iste libellus sit haec fidei expositio,*
P. 98. *an vero alia maior, ex qua aliquot fragmenta affert Theodoretus dialogo* 3.[3]), *ubi eaedem voces habentur, certo affirmari non potest: nisi forte fusior illa fidei expositio, quam Theodoretus* maiorem de fide orationem *appellat, libellus dici non posse aliquibus videatur. Ut ut sit, inde tamen perspicuum est, hanc fidei expositionem minime ob illas voces Athanasio esse abiudicandam, cum teste Rufino eum his aliquando fuisse usum constet. Ceterum maior illa de fide oratio, de qua Theodoretus, nihil aliud videtur esse, quam fusior et prolixior explicatio huiusce expositionis, nec maior inscribi, nisi quia alia etiam, nempe haec, exstabat, quae brevior et contractior esset, quod ut clarius pateat, haud ab re fuerit locum ipsum afferre, ubi Christus ut homo* dominicus homo *dicitur. En igitur verba ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου τοῦ μείζονος, ut appellat Theodoretus: ἐγένετο Λάζαρον ἀσθενήσαντα ἀποθανεῖν· ὁ δὲ κυριακὸς ἄνθρωπος οὐκ ἀσθενήσας οὐδὲ ἄκων ἀπέθανεν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου οἰκονομίαν, στερεοποιούμενος ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ οἰκήσαντος θεοῦ λόγου τοῦ εἰπόντος· οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀπ' ἐμαυτοῦ αὐτὴν τίθημι· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. Id est: Accidit ut Lazarus morbo confectus moreretur: at* dominicus homo *non vi morbi nec invitus est mortuus, sed sua sponte venit ad mortis dispensationem, corroboratus a Deo Verbo in ipso manente, qui dixit:* Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam: potestatem habeo ponendi eam, et rursus potestatem habeo sumendi eam. *Haec ibi quae nonnisi paulo maior est explicatio eorum, quae in sequenti expositione numero* 1. *leguntur. Ex hac quoque fidei expositione excerpsisse videtur Augustinus haec, quae lib.* 2. *de Sermone Domini in monte habet cap.* 6. *n.* 20. *Nulli licebit ignorare Dei regnum, cum eius unigenitus non solum intelligibiliter sed etiam visibiliter in* homine dominico *de caelo venerit iudicaturus vivos et mortuos. Haec enim postrema verba* in homine dominico iudicaturus vivos et mortuos *habentur in eadem expositione num.* 1., *quibus vocibus se usum esse ait Augustinus, quia eas legerat*

1) Hier. Opp. ed. Martianay. Tom. V. p. 253.
2) Apologia adv. Rufin. II, 20. (ed. Vallars. — Opp. ed. Martianay Tom. IV. p. 415. s. f.).
3) Opp. ed. Garn. IV. p. 161.

apud catholicos auctores: sic enim scribit lib. 1. *Retract. c.* 19. *n.* 8.: P. 98.
Hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores catholicos divinorum eloquiorum. Deinde addit: sed ubicunque hoc dixi, dixisse me nollem: postea quippe vidi, non esse dicendum, quamvis nonnulla possit ratione defendi. Ratio autem cur haec reprehendat, hanc ipse ibidem affert: Non video, utrum recte dicatur homo dominicus, *qui est mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, cum sit utique Dominus. Dominicus autem homo quis in eius sancta familia non potest dici? Denique Facundus Hermianensis libro XI. pro defensione trium capitulorum c.* 2. *tria loca ex hac fidei expositione S. Athanasii profert, inter quae unus locus est, ubi hae ipsae voces* homo dominicus *leguntur. Verba ipsa infra ad propria loca in notis afferemus*[1]). *Ex his igitur evidens est, nullo modo posse in dubium revocari, utrum S. Athanasius sit auctor huius expositionis fidei. Nec vero haec locutio in Athanasio culpanda est, quam nempe ipse ac post eum Epiphanius in Ancorato* §. 95. *et Cassianus Collat. XI. c.* 13. *et de incarnatione lib. V. cap.* 5. *et lib. VI. cap.* 22. *forteque alii catholice usurparunt: unde ipse Augustinus, qui eam redarguit, ut vidimus, nonnulla tamen posse ratione defendi fatetur. Hi scilicet quos modo memoravimus, per* hominem dominicum *nihil aliud intelligunt, quam humanam Christi naturam, quemadmodum certe cum iidem et alii e Patribus* hominem *a Verbo assumtum tam crebro dicunt, humanam tantum naturam indicant, non distinctam personam. Hinc Cassianus in his ipsis locis, ubi Nestorium duas in Christo personas inducentem refellit, iisdem illis vocibus uti minime refugit.*

1) Vd. p. 5. n. g. p. 6. n. a. p. 9. n. g.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

[a]ΕΚΘΕΣΙΣ ΠΙΣΤΕΩΣ.

P. 99. 1. *Πιστεύομεν εἰς ἕνα ἀγέννητον θεόν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ποιητὴν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, τὸν ἔχοντα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ λόγον, σοφίαν, υἱόν, ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως [b]γεγεννημένον, λόγον δὲ οὐ προφορικόν, οὐκ ἐνδιάθετον, [c]οὐκ ἀπόῤῥοιαν τοῦ τελείου, οὐ τμῆσιν τῆς ἀπαθοῦς φύσεως, οὔτε προβολήν, ἀλλ᾽ υἱὸν αὐτοτελῆ, ζῶντά τε καὶ ἐνεργοῦντα, τὴν ἀληθινὴν [d]εἰκόνα τοῦ πατρός, ἰσότιμον καὶ ἰσόδοξον· τοῦτο γάρ ἐστι, φησι, τὸ θέλημα τοῦ πατρός, ἵνα καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα, οὕτως τιμῶσι καὶ τὸν υἱόν[1])· θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ὥς φησιν Ἰωάννης ἐν [e]καθολικαῖς· καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεός, καὶ ζωὴ ἡ αἰώνιος[2])· παντοκράτορα ἐκ παντοκράτορος· πάντων γάρ, ὧν ἄρχει ὁ πατὴρ καὶ κρατεῖ, [f]ἄρχει καὶ κρατεῖ καὶ ὁ υἱός· ὅλος ἐξ ὅλου, ὅμοιος τῷ πατρὶ ὤν, ὥς φησιν ὁ κύριος· ὁ ἐμὲ ἑωρακώς, ἑώρακε τὸν πατέρα[3]). ἐγεννήθη δὲ ἀνεκφράστως καὶ ἀπερινοήτως· τὴν γὰρ γενεὰν [g]αὐτοῦ τίς διηγή-*

1) Ioan. 5, 23. 2) 1. Ioan. 5, 20. 3) Ioan. 14, 9.

a. Seguer. *τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις πίστεως.* Regius *τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις μεγάλου Ἀθανασίου πίστεως.*

b. Segnerianus *γεγενημένον.*

c. Haec in Eusebianos dicta esse videntur, qui fidei Nicaenae ob vocem *ὁμοούσιον* subscribere renuebant. *Ἐπεὶ γάρ,* ut scribit Socrates histor. Eccles. lib. I. cap. 8. [ed. Reading. pag. 22.], *ἔφασαν ὁμοούσιον εἶναι ὃ ἔκ τινος ἐστὶν ἢ κατὰ μερισμὸν ἢ κατὰ ῥεῦσιν ἢ κατὰ προβολήν· κατὰ προβολὴν μὲν ὡς ἐκ ῥιζῶν βλάστημα, κατὰ δὲ ῥεῦσιν ὡς οἱ πατρικοὶ παῖδες, κατὰ μερισμὸν δὲ ὡς βώλου χρυσίδες δύο ἢ τρεῖς· οὐδὲν δὲ τούτων ἐστὶν ὁ υἱός, διὰ τοῦτο οὐ συγκατατίθεσθαι τῇ πίστει ἔλεγον.* Id est: *Nam quoniam consubstantiale illud esse aiebant, quod ex alio est vel partitione vel fluxu vel proiectu, proiectu quidem ut ex radicibus germina, fluxu ut ex parentibus liberi, partitione vero ut ex auri massa duae vel tres phialae: nullo porro horum modo Filium Dei esse, idcirco in eam fidem se consentire non posse asseverabant.* Notandum tamen, auctores mediae et infimae aetatis voce *προβολή* uti ad significandam processionem Spiritus sancti, ipsumque

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

EXPOSITIO FIDEI.

---

1. Credimus in unum non-genitum Deum, Patrem omnipotentem, omnium effectorem visibilium et invisibilium, qui a se ipso habet ut sit: et in unum unigenitum Verbum, Sapientiam, Filium ex Patre sine initio et ab aeternitate genitum, Verbum vero non prolatum vel internum, non aliquid ex perfecto effluens, aut ex impatibili natura sectum vel proiectum, sed Filium per se perfectum, viventem et agentem, veram Patris imaginem, honore et gloria parem: haec est enim, inquit, voluntas Patris, *ut quemadmodum Patrem honorant, ita et Filium honorent*; Deum verum ex Deo vero; uti dicit Ioannes in Catholicis epistolis: *Et sumus in vero, in Filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus et vita aeterna*; omnipotentem ex omnipotente; omnibus enim, quibus imperat et dominatur Pater, imperat et dominatur similiter Filius, qui totus ex toto et similis Patri existit, ut ipse ait Dominus: *Qui me videt, videt Patrem.* Genitus autem est modò inexplicabili et qui comprehendi nequeat. Nam *generationem* P. 99.

Ioannem Damascenum Patrem appellare *προβολέα τοῦ ἁγίου πνεύματος*, ut videre est lib. I. Orthod. fid. c. 9. et 13.

d. Gobler. et Felckm. I. anon. post *εἰκόνα τοῦ πατρός* omissis interiectis statim subdunt *ἵνα καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα* etc. Ibidem Reg. post *καθώς* addit *φησί*.

e. Gobler. et Felckm. I.* anon. *ἐν τῇ καθολικῇ*. Mox Reg. *ἐν τῷ ἀληθινῷ αὐτοῦ υἱῷ Ἰησοῦ Χριστῷ*, ut et habent aliqui mss. novi Testamenti edit. Oxon. 1675., qui tamen *υἱῷ* ante *αὐτοῦ* praemittunt. Paulo post art. *ἡ* post *ζωή* deest in Seguer.

f. Sic Reg. Gobler. et Felckm. I. anon., qui tamen duo ultimi *καὶ ὁ υἱός* inter *ἄρχει* et *καὶ κρατεῖ* interponunt. Alii mss. et editio Commel. *καὶ ὁ υἱός* omittunt.

g. Sic Seguer. et versio graeca Esaiae. Editi *αὐτῷ*. Quae mox sequuntur, refert Facundus Hermianensis lib. XI. pro defensione trium capitulor. cap. 2. [Gallandi Bibl. Patr. XI. p. 784. col. 2.] his verbis: *Dicit itaque idem beatus Athanasius in expositionem symboli: Qui in fine saeculorum descendens ex sinu Patris, ex immaculata Virgine Maria nostrum adsumpsit hominem Iesum Christum, quem pro nobis passioni tradidit.*

P. 99. σεται[1]); ἀντὶ τοῦ οὐδείς. ὃς ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων κατελθὼν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρός, ἐκ τῆς ἀχράντου παρθένου Μαρίας τὸν ἡμέτερον ἀνείληφεν ἄνθρωπον, Χριστὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν παρέδωκεν ἰδίᾳ προαιρέσει, ὥς φησιν ὁ κύριος· οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν[2]). ἐν ᾧ ἀνθρώπῳ σταυρωθείς, καὶ ἀποθανὼν
P. 100. ὑπὲρ ἡμῶν, ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, [a]καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανούς· ἀρχὴ ὁδῶν κτισθεὶς ἡμῖν[3]), ἐν τῇ γῇ ὤν, ἡμῖν ἔδειξεν ἐκ σκότους φῶς, σωτηρίαν ἐκ πλάνης, ζωὴν ἐκ νεκρῶν, εἴςοδον ἐν τῷ παραδείσῳ, ἐξ οὗ [b]ἐκβέβληται Ἀδάμ, εἰς ὃν πάλιν εἰςῆλθε διὰ τοῦ λῃστοῦ, ὡς εἶπεν ὁ κύριος· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ[4])· εἰς ὃν καὶ ὁ Παῦλος εἰςῄει· ἄνοδόν τε εἰς οὐρανούς, ὅπου πρόδρομος εἰςῆλθεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος, ἐν ᾧ μέλλει κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς.

2. Πιστεύομεν ὁμοίως [c]καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ πάντα ἐρευνῶν καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ[5]), ἀναθεματίζοντες τὰ παρὰ [d]τοῦτο φρονοῦντα δόγματα. οὔτε γὰρ υἱοπάτορα φρονοῦμεν, ὡς οἱ Σαβέλλιοι λέγοντες μονοούσιον καὶ οὐχ ὁμοούσιον, καὶ ἐν τούτῳ ἀναιροῦντες τὸ εἶναι υἱόν· οὔτε τὸ παθητὸν σῶμα, ὃ ἐφόρεσε διὰ τὴν τοῦ παντὸς κόσμου σωτηρίαν, ἀνατίθεμεν τῷ πατρί· οὔτε τρεῖς ὑποστάσεις μεμερισμένας καθ' ἑαυτάς, ὥσπερ σωματοφυῶς ἐπ' ἀνθρώπων, ἐστὶ λογίσασθαι, ἵνα μὴ [e]πολυθείαν ὡς τὰ ἔθνη φρονήσωμεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐκ πηγῆς ποταμὸς γεγεννημένος οὐ διῃρέθη, καίτοι δύο σχήματα καὶ δύο ὀνόματα τυγχάνοντα. οὔτε γὰρ ὁ πατὴρ υἱός ἐστιν, οὔτε ὁ υἱὸς πατήρ ἐστιν· ὁ γὰρ πατὴρ υἱοῦ πατήρ [f]ἐστι, καὶ ὁ υἱὸς πατρὸς υἱός ἐστιν. ὡς γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ πηγὴ ποταμὸς οὐδὲ ὁ ποταμὸς πηγή, ἀμφότερα δέ ἓν καὶ ταὐτόν ἐστιν ὕδωρ τὸ ἐκ τῆς πηγῆς εἰς τὸν ποταμὸν μετοχετευόμενον, οὕτως ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς εἰς τὸν υἱὸν θεότης ἀῤῥεύστως καὶ ἀδιαιρέτως [g]τυγχάνει. φησὶ γὰρ ὁ κύριος· ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω[6]). παρὰ δὲ τῷ πατρί ἐστιν ἀεί, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός· οὐδέποτε δὲ ἐκενώθη ὁ κόλπος τοῦ πατρὸς τῆς τοῦ υἱοῦ θεότητος· φησὶ γάρ· ἐγὼ ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα[7]). οὐ φρονοῦμεν δὲ [h]κτίσμα ἢ ποίημα ἢ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν τοῦ παντὸς κτί-

1) Esa. 53, 8. 2) Ioan. 10, 18. 3) Prov. 8, 22. 4) Luc. 23, 43. 5) 1. Cor. 2, 10. 6) Ioann. 16, 28. 7) Prov. 8, 30.

a. Sic Regius ms. In aliis vero et editis καί deest. Quae sequuntur, habet Facundus eodem loco [vd. n. ant.] his verbis: *Principium viarum conditus nobis est in terra, quas* (forte *in qua*) *nobis ostendit de tenebris lumen, salutem ex errore, vitam ex mortuis, introitum ad paradisum, de quo exclusus est Adam, in quem iterum intravit per latronem, sicut dixit Dominus: hodie mecum eris in paradiso, quo et Paulus intravit, ascensum in caelum, quo praecursor pro nobis ingressus est dominicus*

eius quis enarrabit? quod idem est ac si diceretur *nullus.* Qui idem P. 99.
cum in fine saeculorum ex Patris sinu descendisset, ex inviolata Virgine Maria nostrum assumsit hominem, Iesum Christum, cuius propriae voluntati reliquit, ut pro nobis pateretur, quemadmodum ipse ait Dominus: *Nemo tollit animam meam a me: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.* In quo homine crucifixus et mortuus pro nobis, resurrexit a mortuis, et in caelos assumtus est. Idem principium viarum nobis creatus, cum in terra P. 100.
versaretur, nobis ex tenebris lumen exhibuit, salutem ex errore, vitam ex mortuis nec non ingressum in paradisum, ex quo Adam eiectus fuerat, et in quem idem rursus per latronem ingressus est, quemadmodum ait Dominus: *Hodie mecum eris in paradiso,* in quem etiam introivit ipse Paulus. Ascensum quoque in caelum nobis paravit, quo praecursor pro nobis intravit Dominicus homo, in quo vivos et mortuos est iudicaturus.

2. Credimus similiter in Spiritum Sanctum, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Dogmatis autem omnibus, quae his contraria fuerint, anathema dicimus. Neque enim Filio-patrem agnoscimus, qui unius sit substantiae, non vero consubstantialis, ut volunt Sabelliani, qui hoc pacto Filium penitus tollunt. Neque etiam patibile corpus, quod propter totius mundi salutem gestavit, attribuimus Patri; neque tres hypostases per seipsas divisas, ut in hominibus pro natura corporum accidit, fas est in Deo cogitare, ne ut gentes deorum multitudinem inducamus; sed sicut fluvius, qui ex fonte genitus ab eodem non separatur, quamvis duae sint illorum figurae duove nomina. Siquidem neque Pater est Filius, neque Filius est Pater; nam Pater Filii Pater est, et Filius Patris est Filius. Ut enim fons non est fluvius, neque fluvius est fons, sed uterque una et eadem est aqua, quae ex fonte permanat in fluvium, sic divinitas ex Patre in Filium absque fluxione et divisione diffunditur. Hinc dicit Dominus: *Ex Patre exivi et venio.* Apud Patrem autem semper is est, qui est in sinu Patris, nec umquam sinus Patris Filii divinitate est exinanitus. Namque ait: *Ego eram apud eum componens.* Nec vero sentimus creatum aut factum, aut ex nihilo esse rerum omnium creatorem Deum, Dei Filium, ex existente existentem, ex solo solum, cui ab aeternitate

homo, in quo iudicaturus est vivos et mortuos.

b. Seguer. ἐκβέβλητο. Mox Gobler. et Felckm. l. anon. ὡς ἔφη ὁ κύριος.

c. καί abest a Seguer. Gobler. et Felckm. l. anon.

d. Gobler. et Felckm. ταῦτα. Mox Reg. et Seguer. υἱοπάτορα habent. Alii vero et editi υἱοπατέρα.

e. Seguer. πολυθεΐαν. Id. mox γεγενημένος.

f. ἐστί hic et mox abest a Gobleriano et Felckmanni l. anonymo.

g. Reg. τυχόν; mendose.

h. In mss. Seguer. et Reg. particula καί, quam hic alii et editi addunt, nulla est.

P.100. στην θεὸν τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν, τὸν ἐκ τοῦ ὄντος ὄντα, τὸν ἐκ τοῦ μόνου μόνον, [a] ὡς συναπεγεννήθη ἐκ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἡ ὁμοία δόξα καὶ δύναμις· ὁ γὰρ ἑωρακὼς τὸν υἱόν, καὶ τὸν πατέρα ἑώρακε[1]). τὰ πάντα δηλονότι διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκτίσθησαν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὐτὸς κτίσμα, ὥς φησιν ὁ Παῦλος περὶ τοῦ κυρίου, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων[2]). οὐ λέγει δὲ ὅτι πρὸ πάντων ἐκτίσθη, ἀλλ' ὅτι πρὸ πάντων ἐστί· τὸ γοῦν
P.101. ἐκτίσθαι ἐπὶ πάντων κεῖται· τὸ δὲ ἔστι πρὸ πάντων μόνῳ τῷ υἱῷ ἁρμόττει.

3. Γέννημα τοίνυν κατὰ φύσιν ἐκ τελείου τέλειόν ἐστι, πρὸ πάντων βουνῶν γεννηθέν, τοῦτ' ἔστι πρὸ πάσης λογικῆς καὶ νοερᾶς οὐσίας, ὡς καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ φησὶν [b] αὐτὸν ὁ Παῦλος πρωτότοκον πάσης κτίσεως[3]). ἀλλὰ πρωτότοκον [c] εἰπὼν δηλοῖ μὴ εἶναι αὐτὸν κτίσμα, ἀλλὰ γέννημα τοῦ πατρός· ξένον γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ τὸ λέγεσθαι κτίσμα. τὰ γὰρ πάντα ἐκτίσθησαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ, ὁ δὲ υἱὸς μόνος ἐκ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἐγεννήθη· διὸ πρωτότοκός ἐστι πάσης κτίσεως ὁ θεὸς λόγος, ἄτρεπτος ἐξ ἀτρέπτου. ἔστι τοίνυν [d] τὸ ὃ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε σῶμα κτίσμα, περὶ οὗ λέγει Ἱερεμίας κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα [e] ἑρμηνευτῶν ἔκδοσιν· κύριος ἡμῖν ἔκτισεν εἰς καταφύτευμα σωτηρίαν καινήν, ἐν ᾗ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι[4]). κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν περὶ τοῦ αὐτοῦ ῥητοῦ κεῖται· ἔκτισε κύριος καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ. ἡ δὲ κτισθεῖσα ἡμῖν εἰς καταφύτευμα [f] σωτηρία, καινὴ καὶ οὐ παλαιά, ἡμῖν τε καὶ οὐ πρὸ ἡμῶν, [g] Ἰησοῦς ἐστιν, ὁ κατὰ τὸν σωτῆρα γενόμενος ἄνθρωπος, ὃς ἑρμηνεύεται πῆ μὲν σωτηρία, πῆ δὲ σωτήρ. ἔστι δὲ ἐκ τοῦ σωτῆρος ἡ σωτηρία, ὃν τρόπον ἐκ τοῦ φωτὸς ὁ φωτισμός. ἡ οὖν ἐκ τοῦ σωτῆρος σωτηρία κτισθεῖσα καινή, καθὼς λέγει Ἱερεμίας, ἔκτισεν ἡμῖν σωτηρίαν καινήν, καὶ ὡς Ἀκύλας φησίν, ἔκτισε κύριος καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ, τουτέστιν ἐν τῇ Μαρίᾳ. οὐδὲν γὰρ ἐκτίσθη καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ, εἰ μὴ τὸ ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας τεχθὲν ἄνευ συνουσίας κυριακὸν σῶμα,

1) Ioann. 14, 9. 2) Coloss. 1, 16. 3) Coloss. 1, 15. 4) Ierem. 31, 22.

a. Sic mss. Seguer. et Reg. quos ipsi vidimus, atque etiam editi. Nullam quoque hic mss. discrepantiam affert Felckmannus. Nannius sic hunc locum reddit: *cui ut ab aeterno ex Patre genito par gloria et potestas.* An forte ᾧ pro ὡς legerit? Nos ita vertimus quasi ᾧ legendum esset: nam ex particula ὡς nullus rectus sensus, ut nobis quidem videtur, elici potest. Nostram autem coniecturam non parum confirmant quae subiiciuntur verba ὁ γὰρ ἑωρακὼς τὸν υἱόν etc. *Nam qui videt Filium, videt et Patrem.* Inde enim clarum est hic significari, Filio ex Patre similem adeo gloriam et virtutem esse ab aeternitate genitam, ut qui viderit Filium, viderit simul et Patrem.

b. αὐτὸν ὁ Παῦλος abest a Gobler. et Felckm. I. anon.

c. Segner. omittit εἰπών. Gobler. et Felckm. I. anon. omisso εἰπών habent δηλῶν. In Reg. pro δηλοῖ legitur δηλῶν.

ex Patre par gloria et virtus simul ingenita est: nam *qui videt Filium, videt et Patrem.* P. 100. Nempe omnia per Filium creata sunt: at non ipse res est creata, uti his verbis docet Paulus: *Quia in ipso creata sunt omnia, et ipse est ante omnia.* Non autem dicit eum ante omnia creatum esse, sed esse ante omnia. Hoc igitur verbum *creatum esse* de omnibus quidem dicitur: sed *esse* ante omnia soli utique Filio P. 101. congruit.

3. Ille itaque fetus est natura perfectus ex perfecto, ante omnes colles genitus, hoc est ante omnem naturam ratione et intelligentia praeditam, quemadmodum alibi Paulus eum vocat *primogenitum omnis creaturae.* Verum cum primogenitum dixit, illum non creatum esse, sed fetum esse Patris significavit. Siquidem alienum est ab eius divinitate, rem creatam ipsum dici. Omnia enim a Patre per Filium creata sunt: solus autem Filius ab aeternitate ex Patre genitus est, unde Deus Verbum primogenitus est omnis creaturae, immutabilis ex immutabili. Itaque corpus, quod quidem propter nos assumsit, res creata est, de quo dicit Ieremias iuxta Septuaginta Interpretum editionem: *Dominus creavit nobis in plantationem salutem novam, in qua salute homines circumibunt.* Interprete autem Aquila: *Creavit Dominus novum in femina.* Creata porro nobis in plantationem salus nova et non antiqua, nobis et non ante nos, Iesus est, qui quatenus Salvator factus est homo, quae quidem vox *Iesus* aliquando salus, aliquando salvator redditur. Est autem ex Salvatore salus, ut ex lumine illuminatio. Itaque nova ex Salvatore creata salus, ut loquitur Ieremias, nobis salutem novam creavit. Vel ut vertit Aquila: *Creavit Dominus novum in femina,* id est in Maria. Nihil enim novum in femina creatum est, nisi dominicum corpus, quod Maria virgo absque concubitu peperit, ut ex persona Iesu in Proverbiis legitur: *Dominus*

d. Sic Regius, Seguer. Gobler. et Felckm. I. anon. At alii cum editis τό omittunt: editique praeterea δι' ὑμᾶς post ἐφόρεσε habent.

e. ἑρμηνευτῶν deest in Gobler. et Felckm. I. anon. Hic porro locus sic in Hebraeo legitur:

בָּרָא יְהוָֹה חֲדָשָׁה בָּאָרֶץ נְקֵבָה תְּסוֹבֵב גָּבֶר׃

id est: *Creavit Deus novum in terra, femina circumdabit virum.*

f. Sic Seguer. Ceteri vero et editi σωτηρίας καινή, mendose.

g. יְשׁוּעָה unde nomen Iesus a verbo ישע proprie quidem est salus: at nomen proprium inde deductum recte *Salvator* vertitur. Hinc Hieronymus lib. I. commentar. in Matth.: *Iesus Hebraeo sermone Salvator dicitur.* Hunc locum Facundus Hermian. loco supra [p. 5. n. g.] laudato his verbis refert: *Ea vero salus, quae nobis condita est ad plantationem nostram, nova est et non vetus, nobis et non eis qui ante nos, Iesus qui iuxta Salvatorem factus est homo, qui interpretatur pastor, salus, interdum etiam Salvator.* Haec ibi perperam e Graeco reddita.

p. 101. ὡς καὶ ἐν παροιμίαις ἐκ προσώπου τοῦ [a]Ἰησοῦ λέγει· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ[1]). οὐ λέγει δέ· πρὸ ἔργων ἔκτισέ με, ἵνα μή τις εἰς τὴν θεότητα τοῦ λόγου ἐκλάβοι τὸ ῥητόν.

4. Ἑκάτερα τοίνυν τὰ περὶ τὸ κτίσμα ῥητὰ σωματικῶς εἰς τὸν Ἰησοῦν γέγραπται· ἀρχὴ γὰρ ὁδῶν ἐκτίσθη ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος, [b]ὃν εἰς σωτηρίαν ἡμῖν ἐφανέρωσε. διὰ τούτου γὰρ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἔχομεν προσαγωγήν[2]). αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς [c]ἡ πρὸς τὸν πατέρα ἀνάγουσα ἡμᾶς. ὁδὸς δὲ σωματικόν τί ἐστι θέαμα, ἥτις ἐστὶν ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος. τὰ πάντα γοῦν ἔκτισεν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος οὐκ ὢν κτίσμα, ἀλλὰ γέννημα. οὐδὲν γὰρ τῶν κτισμάτων ἔκτισέ τι ἴσον ἢ ὅμοιον ἑαυτῷ· πατρὶ δὲ ἔοικε τὸ γεννᾶν,
p. 102. τεχνίτῃ δὲ τὸ κτίζειν. ποίημα [d]γοῦν ἐστι καὶ κτίσμα τὸ ὃ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε σῶμα ὁ κύριος, ὃ ἐγεννήθη ἡμῖν, ὥς φησιν ὁ Παῦλος, ἀπὸ θεοῦ σοφία καὶ ἁγιασμὸς καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀπολύτρωσις[3]). καίπερ πρὸ ἡμῶν καὶ πάσης κτίσεως σοφία τοῦ πατρὸς ἦν ὁ λόγος καὶ ἔστι. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα ἐκπόρευμα ὂν τοῦ πατρὸς ἀεί ἐστιν ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ πέμποντος πατρὸς καὶ τοῦ φέροντος υἱοῦ, δι' οὗ ἐπλήρωσε τὰ πάντα. ὁ πατὴρ [e]συνέχων ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἐγέννησε τὸν υἱόν, ὡς ἔφαμεν, καὶ οὐκ ἔκτισεν, ὡς ποταμὸν ἀπὸ πηγῆς καὶ ὡς βλαστὸν ἀπὸ ῥίζης καὶ ὡς ἀπαύγασμα ἀπὸ φωτός, ἃ οἶδεν ἡ φύσις ἀδιαίρετα· δι' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, [f]κράτος, μεγαλοσύνη πρὸ πάντων τῶν αἰώνων καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

1) Prov. 8, 22. 2) Ephes. 2, 18. 3) 1. Cor. 1, 30.

a. Gobler. et Felckm. primus anonymus τοῦ υἱοῦ.

b. Basilienses ms. ὢν.

c. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. I. anon. Ceteri vero et editi post ὁδός addunt καθὼς λέγει, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, et praeterea Reg. ante καθὼς habet καὶ ἡ ἀλήθεια. Ibid. Seguer. ἡμᾶς habet, ceteri et editi ὑμᾶς, nec observat Felckmannus an ἡμᾶς legatur in Gobler. et I. ut vocat anonymo, quemadmodum utique legi debet.

creavit me initium viarum suarum in opera sua. Non dicit, ante P. 101.
opera creavit me, ne quis id ad divinitatem Filii referret.

4. Utrumque ergo illud de re creata dictum, de Iesu secundum corpus scriptum est. Siquidem principium viarum creatus est dominicus homo, quem nobis nostrae salutis procurandae causa exhibuit. Nam per ipsum habemus accessum ad Patrem: ipse enim est via, quae nos ad Patrem ducit. Via autem corporeum quiddam est, quod oculis cernitur, estque ipse dominicus homo. Omnia ergo creavit Verbum Dei, quod ipsum non creatum est, sed genitum. Namque nulla res creata aliquid aequale vel simile sibi ipsi potest creare: sed Patris est generare, et artificis creare. Itaque res facta et creata est corpus, P. 102.
quod propter nos gestavit Dominus, *quod genitum nobis est*, ut ait Paulus, *a Deo sapientia et sanctificatio et iustitia et redemptio*; quamvis ante nos atque rem quamlibet creatam et fuerit et sit Verbum Patris sapientia. Sanctus autem Spiritus, qui a Patre procedit, semper est in manibus Patris mittentis, et ferentis Filii, per quem scilicet omnia replevit. Pater igitur, qui ex seipso esse, ut ita loquar, continet, Filium, uti diximus, genuit, non creavit, non secus ac fluvium ex fonte, germen ex radice, et splendorem ex luce, quae individua esse, natura ipsa agnoscit. Per ipsum autem sit Patri gloria, potestas et maiestas ante omnia saecula, et in omnia saecula saeculorum. Amen.

d. Regius *οὖν* omisso *καί* sequente. Ibidem Segnerianus, Goblerianus et Felckmanni I. anonymus habent *τὸ ὃ δι' ἡμᾶς*. Ceteri et editi *τό* omittunt. Mox haec verba: *ὁ κύριος, ὃ ἐγεννήθη ἡμῖν*, desunt in Regio ms. Ibidem Basiliensis habet *ἐγενήθη*.

e. Reg. *ὁ συνέχων*. Editio Commel. et 6. ms. Felckm. mendose habent *συνέχον*. Mox Seguer. *ὡς ἔφημεν*.

f. Gobler. et Felckm. I. anonym. *κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν*. In fine *τῶν αἰώνων* deest in Regio ms.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI

EPISTOLA

DE

DECRETIS NICAENAE SYNODI

CONTRA ARIANOS.

ADMONITIO.

P. 206. I. *Quae sequitur epistola, responsum est S. Athanasii ad amicum. Hic nimirum cum in disputatione, quam cum nonnullis Arianae haeresis propugnatoribus habuerat, impia Arii dogmata plene confutasset, illi, contra quos disputabat, quid responderent anxii, postremo se converterunt ad criminandum sanctam synodum Nicaenam, quod vocabula non scripta, id est quae in sacris Scripturis non exstant, in fidei definitione adhibuerit, nempe voces* ex substantia *et* consubstantialis: *quos tametsi ita rixantes et nugantes penitus compescuit, tamen ut accuratius quae in Synodo Nicaena contra Arium et Arianos gesta essent resciret, rogavit S. Athanasium, ut qui ipse Concilio adfuerat, rem totam, prout acta fuerat, sibi vellet narrare: quod hac in epistola abunde praestat Athanasius.*

II. *Ac primo quidem exagitat Arianorum inconstantiam in sententiis mutandis, quod pravae doctrinae signum evidens esse ait, cum constantia sit verae indicium certum. Tum breviter commemorat, quomodo Synodus se erga Eusebianos initio gesserit, ac postquam ipse in Eusebianos Arianamque impietatem prolixe satis invectus est variaque illorum refellit argumenta, ut depellat criminationem, qua Arii fautores in Synodum Nicaenam utebantur, quod scilicet nova excogitaverit vocabula, dilucide exponit, quonam pacto dolus astutiaque Eusebianorum Patres compulerit ad declarandum, Filium esse ex* substantia *Patris et Patri* consubstantialem. *Quod idem etiam refert epistola ad Afros.*

III. *Quamvis autem concedat Athanasius dictiones* ex substantia *et* consubstantialis *in Scripturis sacris non legi, tamen rem ipsam in eis contineri ostendit, nec eas a Synodo fuisse inventas, sed longe antea ab antiquioribus usurpatas; Theognostum enim olim docuisse* substantiam Filii esse ex substantia Patris absque ulla divisione natam. *Dionysii quoque Alexandrini affert auctoritatem asserentis,* Filium esse Patri consubstantialem. *Nam cum eum quidam criminarentur negasse, Filium esse Patri* consubstantialem, *ipse Dionysio Romae episcopo, cui se purgat, scribit se tantum dixisse, dictionem illam nusquam reperiri in sacris Scripturis, non autem rem ipsam reprobare, sed potius amplecti. Quod sane illustre argumentum est huius vocis antiquitatis.* P. 206.

IV. *Insigne etiam ibidem monumentum catholicae fidei circa SS. Trinitatem adduxit, fragmentum videlicet libri Dionysii Romae episcopi adversus Sabellianos. Erant enim huius aetate qui, ut Sabellium refellerent, docebant tres S. Trinitatis hypostases esse a se invicem diversas, ac proinde tres quasi Deos praedicabant: alii autem aiebant, Verbum opus et rem factam esse. Utrosque iure coarguit Dionysius docetque contra illos, tres SS. Trinitatis hypostases non esse divisas a se invicem, nec Filium esse factum, sed genitum.*

V. *Origenis quoque testimonio utitur Athanasius docentis,* Verbum aeternum esse eiusdemque ac Patrem substantiae. *Nam quae in eius operibus videntur huic catholicae sententiae esse contraria, ait Athanasius illum non ex propria mente proponere, sed ex eorum, quibuscum disputabat. Nec vero aliquibus mirum videri debet, ea, quae postmodum dictitabant Ariani, hic ab Origene aperte condemnari, haec nimirum verba:* Fuit aliquando, cum non esset Filius; *siquidem id necessario sequitur ex illorum sententia, qui Filium non semper fuisse arbitrabantur. Hinc Dionysius Romanus in loco, cuius mox meminimus, sic loquitur:* Si factus est Filius, fuit aliquando cum non esset; *quam impietatem Origenes eodem modo ac ille impugnat. Quapropter cum Origenis temporibus essent, qui idem sentirent, quod postea Ariani, nil profecto mirum, si eosdem quoque loquendi modos adhiberent. Sed ex his satis fuerit observare, fuisse longe ante Arium Arianae impietatis praecursores.*

VI. *Postremo S. Athanasius de voce ἀγενήτου disputat. Hanc Arianos a profanis auctoribus mutuatos esse ait, ut post explosas alias eorum voculas suam impietatem novo hoc vocabulo tegerent. Nam cum solum Patrem ἀγένητον* non-factum *dicendum esse vellent, concludebant Filium γενητόν* factum *debere dici. Verum fraudem istam aperit et repellit Athanasius, docetque Deum* non-factum *appellari, quatenus τοῖς γενητοῖς* rebus factis *opponitur, sed appellari* P. 207.

P.207. Patrem, *cum refertur ad* Filium. *De voce ἀγενήτου disserit quoque Orat. I. contra Arianos*[1]) *et in epistola de Synodis Arimini et Seleuciae*[2]), *in qua circa finem locum affert epistolae S. Ignatii ad Ephesios scribentis, Dominum esse simul γεννητόν* factum *et ἀγένητον* non-factum. *Scilicet, ut explicat S. Doctor, Dominus γεννητός* factus *dicitur, quatenus homo, et ἀγένητος* non-factus, *quatenus Deus. Ibidem quoque non negat, aliquos post Ignatium Doctores solum Patrem dixisse ἀγένητον* non-factum: *at respondet eos ita locutos, non quod Filium γενητόν* factum *putarent, sed ut Patrem nullam sui causam habere significarent, esseque Patrem sapientiae, per quam omnia γενητά* facta *fecit.*

VII. *Ex his porro aliisque infra ad num.* 28. *dicendis liquet, ἀγένητον legendum esse, non vero ἀγέννητον. Nam ἀγένητον Athanasius semper opponit τῷ γενητῷ. At ἀγέννητον significat* non-genitum, *opponiturque τῷ γεννητῷ* genito, *quo sane modo verum est, solum Patrem esse ἀγέννητον, et Filium γεννητόν ut pote a Patre genitum, uti luculenter docet S. Ioannes Damascenus lib. I. orthodoxae fidei cap.* 9. *his verbis: χρὴ γὰρ εἰδέναι, ὅτι τὸ ἀγένητον δι' ἑνὸς ν γραφόμενον τὸ ἄκτιστον ἤτοι μὴ γενόμενον σημαίνει. τὸ δὲ ἀγέννητον διὰ τῶν δύο νν γραφόμενον δηλοῖ τὸ μὴ γεννηθέν .... κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον κοινωνοῦσιν αἱ τρεῖς τῆς ἁγίας θεότητος ὑπέρθεοι ὑποστάσεις· ὁμοούσιοι γὰρ καὶ ἄκτιστοι ὑπάρχουσι. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον οὐδαμῶς. μόνος γὰρ ὁ πατὴρ ἀγέννητος· οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας ἐστὶν αὐτῷ ὑποστάσεως τὸ εἶναι. Id est:* Sciendum est vocem *ἀγένητον* per unum *ν* scriptam significare, quod increatum est, sive quod non est factum. At vox *ἀγέννητον* per duo *νν* scripta significat, quod non est genitum ...... Ea vox secundum primam significationem communis est tribus sanctae divinitatis hypostasibus divinissimis: nam consubstantiales sunt et increatae; sed iuxta secundam significationem non est communis; siquidem solus Pater est *ἀγέννητος non-genitus,* quippe qui non sit ex alia hypostasi. *Eadem totidem verbis exstant in libro de S. Trinitate cap.* 8. *in fine* 6. *Tomi operum S. Cyrilli Alexandrini.*

VIII. *Videtur tamen antiquis scriptoribus ignota fuisse huiusmodi distinctio. Namque Cicero Tusculan.* 1.[3]) *τὸ ἀγένητον vertit* id cuius nulla est origo, *et* quod non oritur vel nascitur: *sic enim haec Platonis in Phaedro verba reddit ἀρχὴ δὲ ἀγένητον,* principii autem nulla est origo: *ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι,* quod si nusquam oritur: *ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη,* natura animi neque nata certe est, et aeterna est. *Verum nec illi etiam videntur po-*

1) num. 30 seqq. Vd. infra. 2) num. 47. Opp. ed. Ben. Tom. I. Pars II. p. 761. 3) c. 23. cll. Plat. Phaedr. p. 245. ed. Steph.

suisse discrimen inter non nasci sive non gigni *et* non fieri. *S. Hi-* P. 207.
larius libro contra Constantium num. 16. *eandem vocem reddit* innascibilem, *nisi forte legerit* ἀγέννητον. Novitates vocum, *inquit ille ad Constantium,* sed profanas devitari iubet Apostolus. Tu cur pias excludis, cum praesertim ab eo dictum sit: omnis scriptura divinitus inspirata utilis est? Innascibilem scriptum nusquam legis, numquid et hoc negandum erit, quia novum est? *Notanda quoque Tertulliani verba, qui libro de anima cap.* 4. *vocem* ἀγένητον *ex Platonis loco paullo ante citato simul* innatum et infectum *reddit.* Consequens enim est, *inquit,* ut ex Dei flatu animam professi initium ei deputemus. Hoc Plato excludit, innatam et infectam animam volens: et natam autem docemus et factam, ex initii constitutione. Nec statim erravimus utrumque dicentes, quia scilicet aliud sit natum, aliud factum, ut pote illud animalibus competens. Differentiae autem, sua habendo loca et tempora, habent aliquando et passivitatis commercia. Capit itaque et facturam pro nasci poni; siquidem omne, quod quoquo modo accipit esse, generatur. Nam et factor ipse parens facti potest dici: sic et Plato utitur. *Haec ille.*

IX. *De tempore, quo haec data fuit epistola, dicendum restat. Constat compositam fuisse post Eusebii Caesariensis mortem; nam Acacio eius successore scripta est, ut patet num.* 3. *Certum quoque est, scriptam fuisse mortuo Eusebio Nicomediensi, quandoquidem de eo, tanquam qui non amplius esset superstes, passim loquitur Athanasius. Denique pacis tempore nullaque in Athanasium grassante persecutione editam esse, innuunt haec verba, quae num.* 2. *habentur:* Ne mireris, si nunc ita se gerant (Ariani); siquidem haud multo post futurum est, ut iidem ad iniurias se se convertant, deindeque cohortem et tribunum nobis minitabuntur; his enim tota innititur perversa illorum doctrina. *Ex quibus perspicuum fuerit, haec tunc scripsisse* P. 208.
S. Athanasium, cum quiescerent Ariani nihilque contra ipsum palam molirentur. Quocirca statuendum videtur, scriptam esse hanc Epistolam ab anno 350. *ad annum* 354., *nempe post reditum Athanasii Alexandriam occiso Gregorio Alexandriae pseudoepiscopo, antequam eum iterum vexare coeperit Constantius.*

X. *In fine subiecimus Epistolam Eusebii Caesariensis ad suae Paroeciae homines, quemadmodum se subiecisse ait S. Athanasius num.* 3., *ut et exstat in manuscripto Regio ac in Basiliensi Felckmanni, eaque in tomo* 2. *editionis Commelianae inserta est, cum sero nimis animadversa suo loco amplius reponi iam non posset, ut ibidem dicitur. In aliis autem editionibus penitus omissa fuit.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΟΤΙ Η ΕΝ ΝΙΚΑΙΑΙ ΣΥΝΟΔΟΣ ΕΩΡΑΚΥΙΑ ΤΗΝ ΠΑΝΟΥΡΓΙΑΝ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΙΟΝ ΕΞΕΘΕΤΟ ΠΡΕΠΟΝΤΩΣ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΩΣ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΑΡΕΙΑΝΗΣ ΑΙΡΕΣΕΩΣ ΤΑ ΟΡΙΣΘΕΝΤΑ.

P. 208. 1. *Καλῶς ἐποίησας, δηλώσας μοι τὴν γενομένην παρὰ σοῦ ζήτησιν πρὸς τοὺς τὰ Ἀρείου πρεσβεύοντας, ἐν οἷς ἦσαν καὶ τῶν Εὐσεβίου τινὲς ἑταίρων, καὶ πλεῖστοι δὲ τῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας φρονούντων ἀδελφῶν. τὴν μὲν οὖν σὴν φιλόχριστον νῆψιν ἀπεδεξάμην, καλῶς διελέγξασαν τὴν τῆς αἱρέσεως ἀσέβειαν· τὴν δ' ἐκείνων ἀναισχυντίαν τεθαύμακα, ὅτι καίτοι καὶ Ἀρειανῶν λογισμῶν δειχθέντων σαθρῶν τε καὶ ματαίων, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντων αὐτοὶ καταγνωσθέντες ἐπὶ πάσῃ κακοφροσύνῃ, ὅμως καὶ μετὰ ταῦτα διεγόγγυζον κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, λέγοντες· διὰ τί οἱ ἐν τῇ Νικαίᾳ συνελθόντες ἔγραψαν ἀγράφους λέξεις, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τὸ ὁμοούσιον; σὺ μὲν [b] οὖν, ὡς λόγιος ἀνήρ, καὶ οὕτως αὐτοὺς σχηματιζομένους οὐδὲν ἧττον ἀπεδείξας κενολογοῦντας. ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲν ξένον τῆς ἑαυτῶν κακονοίας πράττουσι, πλαττόμενοι προφάσεις. εἰσὶ γὰρ ποικίλοι καὶ παλίμβολοι τὰς γνώμας, ὡς οἱ χαμαιλέοντες ἐν τοῖς χρώμασι, καὶ ἐλεγχόμενοι μὲν ἐρυθριῶσιν, ἀνακρινόμενοι δὲ ἀποροῦσι, καὶ λοιπὸν ἀναιδευόμενοι προφασίζονται. ἂν δέ τις αὐτοὺς καὶ ἐν τούτοις διελέγξῃ, κάμνουσιν ἕως ἂν ἐπινοήσωσι τὰ μὴ ὄντα, καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον λογίζωνται μάταια[1]), ἵνα μόνον διαμείνωσιν ἀσεβοῦντες. τὸ δὲ τοιοῦτον ἐπιχείρημα οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ γνώρισμα μὲν ἄντικρυς τῆς ἀλογίας αὐτῶν,*

1) Psal. 2, 1.

a. Regius mss. *τοῦ αὐτοῦ ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος* etc. In editis post *τὰ*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

EPISTOLA.

QUOD NICAENA SYNODUS PERSPECTA EUSEBIANORUM CALLIDITATE CONGRUENTER ET PIE QUAE ADVERSUS ARIANAM HAERESIM DECRETA SUNT EDIDERIT.

---

1. Recte quidem tu fecisti, qui tuam cum Arianae haeresis propugnatoribus disputationem mihi significaveris, adfuisseque inter eos nonnullos ex Eusebii sodalibus, plurimosque e fratribus, qui fidem Ecclesiae sequuntur. Tua igitur quae vero Christi amore ardet vigilantia mihi valde placuit, eaque impiam haeresim egregie confutavit. Vehementer autem illorum impudentiam sum admiratus, quod tametsi clare ostensum fuit, Arianorum rationes futiles admodum et inanes esse, ipsique ab *omnibus* omnis nequitiae condemnati fuerunt, tamen nihilominus more Iudaeorum murmurent ac identidem dicant: *Quare* qui Nicaeae convenerunt, vocabula non *scripta nempe* ***ex substantia*** et ***consubstantiale*** scripsere? Tu quidem ut vir disertus illos ita etiam tergiversantes nihil nisi falsa effutire demonstrasti; at illi nihil alienum a pravitate suae mentis committunt, cum varias comminiscuntur difficultates. Tam sunt enim inconstantes in variandis sententiis, quam chamaeleontes in mutando colore. Hinc cum convincuntur erubescunt; haerent autem cum examinantur ac tandem vana impudenter praetexunt, quae si quis refellerit, non defatigantur donec ea quae nulla sunt excogitaverint et inania, ut scriptum est, fuerint meditati, nec aliam ob causam nisi ut impii permaneant. Id autem nihil aliud sane est, quam propriae ipsorum insipientiae evidens argumentum nec non P. 208.

ἐρισθέντα additur ἐπιστολή: sed aptius collocatur ante ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ etc.

b. Sic Reg. At in aliis et editis οὖν deest.

P. 208. μίμησις δὲ καθὰ προεῖπον τῆς Ἰουδαϊκῆς κακοηθείας. καὶ γὰρ ἐλεγχόμενοι κἀκεῖνοι παρὰ τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ δυνάμενοι πρὸς αὐτὴν ἀντιβλέπειν, ἐπροφασίζοντο λέγοντες· τί ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι; τί ἐργάζῃ[1]); καίτοι σημείων
P. 209. τοσούτων γενομένων, ὥςτε λέγειν καὶ αὐτούς· τί ποιοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ ποιεῖ σημεῖα[2]); νεκροὶ γὰρ ἠγείροντο, χωλοὶ περιεπάτουν, τυφλοὶ ἀνέβλεπον, λεπροὶ ἐκαθαρίζοντο, καὶ τὸ ὕδωρ οἶνος ἐγίνετο, καὶ ἀπὸ πέντε ἄρτων ἐκορέσθησαν πεντακιςχίλιοι. καὶ οἱ μὲν πάντες ἐθαύμαζον καὶ προςεκύνουν τὸν κύριον, ὁμολογοῦντες ἐν αὐτῷ πληροῦσθαι τὰς προφητείας καὶ αὐτὸν εἶναι θεὸν τοῦ θεοῦ τὸν υἱόν· μόνοι δὲ οἱ Φαρισαῖοι, εἰ καὶ [a]λαμπρότερα ἡλίου φαινόμενα ἦν τὰ σημεῖα, ὅμως πάλιν ἐγόγγυζον ὡς ἀμαθεῖς καὶ ἔλεγον· διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν[3]); ἄφρονες καὶ τῷ ὄντι τυφλοὶ τὴν διάνοιαν. δέον τὸ ἔμπαλιν αὐτοὺς λέγειν· διατί σὺ θεὸς ὢν ἄνθρωπος γέγονας; τὰ γὰρ ἔργα θεὸν αὐτὸν ἐδείκνυεν, ἵνα τὴν μὲν ἀγαθότητα τοῦ πατρὸς προςκυνήσωσι, τὴν δὲ δι' ἡμᾶς αὐτοῦ οἰκονομίαν θαυμάσωσι· τοῦτο μὲν οὔτε ἔλεγον, ἀλλ' οὔτε τὰ γινόμενα βλέπειν ἐβούλοντο. ἢ ἔβλεπον μέν· ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἦν ὁρᾶν αὐτά· πάλιν δὲ ἐγόγγυζον μεταβαλλόμενοι· διατί ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύεις τὸν παραλυτικόν, καὶ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν τότε ποιεῖς ἀναβλέπειν[4]); τοῦτο δὲ πρόφασις πάλιν ἦν καὶ μόνον γογγυσμός. καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις θεραπεύοντος τοῦ κυρίου πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ἐκεῖνοι συνήθως ἐμέμφοντο, καὶ μᾶλλον ἤθελον ἀθεότητος ἔχειν ὑπόνοιαν [b]Βεελζεβοὺλ ὀνομάζοντες, ἢ ἀρνήσασθαι τὴν ἰδίαν πονηρίαν. ἀλλὰ καὶ οὕτως τοῦ σωτῆρος πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως δεικνύοντος [c]ἑαυτοῦ τὴν θεότητα καὶ εὐαγγελιζομένου πᾶσι πατέρα, οὐδὲν ἧττον ὥσπερ εἰς κέντρα λακτίζοντες ἀντέλεγον ἐκεῖνοι μωρολογοῦντες, ἵνα μόνον κατὰ τὴν θείαν παροιμίαν [d]προφάσεις ἐφευρίσκοντες χωρίσωσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀληθείας.

2. Ἰουδαῖοι μὲν [e]οὖν οἱ τότε τοιαῦτα πονηρευόμενοι, καὶ ἀρνούμενοι τὸν κύριον, εἰκότως τῶν τε νόμων καὶ τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας ἔξω γεγόνασι. καὶ Ἀρειανοὶ δὲ νῦν Ἰουδαΐζοντες τ' αὐτόν μοι δοκοῦσι πάσχειν τῷ Καϊάφᾳ καὶ τοῖς τότε Φαρισαίοις· οὐδὲν γὰρ ὁρῶντες εὔλογον ἔχουσαν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν, προφάσεις ἐπινοοῦσι, διατί τοῦτο καὶ μὴ τοῦτο γέγραπται; καὶ μή τοι θαυμάσῃς, εἰ τοιοῦτα νῦν μηχανῶνται· μετ' ὀλίγον γὰρ

1) Ioan. 6, 30. 2) Ioan. 11, 47. 3) Ioan. 10, 33. 4) Ioan. 5. et 9.

a. Reg. λαμπρότερον.
b. Ita Reg. et Basil. Editi vero mendose addunt τήν.
c. Sic Reg. Alii vero et editi αὐτοῦ.
d. Hic alludit S. Athanasius ad Prov.

Iudaicae, uti iam dixi, nequitiae imitatio. Siquidem Iudaei, cum a veritate convicti oculos contra eam attollere non valerent, huiusmodi interrogatiunculis se obtegebant: *Quod tu facis signum ut videamus et credamus tibi? Quid operaris?* Quamquam tot signa fierent, ut etiam ipsi cogerentur dicere: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Nam mortui excitabantur, claudi ambulabant, videbant caeci, leprosi purgabantur, aqua mutabatur in vinum, et quinque panibus quinque millia hominum sunt saturati. Hinc omnes quidem Dominum admirabantur et adorabant fatebanturque in ipso impleri prophetias eumque Deum et Filium Dei esse. Soli autem Pharisaei, tametsi sole clariora erant signa, nihilominus tanquam imperiti murmurabant et aiebant: Quare *tu homo cum sis facis teipsum Deum?* Stulti profecto vereque mente caeci, quos scilicet potius ita loqui decuisset: Quare tu Deus cum sis homo factus es? Siquidem Deum illum esse opera ipsa ostendebant. Ita enim illi et Patris benignitatem fuissent venerati et illius factam nostri causa dispensationem non potuissent non admirari. Verum tantum aberat, ut id dicerent, ut etiam nec quae fiebant vellent videre; vel si videbant (nec enim ista poterant non videre), rursus ad aliam confugiebant querelam. Cur Sabbato, inquiebant, paralyticum sanas et visum caeco nato restituis? Haec autem speciosae dumtaxat causae erant, nihilque aliud, nisi merum murmur. Illi enim etiam, cum aliis diebus Dominus omnem morbum et infirmitatem sanaret, more solito conquerebantur malebantque Beelzebul eum appellantes in impietatis suspicionem venire, quam propriam abiicere nequitiam. Hinc licet Salvator variis multisque modis suam ipse divinitatem patefaceret, Patrisque cognitionem omnes edoceret, illi velut in stimulos calcitrantes, stulte blaterantes contradicebant, idque tantummodo ut iuxta divinum proverbium excogitatis occasionibus se ipsos a veritate separarent.

P. 208. P. 209.

2. Itaque Iudaei, qui tam improbe Dominum negabant, iure merito et legum et omnium, quae Patribus promissa fuere, expertes facti sunt. Ariani vero, qui Iudaeos hodie imitantur, Caiphae et Pharisaeorum mihi videntur esse haud dissimiles. Cum enim suam haeresim nihil, quod rationi sit consentaneum, continere videant, occasiones pariter confingunt, cum hoc pacto interrogant: Cur hoc potius quam illud scriptum est? Verum ne mireris, si nunc ita se gerant: siqui-

18, 1. *προφάσεις ζητεῖ ἀνὴρ βουλόμενος χωρίζεσθαι ἀπὸ φίλων.* Id est, ut habet vulgata, *occasiones quaerit, qui vult recedere ab amico.* Sic nempe Ariani vanis suis querelis occasiones quaerebant, ut a veritate recederent.

e. Sic Regius ms. Editi vero et alii *μὲν γάρ.*

P.209. καὶ εἰς ὕβρεις ἐκτραπήσονται, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν σπεῖραν καὶ τὸν [a]χιλίαρχον ἀπειλήσουσιν· ἐν τούτοις γάρ ἐστιν αὐτῶν ἡ δοκοῦσα σύστασις τῆς κακοδοξίας. τὸν γὰρ τοῦ θεοῦ λόγον ἀρνούμενοι εἰκότως καὶ λόγου παντός εἰσιν ἔρημοι. ταῦτα γοῦν εἰδὼς οὐδὲν [b]ἂν ἀπεκρινάμην ἐρωτῶσιν ἐκείνοις· ἐπειδὴ δὲ ἡ σὴ διάθεσις ἀπήτησε γνῶναι τὰ ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντα, οὐχ ὑπερεθέμην· ἀλλ'
P.210. εὐθύς, ὡς τότε γέγονε, δεδήλωκα, δείξας δι' ὀλίγων, ὅσον εὐσεβοῦς φρονήσεως ἡ Ἀρειανὴ αἵρεσις ἐστέρηται, καὶ μόνον προφάσεις πλάττονται. σκόπει δὲ καὶ σύ, ἀγαπητέ, 'εἰ μὴ οὕτως ἔχει. εἰ θαῤῥοῦσιν οἷς ἐφεῦρον αὐτοὶ κακοῖς, ἐπισπείραντος αὐτοῖς τοῦ διαβόλου τὴν κακοφροσύνην, ἀπολογείσθωσαν περὶ ὧν ἐγκληθέντες ἀπεδείχθησαν αἱρετικοί, καὶ τότε λοιπὸν αἰτιάσθωσαν, εἰ δύνανται, τὰ κατ' αὐτῶν ὁρισθέντα· οὐδεὶς γὰρ ἐλεγχθεὶς ἐπὶ φόνῳ καὶ μοιχείᾳ μετὰ τὴν δίκην χώραν ἔχει τὴν ἀπόφασιν τοῦ κρίναντος αἰτιᾶσθαι, διατί μὴ οὕτως ἀλλ' ἐκείνως ἐλάλησε; τοῦτο γὰρ οὐκ ἐλευθεροῖ τὸν κριθέντα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τὸ ἔγκλημα διὰ τὴν προπέτειαν καὶ τὴν τόλμαν ἐπαυξάνει. οὐκοῦν καὶ οὗτοι ἢ δεικνύτωσαν τὸ φρόνημα ἑαυτῶν εὐσεβές· κατηγορηθέντες γὰρ ἠλέγχθησαν, οὐ μεμψάμενοι πρότερον· καὶ δίκαιόν ἐστι τοὺς αἰτιαθέντας μηδὲν ἕτερον ποιεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι. ἢ εἰ τὸ συνειδὸς ἔχουσι ῥυπαρὸν καὶ συνορῶσιν ἑαυτοὺς ἀσεβοῦντας, μὴ αἰτιάσθωσαν ἃ ἀγνοοῦσιν, ἵνα μὴ καὶ διπλοῦν [c]κακὸν ἀσεβείας ἔγκλημα καὶ ἀπαιδευσίας ἀπενέγκωνται μέμψιν. ἐξεταζέτωσαν δὲ μᾶλλον φιλομαθῶς, ἵν' ἐπιγνόντες ἃ πρότερον ἠγνόουν, ἀπονίψωνται τὰς ἑαυτῶν ἀσεβεῖς ἀκοὰς τῷ τῆς ἀληθείας νάματι καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασιν. οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ γέγονε τοῖς περὶ Εὐσέβιον.

3. Ὡς ἐφιλονείκουν ἀσεβοῦντες καὶ θεομαχεῖν ἐπεχείρουν, τὰ μὲν λεγόμενα παρ' αὐτῶν ἀσεβείας ἦν μεστά. οἱ δὲ συνελθόντες ἐπίσκοποι, ἦσαν δὲ πλέον ἢ ἔλασσον τριακόσιοι, πρᾴως καὶ φιλανθρώπως ἀπῄτουν αὐτούς, περὶ ὧν ἔλεγον διδόναι λόγον καὶ ἀποδείξεις εὐσεβεῖς. ὡς δὲ καὶ μόνον φθεγγόμενοι κατεγινώσκοντο καὶ πρὸς ἑαυτοὺς διεμάχοντο, πολλὴν ὁρῶντες τῆς [d]ἑαυτῶν αἱρέσεως τὴν ἀπορίαν, ἀχανεῖς μὲν ἔμενον οὗτοι καὶ διὰ τῆς σιωπῆς ὡμολόγουν τὴν ἐπὶ τῇ [e]κακοδοξίᾳ αὐτῶν αἰσχύνην· οἱ τοίνυν ἐπίσκοποι λοιπὸν ἀνελόντες τὰ παρ' αὐτῶν ἐπινοηθέντα ῥήματα, οὕτως ἐξέθεντο κατ' αὐτῶν τὴν ὑγιαίνουσαν καὶ ἐκκλησιαστικὴν πίστιν· πάντων τε ὑπογραψάντων, ὑπέγραψαν καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον τού-

a. Sic ex ms. Regio emendavimus. Alii autem et editi τήν mendose.

b. Ex ms. Reg. particulam ἄν addidimus, quam alii et editi omittunt.

c. κακόν abest a Regio ms.

dem haud multo post futurum est, ut iidem ad iniurias se se convertant; deindeque cohortem et tribunum nobis minitabuntur: his enim tota innititur perversa illorum doctrina. Nempe postquam Dei Verbum sive rationem reiecerunt, meritissimo omni prorsus ratione sunt privati. Quae quidem cum mihi penitus essent perspecta, nihil profecto illis respondissem. Verum quia tua Caritas ea, quae in Synodo acta sunt, scire ex me voluit, rem diutius nolui differre, sed confestim quae tunc gesta sunt nota feci paucisque demonstravi, quam a recta fide procul sit Ariana haeresis, nilque aliud illos nisi vana effugia comminisci. Tu porro, carissime, vide an non ita se res habeat. Nam si his ipsi confidunt, quae auctore et seminatore diabolo perverse excogitavere, purgent se prius de illis erroribus, propter quos haeretici sunt declarati, ac deinde quae contra se decreta sunt, si possint criminentur. Nemo enim homicidii aut adulterii convictus ius habet post iudicium sententiam iudicis criminandi, cur nempe non sic sed sic locutus fuerit. Namque id eum, qui fuerit condemnatus, minime liberaverit, sed potius eius culpa huiusmodi temeritate et audacia augetur. Illi ergo similiter vel ostendant se pie sentire; siquidem accusati convicti sunt, cum nihil antea essent conquesti: aequum autem est eos, qui accusantur, nihil aliud agere quam ut se defendant; vel si sordidata convicti conscientia suam impietatem agnoscunt, ne igitur culpent quae ignorant, ne forte ipsi duplex inde malum secum referant, impietatis simul et ignorantiae merito condemnati. Rem potius studiose expendant, ut his, quae prius nesciebant, cognitis impias suas aures veritatis unda et pietatis dogmatis possint abluere. Sic igitur in *Nicaena Synodo* erga Eusebianos actum est.

P. 209. P. 210.

3. Ut erant in sua impietate pertinaces moliebanturque cum ipso Deo pugnare, ita quae ab eis dicebantur, plena erant impietatis. Episcopi autem, qui tricenti plus minus convenerant, mansuete ac perhumaniter ab illis postularunt, ut de his, quae dicebant, rationem redderent piasque afferrent demonstrationes. Qui ut vix loqui coeperunt, dignissimi visi sunt ab omnibus qui condemnarentur; ipsi enim inter se altercabantur agnitaque suae haeresis futilitate muti permanebant et suo silentio perversae sententiae turpitudinem fatebantur. Itaque Episcopi vocabulis, quae illi commenti erant, rescissis sanam et ecclesiasticam fidem adversus illos exposuere, cui cum omnes subscripsissent, Eusebiani quoque his ipsis vocabulis, quae nunc reprehendunt, sub-

d. Reg. τῆς αἱρέσεως αὐτῶν.

e. Sic Reg. atque ita etiam legit Nannius. Ceteri et editi κενοδοξίᾳ, ut et legit Ambrosius Camaldulensis, qui nempe vertit: *ipsoque silentio confitebantur turpitudinem inaniter captatae gloriae.*

p.210. τοις τοῖς ῥήμασιν, οἷς αἰτιῶνται νῦν οὗτοι· λέγω δὴ τῷ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τῷ ὁμοουσίῳ, καὶ ὅτι μήτε κτίσμα ἢ ποίημα μήτε τῶν γενητῶν ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ υἱός, ἀλλὰ γέννημα [a] ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός ἐστιν ὁ λόγος. καὶ τό γε παράδοξον, Εὐσέβιος ὁ ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, καί τοι πρὸ μιᾶς ἀρνούμενος, ὅμως ὕστερον ὑπογράψας, ἐπέστειλε τῇ ἐκκλησίᾳ ἑαυτοῦ, λέγων [b] ταύτην εἶναι τῆς ἐκκλησίας τὴν πίστιν καὶ τῶν πατέρων τὴν παράδοσιν, πᾶσί τε φανερῶς ἔδειξεν, ὅτι πρότερον ἐσφάλλοντο καὶ μάτην
p.211. ἐφιλονείκουν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. εἰ γὰρ καὶ ᾐσχύνθη τότε ταύταις ταῖς λέξεσι γράψαι, καὶ ὡς ἠθέλησεν αὐτὸς ἀπελογήσατο τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλά γε διὰ τῆς ἐπιστολῆς τὸ ὁμοούσιον καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας μὴ ἀρνησάμενος, φανερῶς τοῦτο σημᾶναι βούλεται. καὶ πέπονθέ τι δεινόν·[c] ὡς γὰρ ἀπολογούμενος, κατηγόρησε λοιπὸν τῶν Ἀρειανῶν, ὅτι γράψαντες· οὐκ ἦν ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἤθελον αὐτὸν εἶναι οὐδὲ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως. καὶ τοῦτο οἶδε καὶ Ἀκάκιος, ἂν μὴ καὶ αὐτὸς φοβηθεὶς νῦν διὰ τὸν καιρὸν ὑποκρίνηται καὶ ἀρνήσηται τὴν ἀλήθειαν. [d] ὑπέταξα γοῦν ἐν τῷ τέλει τὴν ἐπιστολὴν Εὐσεβίου, ἵνα ἐκ ταύτης γνῷς τῶν τε χριστομάχων καὶ κατὰ περιττὸν τὴν Ἀκακίου πρὸς τοὺς ἑαυτῶν διδασκάλους ἀγνωμοσύνην.

4. Πῶς τοίνυν οὐκ ἀδικοῦσιν οὗτοι, κἂν ἐνθυμούμενοι [e] μόνον ἀντιλέγειν τῇ τοσαύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ; πῶς οὐ παρανομοῦσι τολμῶντες ἀντιβλέπειν τοῖς καλῶς ὁρισθεῖσι κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως καὶ μαρτυρουμένοις ὑπὸ τῶν αὐτοὺς πρότερον ἀσεβεῖν διδαξάντων; εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ ὑπογράψαι μετεβάλοντο οἱ περὶ Εὐσέβιον, καὶ ὡς κύνες εἰς τὸ ἴδιον ἐξέραμα τῆς ἀσεβείας ἐπέστρεψαν¹), πῶς οὐχὶ καὶ μᾶλλον ἄξιοι μίσους οἱ νῦν ἀντιλέγοντες, ὅτι τὴν ἐλευθερίαν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἄλλοις προπίνοντες τούτους καὶ καθηγεμόνας τῆς αἱρέσεως ἔχειν [f] ἐθέλουσιν, ἀνθρώπους, ὡς εἶπεν ὁ Ἰάκωβος, διψύχους καὶ ἀκαταστάτους ὄντας ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν²), καὶ μὴ μίαν μὲν ἔχοντας γνώμην, ἄλλοτε δὲ ἄλλως μεταβαλλομένους, καὶ νῦν μὲν ἐπαινοῦντας ὃ λέγουσι, μετ' ὀλίγον δὲ ψέγοντας ὅπερ εἰρήκασι, καὶ πάλιν ἐπαινοῦντας ὅπερ πρὸ μικροῦ διέβαλλον.[g] τοῦτο δέ, ὡς ὁ Ποιμὴν εἴρηκεν, ἔκγονόν ἐστι διαβόλου, καὶ καπήλων δὲ μᾶλλον καὶ οὐ διδασκάλων

1) 2. Petri 2, 22. 2) Iacobi 1, 8.

a. Sic Reg. At alii et editi *γέννημα καὶ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας.*
b. *ταύτην* restituimus ex ms. Reg.
c. Haec sunt ipsa Eusebii verba ex eius epistola, quam in fine huius operis subiici curavimus: *ἔτι τὸ ἀναθεματίζεσθαι τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἦν, οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη τῷ παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι τὸ εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως.* Id est:

scripsere, nempe quod Dei Filius ex substantia sit Patris eique consubstantialis et quod neque res creata nec facta vel condita sit, sed quod Verbum ex Patris substantia sit genitum. Imo quod mirum est, ipse Eusebius Caesareae in Palaestina Episcopus, qui pridie restiterat, postea subscripsit hancque ecclesiae fidem et Patrum traditionem esse missis ad suam ecclesiam litteris significavit omnibusque aperte declaravit, illos prius errasse frustraque adversus veritatem contendisse. Licet enim tunc eum his uti vocibus puduerit, atque ut voluit, ipse se ecclesiae excusaverit, tamen cum in Epistola voces *consubstantialis* et *ex substantia* non repudiaverit, illud certe, quod diximus, palam voluit indicare. Ea autem in re grave quiddam ei accidit. Nam cum se veluti purgaret, Arianos demum accusavit, quod cum scriberent, filium non fuisse antequam genitus esset, illum nec antequam in carne nasceretur exstitisse voluerint. Quod sane non potest ignorare Acacius, nisi et ipse nunc praesentis temporis causa factum prae metu dissimulet veritatemque neget. Itaque in fine subieci Eusebii Epistolam, ut Christi hostium ac insignem praecipue Acacii in suos magistros perfidiam ex ea liquido cognoscas.

P. 210. P. 211.

4. An non igitur illi iniquissime agunt, si vel solum in animum inducant tanto et generali Concilio reclamare? An non scelerati habendi sunt, qui adversis oculis contueri audent ea, quae recte contra Arianam haeresim decreta fuere et ab illis ipsis probata sunt, quos prius habuere impietatis magistros? Quod si Eusebiani, postquam subscripserunt, ad proprium impietatis vomitum velut canes revertere, nonne eo magis odio digni sunt hi, qui nunc contradicunt, quod suarum animarum libertatem aliis propinantes illos ipsos duces haeresis habere velint? homines, ut ait Iacobus, *duplices animo et inconstantes in omnibus viis suis*, nec in una permanentes sententia, sed modo unam modo aliam amplectentes, modo quae dixerint laudantes, modo vituperantes eadem, rursusque idem, quod paulo ante reprehendebant, approbantes. Id vero, ut ait Pastor, non nisi a diabolo ortum habet cauponumque potius quam magistrorum est insigne. Siquidem vera illa doctrina est, uti Patres tradidere, verumque doctorum indicium,

Nec item absurdum visum est his vocibus, non erat antequam genitus est, anathema dicere, cum omnes fateantur esse Dei filium priusquam secundum carnem gigneretur.

d. Sic Reg. At alii et editio Commel. ὑπέταξε, sed mendose, ut optime observat Felckmannus.

e. Sic Reg. Alii et editi *μόνον* omittunt.

f. Reg. θέλουσιν, qui idem mox ὁ Ἰάκωβος. Editi ὁ omittunt.

g. Verba Pastoris ex homilia 85. Antiochi [Hermae Past. lib. II. mand. 9. Patr. apost. ed. Cotel.-Cler. I. p. 27.] haec sunt: ἡ γὰρ διψυχία θυγάτηρ ἐστὶν τοῦ διαβόλου. Versio antiqua latina: *Etenim haec dubitatio filia est diaboli.*

P. 211. ἐστὶ γνώρισμα. ἔστι γάρ, ὡς οἱ πατέρες παραδεδώκασιν, ὄντως διδασκαλία, καὶ διδασκάλων ἀληθῶς τοῦτο τεκμήριον, τὸ τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις ὁμολογεῖν καὶ μὴ ἀμφισβητεῖν μήτε πρὸς ἑαυτοὺς μήτε πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πατέρας. οἱ γὰρ μὴ τοῦτον διακείμενοι τὸν τρόπον μοχθηροὶ μᾶλλον καὶ οὐκ ἀληθεῖς [a] ἂν καλοῖντο διδάσκαλοι. Ἕλληνες γοῦν οὐχ ὁμολογοῦντες τὰ αὐτά, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητοῦντες, οὐκ ἀληθῆ τὴν διδασκαλίαν ἔχουσιν· οἱ δὲ ἅγιοι καὶ τῷ ὄντι τῆς ἀληθείας κήρυκες ἀλλήλοις τε συμφωνοῦσι καὶ οὐ διαφέρονται πρὸς ἑαυτούς. εἰ γὰρ καὶ διαφόροις χρόνοις γεγόνασιν, ἀλλ' εἰς ταὐτὸν ἀλλήλοις ὁρμῶσιν, ἑνὸς ὄντες τοῦ θεοῦ προφῆται καὶ τὸν αὐτὸν συμφώνως εὐαγγελιζόμενοι λόγον.

5. Ἃ γοῦν Μωσῆς ἐδίδασκε, ταῦθ' Ἀβραὰμ ἐφύλαττεν· ἃ δὲ Ἀβραὰμ ἐφύλαττε, ταῦτα Νῶε καὶ Ἐνὼχ ἐγίνωσκον, [b] διακρίνοντες καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα καὶ εὐάρεστοι γινόμενοι τῷ θεῷ.
P. 212. καὶ γὰρ καὶ Ἄβελ οὕτως ἐμαρτύρησεν, ἐπιστάμενος ταῦτα, ἅπερ ἦν μαθὼν [c] παρὰ τοῦ Ἀδάμ, τοῦ καὶ αὐτοῦ μαθόντος παρὰ κυρίου, ὃς καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐλθὼν εἰς ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας ἔλεγεν·[d] οὐκ ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἀλλ' ἐντολὴν παλαιάν, ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς[1]). διὰ τοῦτο καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ μαθὼν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, τὰ μὲν ἐκκλησιαστικὰ διατυπῶν, οὐδὲ διακόνους ἠθέλησεν εἶναι διλόγους[2]), [e] μήτιγε ἐπισκόπους· τοῖς δὲ Γαλάταις ἐπιπλήττων, ἀπεφήνατο καθ' ὅλου λέγων· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, καθὼς προείρηκα καὶ πάλιν λέγω· ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω[3]). τοῦ τοίνυν ἀποστόλου ταῦτα λέγοντος, ἢ καὶ οὗτοι τοὺς περὶ Εὐσέβιον μεταβαλλομένους καὶ λέγοντας ἕτερα παρὰ τὰ ὑπέγραψαν, ἀνάθεμα ποιείτωσαν· ἢ εἰ γινώσκουσιν αὐτοὺς καλῶς ὑπογράψαντας, μὴ γογγυζέτωσαν κατὰ τῆς τηλικαύτης συνόδου. εἰ δὲ μήτε τοῦτο μήτε ἐκεῖνο ποιοῦσι, δῆλοί εἰσι καὶ αὐτοὶ παντὶ ἀνέμῳ καὶ κλύδωνι περιφερόμενοι, καὶ μὴ ταῖς ἰδίαις ἀλλὰ ἀλλοτρίαις ἑλκόμενοι γνώμαις. τοιοῦτοι δὲ ὄντες, οὐδὲ νῦν τοιαύτας προβαλλόμενοι προφάσεις ἀξιόπιστοί εἰσιν· ἀλλὰ καὶ πανέσθωσαν αἰτιώμενοι ἃ μὴ γινώσκουσι· τάχα δὲ οὐδὲ διακρίνειν εἰδότες, ἁπλῶς τὸ μὲν πονηρὸν λέγουσι καλόν, τὸ δὲ καλὸν πονηρόν, καὶ νομίζουσι τὸ μὲν πικρὸν εἶναι γλυκύ, τὸ δὲ γλυκὺ πικρόν[4]). ἀμέλει τὰ μὲν κριθέντα κακὰ καὶ ἀποδοκιμασθέντα κρατεῖν ἐθέλουσι, τὰ δὲ καλῶς

1) 1. Ioan. 2, 7. 2) 1. Tim. 3, 8. 3) Gal. 1, 9. 8. 4) Esa. 5, 20.

a. Sic Reg. At editi et alii ἂν omittunt.
b. Reg. διακρίναντες.
c. Ita hic et mox Reg., ubi alii et editi ἀπό.
d. Haec a Ioanne scripta S. Athanasius

cum omnes inter se consentiunt, non autem vel secum vel cum suis P.211. patribus litigant. Nam qui non ita sunt affecti, improbi non veri doctores sunt appellandi. Hinc Gentiles, qui inter se non consentiunt sed dissident, vera privantur doctrina. Sancti autem et qui veritatis revera sunt praecones, inter se concordant, non discordant. Nam licet diversis illi floruerint temporibus, idem tamen omnibus scopus fuit, quippe qui unius Dei essent prophetae et idem summo consensu nunciarent Verbum.

5. Hinc ergo quae Moyses docuit, haec custodivit Abraham: quae vero custodivit Abraham, haec Noë et Enoch perspecta habuerunt, qui munda et immunda noverant discernere ac Deo grati facti sunt. Eadem quoque instructus doctrina Abel martyrium est passus, qui qui- P.212. dem ipse ea ab Adamo didicerat; Adam autem ab ipso Domino, qui cum in fine saeculorum ad destruendum peccatum venisset, ait: *Non mandatum novum do vobis, sed mandatum vetus, quod ab initio audistis.* Idcirco eadem ab eo edoctus beatus apostolus Paulus, cum munia Ecclesiastica praescriberet, noluit *Diaconos* multoque minus Episcopos *bilingues* esse. Cum autem idem Galatas obiurgaret, generatim rem hoc modo definivit: *Si quis vobis evangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit, sicut praedixi et iterum dico. Sed licet nos aut Angelus de coelo evangelizet vobis praeter id quod accepistis, anathema sit.* Quae cum ita denunciet Apostolus, vel illi igitur Eusebianos, qui mutata sententia alia nunc docent quam quibus subscripsere, anathemate percutiant: aut si agnoscant recte illos subscripsisse, adversus tantam Synodum desinant tandem obgannire. Quod si neutrum velint agere, certum erit argumentum illos omni vento et fluctu circumferri, neque propriis sed alienis duci sententiis: qui si tales fuerint, neque etiam nunc, cum huiusmodi opponunt rationes, ulla fide digni sunt habendi. Quin ergo potius ea, quae ignorant, cessent criminari, forte enim quid verum sit, nesciunt discernere, sed *malum* imperite ac temere *appellant bonum et bonum malum: amarum dulce esse arbitrantur et dulce amarum.* Hinc certe quae ut mala iudicata sunt et reprobata, ea illi vim habere volunt: quae autem recte sunt decreta, reprehendere nituntur. Sane nec aliquid

Christo accommodat. Verba Ioannis sunt: *οὐκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ἀλλ' ἐντολὴν παλαιάν, ἣν ἔχετε ἀπ' ἀρχῆς· ἡ ἐντολὴ ἡ παλαιά ἐστιν ὁ λόγος, ὃν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς. Non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio: mandatum vetus est verbum, quod audistis.*

e. Sic Reg. Editi vero et alii *μήτοιγε.*

P. 212. ὁρισθέντα βιάζονται διαβάλλειν. ἔδει [a] μὲν οὖν μήθ᾽ ἡμᾶς ἔτι τινὰ τούτων ἀπόλογον ποιεῖσθαι, καὶ πρὸς τὰς ματαίας αὐτῶν προφάσεις ἀποκρίνεσθαι, μήτ᾽ ἐκείνους ἔτι φιλονεικεῖν, ἀλλὰ συντίθεσθαι οἷς ὑπέγραψαν οἱ ἡγεμόνες τῆς αἱρέσεως αὐτῶν, εἰδότας ὡς ἡ μὲν μετὰ ταῦτα μεταβολὴ τῶν περὶ Εὐσέβιον ὕποπτός ἐστι καὶ κακοήθης. τὸ δὲ ὑπογράψαι μετὰ τὸ δυνηθῆναι κἂν τὸ βραχύτατον ἀπολογήσασθαι, τοῦτο δείκνυσιν ἀληθῶς ἀσεβῆ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν. καὶ γὰρ [b] οὐ πρότερον ὑπέγραψαν, εἰ μὴ κατέγνωσαν αὐτῆς· καὶ οὐ πρότερον κατέγνωσαν, εἰ μὴ πανταχόθεν ἀπορήσαντες ᾐσχύνθησαν. ὥστε τὸ μεταβάλλεσθαι τῆς εἰς ἀσέβειαν φιλονεικίας ἔλεγχός ἐστι. διὸ ἔδει μέν, καθάπερ εἴρηται, καὶ τούτους ἠρεμεῖν. ἐπειδὴ δὲ δεινοὶ πρὸς ἀναισχυντίαν εἰσί, καὶ νομίζουσιν ἴσως αὐτοὶ μᾶλλον ἐκείνων δύνασθαι προστῆναι τῆς διαβολικῆς ταύτης ἀσεβείας· εἰ καὶ φθάσας διὰ [c] τῆς προτέρας ἐπιστολῆς τῆς πρὸς σὲ γραφείσης, πλατυτέρῳ τῷ κατ᾽ [d] αὐτῶν ἐλέγχῳ κεχρημένος, ὅμως φέρε καὶ νῦν τούτους ὥσπερ ἐκείνους καθ᾽ ἕκαστον τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν
P. 213. λεγομένων ἐξετάσωμεν. δειχθήσεται γὰρ οὐδὲν ἧττον καὶ νῦν οὐχ ὑγιής, ἀλλά τις δαιμονιώδης αὐτῶν ἡ αἵρεσις.

6. Φασὶ τοίνυν, ὥσπερ κἀκείνοις ἐδόκει, καὶ τετολμήκασι λέγειν· οὐκ ἀεὶ πατήρ, οὐκ ἀεὶ υἱός· οὐκ ἦν γὰρ ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῇ, ἀλλ᾽ ἐξ οὐκ ὄντων γέγονε καὶ αὐτός· διὸ καὶ οὐκ ἀεὶ πατὴρ [e] ὁ θεὸς γέγονε τοῦ υἱοῦ, ἀλλ᾽ ὅτε γέγονε καὶ ἐκτίσθη ὁ υἱός, τότε καὶ ὁ θεὸς ἐκλήθη πατὴρ αὐτοῦ· κτίσμα γάρ ἐστι καὶ ποίημα ὁ λόγος, καὶ ξένος καὶ ἀνόμοιος κατ᾽ οὐσίαν τοῦ πατρός ἐστιν· οὔτε δὲ φύσει καὶ ἀληθινὸς λόγος τοῦ πατρός ἐστιν ὁ υἱός, οὔτε ἡ μόνη καὶ ἀληθινὴ σοφία αὐτοῦ ἐστιν, ἀλλὰ κτίσμα καὶ εἷς τῶν ποιημάτων ὤν, καταχρηστικῶς λέγεται λόγος καὶ σοφία· [f] λόγῳ γὰρ τῷ ὄντι ἐν τῷ θεῷ γέγονε καὶ αὐτός, ὥσπερ καὶ τὰ πάντα· διὸ οὐδὲ ἀληθινὸς [g] θεός ἐστιν ὁ υἱός. ἐγὼ δὲ τοῦτο πρῶτον καὶ τούτους ἐρωτῆσαι βούλομαι, τί ἐστιν ὅλως υἱός, καὶ τίνος ἐστὶ τὸ ὄνομα τοῦτο σημαντικόν, ἵν᾽ οὕτως αὐτοὶ τὰ λεγόμενα παρ᾽ αὐτῶν κἂν οὕτως νοῆσαι δυνηθῶσιν. ἡ μὲν γὰρ θεία γραφὴ διπλῆν τὴν ἐκ τοῦ ὀνόματος τούτου διάνοιαν ἡμῖν σημαίνει, μίαν μὲν περὶ ὧν Μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ φησίν· ἐὰν εἰσακούσητε τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν, φυλάσσειν πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, ποιεῖν τὸ καλὸν καὶ [h] τὸ ἀρεστὸν ἐναντίον

a. Sic Reg. At ceteri et editi μέν omittunt.
b. Deest οὐ in edit. Commel. et in septimo Felckmanni mscr. codice.
c. Non iam exstat haec Epistola.
d. Sic Regius. Alii et editi mendose κατ᾽ αὐτῷ.
e. Sic Reg. Alii vero et editi γέγονεν ὁ θεὸς τῷ υἱῷ.
f. Sic Reg. Ceteri et editi λέγω mendose. Ad hunc autem locum in ms. Felckm. haec notat Δοξαπατρῆς. Ση. πρὸς τοὺς καὶ νῦν δύο σοφίας ἔχειν φάσκοντας

amplius a nobis esset addendum vel ad illa defendenda vel ad vanis P. 212. eorum rationibus respondendum, nec illi quoque adhuc deberent contendere, sed potius his assentiri, quibus suae haeresis duces subscripsere, ut pote qui non ignorent, eam quae secuta est Eusebianorum mutationem suspectam ac fraudulentam esse. Quod enim subscripserint postquam saltem se breviter potuerunt defendere, hoc ipsum plane testatur, quam impia sit Ariana haeresis. Nec enim subscripsissent, nisi prius illam haeresim condemnassent; nec condemnassent, nisi eos undique haesitantes pudor ad id agendum coegisset. Quocirca illorum commutatio evidens est indicium suae in impietate defendenda pertinaciae. Illos igitur, sicuti dictum est, praestaret quiescere: verum quandoquidem insigni sunt impudentia praediti, arbitranturque se posse felicius quam illos diabolicam hanc impietatem propugnare: etiamsi in priore Epistola, quam ad te misi, fusius contra eos disputarim, istorum tamen ut antea illorum dicta singula examinare non gravabor. Spero enim non minus nunc fore perspicuum, eorum haeresim haud P. 213. sanam, sed totam daemonicam esse.

6. Aiunt itaque, quemadmodum et illi dicere audebant: „Non „semper Pater, non semper Filius; nam non erat Filius antequam esset „genitus, sed ipse quoque ex nihilo fuit factus. Hinc non semper Deus „fuit Filii Pater; sed cum factus et creatus est Filius, tunc etiam Deus „eius Pater est appellatus. Namque res creata et facta est Verbum, „quod et substantia Patri dissimile est ac externum. Non autem na„*tura* aut verus est Patris Filius, neque sola et vera eius est Sapientia, „sed *creatum* est et una ex rebus creatis, Verbumque et Sapientia non „nisi abusione dicitur. Per Verbum enim, quod est in Patre, et *ipsum* „quoque factum est, ut et caetera omnia, ac proinde *nec Filius* verus „est Deus.“ Ego vero hoc primum *ab illis velim sciscitari*, quidnam prorsus sit Filius, quidve eo nomine significetur, ut hoc pacto ipsi quid dicant possint intelligere. Equidem ex divina Scriptura discimus, duplicem huius nominis esse significationem, unam, cuius Moyses in lege meminit: *Si audieritis,* inquit, *vocem Domini Dei vestri, ut custodiatis omnia mandata eius, quae ego praecipio tibi hodie, ut facias bonum et quod acceptum est Domino Deo tuo; filii estis Domini Dei nostri.* Quo etiam sensu Ioannes in evangelio ait: *Quotquot autem*

τὸν θεὸν καὶ πατέρα· μίαν μὲν τὸν υἱόν, ἑτέραν δὲ ἐν τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ, καθ' ἣν ἐστι σοφός. Id est: *Nota haec ad illos esse dicta, qui etiam nunc Deum et Patrem duas sapientias habere contendunt, unam quae Filius sit, alteram quae sit in sua substantia, secundum quam est sapiens.*

g. Sic Regius. At alii et editi *θεός* omittunt.

h. Sic Reg. ut et versio LXX. Caeteri et editi *τό* omittunt et pro *ἐναντίον* ha-

P. 213. κυρίου τοῦ θεοῦ σου, υἱοί ἐστε κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν[1]). καθὼς καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ φησὶν ὁ Ἰωάννης· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι[2])· ἑτέραν δὲ διάνοιαν, καθ' ἣν Ἰσαὰκ τοῦ Ἀβραάμ ἐστιν υἱὸς καὶ ὁ Ἰακὼβ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ οἱ πατριάρχαι τοῦ Ἰακώβ. αὐτοὶ δὲ κατὰ ποίαν ἄρα τούτων νομίσαντες εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν, τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ μυθολογοῦσιν; εἰς γὰρ τὴν αὐτὴν ἀσέβειαν εὖ οἶδ' ὅτι συνδραμοῦνται τοῖς περὶ Εὐσέβιον. εἰ μὲν οὖν κατὰ τὴν πρώτην, οἷοί εἰσι [a]καὶ οἱ ἐκ βελτιώσεως τρόπων ἐπικτώμενοι τὴν τοῦ ὀνόματος χάριν, καὶ λαμβάνοντες ἐξουσίαν, ἵνα υἱοὶ θεοῦ γένωνται· τοῦτο γὰρ ἔλεγον κἀκεῖνοι· οὐδὲν διαφέρειν ἡμῶν δόξειεν, οὐδὲ μονογενὴς ἂν εἴη, ἐξ ἀρετῆς καὶ αὐτὸς ἐσχηκὼς τὴν τοῦ υἱὸς προσηγορίαν. κἂν γάρ, ὥς φασι, προγνωσθεὶς ἔσεσθαι τοιοῦτος, προλαμβάνῃ καὶ ἅμα τῷ γενέσθαι δέχηται τό τε ὄνομα καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος δόξαν, ἀλλ' οὐδὲν διοίσει τῶν μετὰ τὰς πράξεις λαμβανόντων τὸ ὄνομα, ἕως οὕτω καὶ αὐτὸς υἱὸς εἶναι μεμαρτύρηται. καὶ γὰρ Ἀδὰμ προλαμβάνων τὴν χάριν, καὶ ἅμα τῷ γενέσθαι τεθεὶς ἐν τῷ παραδείσῳ,
P. 214. οὐδὲν διήνεγκεν οὔτε τοῦ Ἐνώχ, ὃς μετὰ χρόνον τῆς γενέσεως εὐαρεστήσας μετέθη, οὔτε τοῦ ἀποστόλου καὶ αὐτοῦ μετὰ τὰς πράξεις ἁρπαγέντος εἰς τὸν παράδεισον, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ποτε λῃστοῦ, ὃς διὰ τὴν ὁμολογίαν ἐπαγγελίαν ἔλαβεν εὐθὺς εἰς τὸν παράδεισον ἔσεσθαι.

7. Ἀλλ' ἐν τούτοις διωκόμενοι λέξουσιν ἴσως ὃ πολλάκις λέγοντες ᾐσχύνθησαν· οὕτως νομίζομεν τὸν υἱὸν πλέον ἔχειν παρὰ τὰ ἄλλα, καὶ διὰ τοῦτο μονογενῆ λέγεσθαι, ὅτι μόνος μὲν αὐτὸς ὑπὸ μόνου τοῦ θεοῦ γέγονε, τὰ δ' ἄλλα πάντα παρὰ τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκτίσθη. τίς ἄρα ταύτην ὑμῖν τὴν μωρὰν καὶ καινὴν ἐπίνοιαν ὑπέβαλεν, ἵνα εἴπητε· τὸν μὲν υἱὸν μόνον μόνος ὁ πατὴρ αὐτούργησε, τὰ δ' ἄλλα πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γέγονεν ὡς δι' ὑπουργοῦ; εἰ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάμνειν ἠρκέσθη μόνον αὐτουργῆσαι τὸν υἱὸν ὁ θεός, τὰ δ' ἄλλα οὐκέτι, ἀσεβὲς τοιαῦτα περὶ τοῦ θεοῦ λογίζεσθαι, μάλιστα τοὺς ἀκούσαντας Ἡσαΐου λέγοντος· θεὸς αἰώνιος, θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, οὐ πεινάσει, [b]οὐδὲ κοπιάσει, οὐδέ ἐστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ[3]). καὶ γὰρ μᾶλλον αὐτὸς τοῖς πεινῶσι δίδωσιν ἰσχύν, καὶ διὰ τοῦ λόγου [c]αὐτοῦ τοὺς κάμνοντας ἀναπαύει. εἰ δὲ ὡς ταπεινὸν ἀπηξίωσεν αὐτὸς

1) Deuter. 13, 19. et 14, 1. 2) Ioan. 1, 12. 3) Esa. 40, 28.

bent ἐνωπίον. Hic porro locus, qui finis est c. 13. et initium c. 14. Deuteron., sic exstat: ἐὰν ἀκούσῃς τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ σου, φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ὅσας ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, ποιεῖν τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀρεστὸν ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ σου, υἱοί ἐστε κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν. Si audieris vo-

receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Alia vero eiusdem vocis significatio est, qua Isaac Abrahae dicitur filius, et Iacob Isaaci, et Patriarchae Iacobi. Respondeant igitur quo sensu Dei Filium esse intelligentes, ista de illo audent effutire? Nullus enim dubito, quin ad eamdem devolvantur impietatem atque Eusebiani. Quod si vocem Filii secundum priorem significationem Verbo attribuant, quo nempe sensu his etiam convenit, qui ob mores in melius mutatos hoc nomine dignantur et potestatem filios Dei fieri accipiunt (quae etiam illorum erat doctrina); si, inquam, ita volunt esse, nihil sane a nobis Verbum differre videbitur, nec unigenitus dicendus erit, quippe qui et ipse propter virtutem Filii nomen sit consecutus. Namque etiamsi, quemadmodum dictitant, talis fore praecognitus, simul ut natus est, Filii nomen huiusque nominis decus acceperit: tamen nihil inter eum et illos intererit, qui post ipsa opera eodem nomine sunt dignati, quamdiu scilicet ipse eam dumtaxat ob causam filius esse existimabitur. Etenim Adam, qui gratiam initio acceperat, simulque ac natus est in paradiso fuit collocatus, nihil differebat ab Enocho, qui nonnisi aliquo postquam natus est tempore, cum Deo placuisset, translatus fuit, neque item ab Apostolo, qui et ipse post recte facta in paradisum est raptus; imo nec etiam ab illo latrone, cui ob confessionem promissum est ipsum continuo in paradiso futurum.

P. 213.

P. 214

7. Verum his illi vehementer pressi idem forte responsuri sunt, quod saepe erubescentes dictitarunt: „Ita intelligimus Filium rebus „caeteris antecellere, et ideo unigenitum dici, quod ipse solus a solo „Deo factus sit, cetera vero omnia a Deo per Filium sint creata." Quis quaeso stultam hanc et novam cogitationem vobis suggessit, ut affirmetis solum Filium ab ipso solo Patre factum fuisse, caetera vero omnia per Filium tanquam per administrum fuisse producta? Si enim prae lassitudine solum Filium potuisse a Deo produci velitis; haec de Deo cogitare impium sane fuerit, maxime cum Esaiam dicentem audierimus: *Deus sempiternus, Deus qui construxit terminos terrae, non esuriet neque laborabit, nec est investigatio sapientiae eius,* Siquidem ipse potius robur impertit esurientibus et per suum Verbum laborantes recreat. Sin vero indignum seipso esse putavit, ea se efficere, quae post Filium sunt producta; id etiam absque im-

cem domini Dei tui, ut custodias omnia mandata eius, quae ego praecipio tibi hodie, ut facias bonum et quod placitum est in conspectu domini Dei tui, filii estis Domini Dei vestri.

a. καί deest in Reg.
b. οὐδὲ κοπιάσει abest a Felckm. septimo codice anonymo et ab edit. Commel.
c. Reg. διὰ τοῦ λόγου ἑαυτοῦ, ut et infra ante τὰ πάντα τά τε μικρά etc.

P. 214. τὰ μετὰ τὸν υἱὸν αὐτουργῆσαι, καὶ τοῦτο μὲν ἀσεβές. οὐκ ἔστι γὰρ τύφος ἐν τῷ θεῷ, ὅς γε μετὰ τοῦ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον κατέρχεται, καὶ διὰ μὲν τὸν Ἀβραὰμ διορθοῦται τὸν Ἀβιμέλεχ χάριν τῆς Σάῤῥας, τῷ δὲ Μωϋσῇ ἀνθρώπῳ ὄντι στόμα κατὰ στόμα λαλεῖ, καὶ εἰς μὲν τὸ Σινᾶ ὄρος κατέρχεται, τῷ δὲ λαῷ συνεπολέμει κρυφαίᾳ χάριτι τὸν Ἀμαλήκ. ψεύδεσθε δὲ ὅμως καὶ τοῦτο λέγοντες· αὐτὸς γὰρ ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς[1])· αὐτός τέ ἐστιν ὁ διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ τὰ πάντα τά τε μικρὰ καὶ τὰ μεγάλα ποιήσας· καὶ οὐκ ἔστι διελεῖν τὴν κτίσιν, ὥστε εἰπεῖν τοῦτο μὲν τοῦ πατρός, τοῦτο δὲ τοῦ υἱοῦ· ἀλλ' ἑνός ἐστι θεοῦ ὡς χειρὶ χρωμένου τῷ ἰδίῳ λόγῳ, καὶ ἐν αὐτῷ ποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ τοῦτ' αὐτὸς μὲν ὁ θεὸς δεικνὺς ἔλεγεν· ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα[2])· ὁ δὲ Παῦλος τοῦτο μαθὼν ἐδίδασκεν· εἷς θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα[3]). αὐτὸς γοῦν ἀεὶ καὶ νῦν λέγει τῷ μὲν ἡλίῳ, καὶ ἀνατέλλει, ταῖς δὲ νεφέλαις ἐντέλλεται, καὶ βρέχει ἐπὶ μίαν μερίδα, ἐφ' ἣν δὲ οὐ βρέχει, ξηραίνεται. καὶ τὴν μὲν γῆν κελεύει τοὺς καρποὺς ἀποδιδόναι, τὸν δὲ Ἱερεμίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ πλάττει. εἰ δὲ ταῦτα νῦν αὐτὸς ποιεῖ, οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον, ὅτι καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἀπηξίωσεν αὐτὸς τὰ πάντα διὰ τοῦ λόγου ποιῆσαι· μέρη γὰρ τῶν ὅλων ἐστὶ ταῦτα.

8. Εἰ δὲ ὅτι μὴ ἐδύνατο τὰ λοιπὰ κτίσματα τῆς ἀκράτου χειρὸς τοῦ [a] ἀγεννήτου τὴν ἐργασίαν βαστάξαι, μόνος ὁ υἱὸς ὑπὸ μόνου τοῦ θεοῦ γέγονε, τὰ δ' ἄλλα ὡς δι' ὑπουργοῦ καὶ βοηθοῦ τοῦ υἱοῦ γέγονε· καὶ τοῦτο γὰρ Ἀστέριος ὁ θύσας ἔγραψεν, ὁ δὲ P. 215. Ἄρειος μεταγράψας [b] δέδωκε τοῖς ἰδίοις· καὶ λοιπὸν ὡς καλάμῳ τεθραυσμένῳ χρῶνται τῷ ῥηματίῳ τούτῳ, ἀγνοοῦντες τὸ ἐν αὐτῷ σαθρὸν ὡς παράφρονες. εἰ γὰρ ἀδύνατον ἦν τὰ γενητὰ βαστάξαι τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ· ἔστι δὲ καθ' ὑμᾶς ὁ υἱὸς εἷς τῶν γενητῶν· πῶς αὐτὸς ἠδυνήθη γενέσθαι παρὰ μόνου τοῦ θεοῦ; καὶ εἰ ἵνα τὰ γενητὰ γένηται, μεσίτου γέγονε χρεία, γενητὸς δὲ καθ' ὑμᾶς ἐστιν ὁ υἱός· ἔδει καὶ πρὸ αὐτοῦ μέσον τινὰ εἶναι, ἵνα κτισθῇ· τοῦ δὲ μεσίτου πάλιν καὶ αὐτοῦ κτίσματος τυγχάνοντος, ἄραρεν ὅτι κἀκεῖνος ἐδέετο μεσίτου ἑτέρου πρὸς τὴν ἰδίαν σύστασιν. κἂν τις ἄλλον ἐπινοήσῃ, προεπινοήσει τὸν ἐκείνου μεσίτην, ὥστε καὶ εἰς ἄπειρον ἐκπεσεῖν. οὕτω δὲ ἀεὶ τοῦ μεσίτου ζητουμένου, οὐδὲ ἡ κτίσις συστῆναι δυνήσεται διὰ τὸ μὴ δύνασθαι, ὡς λέγετε, μηδένα τῶν γενητῶν βαστάξαι τὴν ἄκρατον χεῖρα τοῦ [c] ἀγενήτου. εἰ

1) Psal. 100 [99. LXX.], 3. 2) Esa. 66, 2. 3) 1. Cor. 8, 6.

a. Sic omnes mss. et editi: sed legendum est ἀγενήτου, ut deinceps habet Regius codex. Vide quae in admonitione [n. VI.—VIII.] hac de re diximus, et quae infra notantur ad num. 28.

b. Reg. μεταδέδωκε. Porro Asterius,

pietate dici non potest. Nec enim est in Deo superbia, qui et ipse P. 214. cum Iacobo in Aegyptum profectus est, et propter Abrahamum Sarae causa Abimelechum castigavit, qui idem cum Moyse tametsi homine os ad os loquebatur, et in montem Sina descendit: ac denique occulta gratia qua populum adiuvit, devicit Amalecum. Verum falsa haec sunt, quae propugnatis: siquidem *ipse fecit nos et non ipsi nos.* Ipse est, qui per suum Verbum omnia et parva et magna fecit; nec res creatas fas est dividere, ita ut dicatur hoc Patris, illud Filii esse; verum omnia sunt unius Dei, qui proprio Verbo tamquam manu utitur, atque omnia in eo facit, ut ipse Deus his verbis docet: *Manus mea fecit haec omnia.* Idem etiam didicit et docuit Paulus. *Unus,* inquit, *Deus, ex quo omnia, et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Ipse igitur et semper et nunc imperat soli, et exoritur, nubibus praecipit, et in unam terrae partem effunduntur, quae autem non irrigatur, siccatur. Iubet similiter terram fructus edere, et Ieremiam in utero format. Si porro haec nunc ipse efficit, dubium certe non est, quin ipse etiam ab initio indignum se non putaverit omnia per Verbum facere; quippe cum ista rerum universarum sint partes.

8. Sin autem quia res aliae creatae actionem invictae non-facti manus ferre non valerent, solus Filius a solo Deo est factus, res vero aliae per Filium tanquam ministrum et adiutorem factae sunt, ut scripsit Asterius, qui idolis immolavit, quod idem transcriptum Arius suis tradidit, quo utique vocabulo tanquam calamo quassato utuntur, nec P. 215. stulti eius agnoscunt futilitatem. Si enim res factae manum Dei ferre non poterant, ipse autem Filius una est, ut sentitis, ex rebus factis; quomodo ipse a solo Deo fieri potuit? Si item ut res factae fierent, intermedio adiutore opus fuit, et Filius, ut putatis, factus quoque ipse est; profecto necesse etiam fuit intermedium aliquem ante eum fuisse, ut crearetur, qui ipse intermedius, cum res creata quoque esset, alio item intermedio ad sui procreationem opus habuisse non immerito videbitur. Si quis autem alium excogitaverit intermedium, alius rursus intermedius propter illum alium erit fingendus, atque ita in infinitum delabemur. Porro dum ita intermedius aliquis semper requiretur, certe res creatae constitui non poterunt, quandoquidem, ut dicitis, nulla res facta ferre valet invictam non-facti manum. Quod si id absurdum esse

de quo hic agitur, ex Sophista Christianus factus, persecutionis tempore idolis immolavit, idemque postea multos libros pro confirmanda Ariana haeresi composuit. Vide Socrat. Histor. Eccles. lib. I. c. 36. et Philostorg. lib. II. num. 15.

c. Reg. ἀγενήτου, ceteri et editi ἀγεννήτου.

P. 215. δὲ τὸ ἄτοπον τοῦτο συνορῶντες ἄρχεσθε λέγειν, ὅτι ὁ υἱὸς κτίσμα ὢν ἱκανὸς γέγονεν, ὥστε ὑπὸ τοῦ [a] ἀγενήτου γενέσθαι, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ ἄλλα πάντα γενητὰ ὄντα δυνατὰ ἦν παρὰ τοῦ [b] ἀγενήτου αὐτουργηθῆναι· κτίσμα γὰρ καθ' ὑμᾶς κἀκεῖνος, ὥσπερ οὖν καὶ ταῦτα πάντα, ἐστί· καὶ περιττὴ λοιπὸν τοῦ λόγου ἡ γένεσις κατὰ τὴν ἀσεβῆ καὶ μωρὰν ὑμῶν ἐπίνοιαν, αὐτάρκους ὄντος τοῦ θεοῦ τὰ πάντα αὐτουργεῖν, πάντων δὲ τῶν γενητῶν δυναμένων τὴν ἄκρατον χεῖρα βαστάξαι τοῦ θεοῦ. ἀνοήτου δὴ οὔσης αὐτῶν τῆς τοιαύτης φρενοβλαβείας, ἴδωμεν εἰ μὴ καὶ τὸ λεγόμενον τοῦτο τῶν ἀσεβῶν τὸ σόφισμα πλέον τῶν ἄλλων αὐτῶν ἀλογώτερον ἀναφανείη. Ἀδὰμ μόνος ὑπὸ μόνου τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ λόγου γέγονεν. ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ πάλιν τὸν Ἀδὰμ πλέον τι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἔχειν ἢ διαφέρειν τῶν μετ' αὐτὸν ἄν τις φήσειεν, εἰ μόνος μὲν αὐτὸς ὑπὸ μόνου τοῦ θεοῦ πεποίηται καὶ πέπλασται, ἡμεῖς δὲ πάντες ἐκ τοῦ Ἀδὰμ γεννώμεθα, καὶ κατὰ διαδοχὴν τοῦ γένους συνιστάμεθα, ἕως μόνον καὶ αὐτὸς ἐκ γῆς ἐπλάσθη, καὶ μὴ ὢν πρότερον, ὕστερον γέγονεν.

9. Εἰ δὲ καὶ πλέον τις τῷ πρωτοπλάστῳ δοίη διὰ τὸ κατηξιῶσθαι τῆς τοῦ θεοῦ χειρὸς αὐτόν· ἀλλ' ἐν τιμῇ καὶ μὴ τῇ φύσει τὸ πλέον εἰς αὐτὸν ὁ τοιοῦτος λογιζέσθω. ἐκ γῆς γὰρ γέγονεν, ὥσπερ καὶ πάντες· καὶ ἡ χεὶρ δὲ ἡ πλάσασα τότε τὸν Ἀδάμ, [c] καὶ αὕτη καὶ νῦν καὶ ἀεὶ τοὺς μετ' ἐκεῖνον πάλιν πλάττει καὶ διασυνίστησι· καὶ τοῦτο ὁ θεὸς αὐτὸς τῷ μὲν Ἱερεμίᾳ, ὡς προεῖπον, φησίν· πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε[1]). περὶ δὲ τῶν πάντων ἔλεγεν· ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα[2]). καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου φησίν· οὕτως λέγει κύριος ὁ λυτρούμενός σε καὶ πλάσσων σε ἐν κοιλίᾳ· ἐγὼ κύριος ὁ συντελῶν πάντα, ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν[3]). ὁ δὲ Δαβὶδ τοῦτο γινώ-
P. 216. σκων ἔψαλλεν· αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με[4])· καὶ ὁ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ λέγων· οὕτως λέγει κύριος ὁ πλάσας με ἐκ κοιλίας δοῦλον ἑαυτῷ[5]), τοῦτο σημαίνει. οὐκοῦν κατὰ τὴν φύσιν οὐδὲν ἡμῶν διαφέρει, κἂν προάγῃ τῷ χρόνῳ, ἕως καὶ τῇ αὐτῇ χειρὶ συνιστάμεθα καὶ κτιζόμεθα πάντες. εἰ τοίνυν οὕτως, ὦ Ἀρειανοί, καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ φρονεῖτε, ὅτι οὕτως καὶ αὐτὸς ὑπέστη καὶ γέγονεν, οὐδὲν καθ' ὑμᾶς τῶν ἄλλων κατὰ τὴν φύσιν διοίσει, ἕως καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν, καὶ γέγονε, καὶ ἐξ ἀρετῆς καὶ αὐτῷ συνεκτίσθη τοῦ ὀνόματος ἡ χάρις. εἷς γάρ ἐστι καὶ αὐτός, ἀφ' ὧν [d] λέγετε, περὶ ὧν ἐν ψαλμοῖς τὸ πνεῦμά φησιν· αὐτὸς εἶπε, καὶ

1) Ierem. 1, 5. 2) Esa. 66, 2. 3) Esa. 44, 24. 4) Psal. 119 [118. LXX], 73. 5) Esa. 49, 5.

intelligentes respondeatis, Filium licet creatum potuisse a non-facto P. 215. fieri; necesse est etiam concedatis, alias res omnes, quae factae sunt, potuisse a non-facto procreari: quippe cum ipse Filius secundum vos sit quoque res creata, ut et res omnes ceterae. Praeterea ex impio et stulto huiusmodi vestro commento sequitur, inutilem esse Verbi generationem, cum et Deus omnia per seipsum potuerit efficere, et res omnes factae invictam Dei manum ferre potuerint. Itaque cum inepta ac futilis sit haec illorum ratio, expendamus an non aliud impiorum sophisma etiam magis quam ceterae ipsorum argutiae absurdum videbitur. Adam solus a solo Deo per Verbum factus est: verum nemo idcirco dixerit, Adamum aliquid amplius ceteris hominibus habere, vel a posteris differre, quod ipse quidem solus a solo Deo factus et formatus sit, nos autem omnes ex Adamo perpetua generis continuatione nascamur et procreemur: quamdiu scilicet certum erit, ipsum etiam ex terra formatum esse, et qui antea non esset, postea fuisse.

9. Quod si primo parenti aliquid ceteris amplius tribuere libeat, qui nempe ita felix fuit, ut Dei manu formaretur; verum istud amplius in honore non in natura consistere intelligendum est. Namque ex terra factus est, ut alii omnes, et manus, quae tunc Adamum formavit, ipsa et nunc et semper omnes eius posteros format ac componit. Id ipse Deus ad Ieremiam, ut prius monui, dixit: *Priusquam te formarem in utero, novi te.* De omnibus autem aliis ait: *Manus mea fecit haec omnia.* Et rursus per Esaiam: *Haec dicit Dominus, qui redimit te et format te in utero. Ego Dominus, qui omnia perficio: extendi caelum solus et stabilivi terram.* David quoque, cui ista non P. 216. latebant, canebat: *Manus tuae fecerunt me et formaverunt me.* Et is, cuius haec apud Esaiam leguntur verba: *Sic dicit Dominus, qui formavit me ex utero servum sibi,* idem etiam significat. Itaque nihil a nobis natura differret, licet nos tempore antecesserit, quamdiu constabit, nos omnes eadem manu constitui et formari. Si igitur, o Ariani, vestra haec est de Filio Dei sententia, illum nempe sic etiam productum et factum fuisse: nihil secundum vos inter eum et alios, quod ad naturam pertinet, intererit, dum scilicet contendetis ipsum, cum antea non esset, postea fuisse, atque non nisi ob virtutem huius nominis gratiam in sui procreatione obtinuisse. Si quidem ille unus quoque ex his est, de quibus, ut quidem putatis, Spiritus sanctus in

a. Reg. et Basil. ἀγενήτου. Editi et Felckm. 7. ἀγεννήτου.

b. Reg. ἀγενήτου et ὑπουργηθῆναι. Editi et alii ἀγεννήτου et αὐτουργηθῆναι.

c. καί abest a Regio.

d. Reg. λέγεται.

P. 216. ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν[1]). τίς τοίνυν ἐστίν, ᾧ ὁ θεὸς ἐνετείλατο, ἵνα καὶ οὗτος κτισθῇ; εἶναι γὰρ δεῖ λόγον, ᾧ ἐντέλλεται ὁ θεός, καὶ ἐν ᾧ τὰ ποιήματα κτίζεται. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιτε δεῖξαι ἕτερον [a]παρ' ὃν ἀρνεῖσθε λόγον, εἰ μὴ ἄρα τινὰ πάλιν ἔννοιαν ἐπινοήσητε. ναὶ γάρ, φήσουσιν, εὕρομεν· ἥν ποτε λεγόντων καὶ τῶν περὶ Εὐσέβιον ἤκουσα· διὰ τοῦτο πλέον τῶν ἄλλων ἔχειν τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν, καὶ λέγεσθαι μονογενῆ τοῦτον νομίζομεν, ἐπειδὴ μόνος μὲν αὐτὸς μετέχει τοῦ πατρός, τὰ δ' ἀλλὰ πάντα τοῦ υἱοῦ μετέχει. κεκμήκασι μὲν οὖν ἤδη μεταβαλλόμενοι καὶ μεταλλάσσοντες τὰ ῥήματα ὡς τὰ χρώματα· δειχθήσονται δὲ ὅμως καὶ [b]οὕτως ὡς οἱ ἐκ τῆς γῆς[2]) κενολογοῦντες, καὶ κυλιόμενοι ὡς ἐν βορβόρῳ ταῖς ἰδίαις ἐννοίαις.

10. Εἰ μὲν γὰρ ἐκεῖνος μὲν τοῦ θεοῦ υἱός, ἡμεῖς δὲ τοῦ υἱοῦ υἱοὶ [c]καλούμεθα, πιθανὸν ἦν αὐτῶν τὸ πλάσμα· εἰ δὲ τοῦ θεοῦ καὶ ἡμεῖς υἱοὶ λεγόμεθα, οὗ καὶ αὐτός ἐστιν υἱός, [d]δῆλον ὅτι καὶ ἡμεῖς τοῦ πατρὸς μετέχομεν τοῦ λέγοντος· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα[3]). εἰ μὴ γὰρ μετείχομεν αὐτοῦ, οὐκ ἔλεγεν· ἐγέννησα. εἰ δὲ αὐτὸς ἐγέννησεν, οὐχ ἕτερος ἀλλ' αὐτὸς ἡμῶν ἐστι πατήρ· καὶ οὐ διαφέρει πάλιν, εἰ πλέον ἐκεῖνος ἔχει καὶ πρῶτον γέγονεν· ἡμεῖς δὲ εἰ ἔλαττον, καὶ ὕστερον γεγόναμεν, ἕως τοῦ αὐτοῦ πάντες μετέχομεν καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς υἱοὶ λεγόμεθα. τὸ γὰρ πλέον καὶ ἔλαττον οὐ τὴν φύσιν ἄλλην δείκνυσιν· ἑκάστῳ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ πρᾶξις τοῦτο προστίθησι· καὶ ὁ μὲν ἐπὶ δέκα πόλεων, ὁ δὲ ἐπὶ πέντε καθίσταται[4])· καὶ οἱ μὲν καθέζονται ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ[5]), οἱ δὲ ἀκούουσι· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου· καί· εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ[6]). τοιαῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνοι φρονοῦντες εἰκότως φαντάζονται τοιούτου υἱοῦ ἀεὶ μὴ εἶναι τὸν θεὸν πατέρα, μηδὲ τὸν τοιοῦτον υἱὸν ἀεὶ

P. 217. εἶναι, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων κτίσμα γεγενῆσθαι, καὶ μὴ εἶναι πρὶν γεννηθῇ· ἄλλος γάρ ἐστιν οὗτος παρὰ τὸν ἀληθινὸν τοῦ θεοῦ υἱόν. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα λέγειν ἔτι τούτους οὐκ ἔστιν εὐαγές, μᾶλλον γὰρ Σαδδουκαίων καὶ τοῦ Σαμοσατέως ἐστὶ τοῦτο τὸ φρόνημα· λείπει ἄρα κατὰ τὴν ἑτέραν διάνοιαν, καθ' ἣν Ἰσαὰκ τοῦ Ἀβραάμ ἐστιν υἱός, λέγειν εἶναι καὶ τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν· τὸ γὰρ ἔκ τινος φύσει γεννώμενον καὶ μὴ ἔξωθεν ἐπικτώμενον υἱὸν οἶδεν ἡ φύσις, καὶ τοῦτο τοῦ ὀνόματός ἐστι τὸ σημαινόμενον· ἆρ' οὖν ἀνθρωποπαθὴς ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις; τοῦτο γὰρ ἴσως κατ' ἐκείνους καὶ αὐτοὶ

1) Psal. 33 [32. LXX.], 9. 2) Ioan. 3, 31. 3) Esa. 1, 2. 4) Luc. 19, 17. 19. 5) Matth. 19, 28. 6) Matth. 25, 34. et 23.

a. Reg. παρὰ τὸν ἀρνεῖσθε. Idem paulopost ἦν ποτέ; mendose. b. Reg. οὕτως ὡς οἱ. Alii et editi ὡς omittunt.

psalmis ait: *Ipse dixit et facta sunt: ipse mandavit et creata sunt.* P. 216.
Quis itaque ille est, cui Deus mandavit, ut et ipse crearetur? Nam esse oportet Verbum, cui Deus mandat, et in quo res factae creantur. Atqui aliud Verbum indicare non potestis, praeter illud, quod negatis, nisi forte novum adhuc commentum placeat excogitare. Ita est, inquiunt, invenimus (idem nimirum, quod olim ab Eusebianis usurpatum audivi). „Idcirco nempe Dei Filium aliquid aliis amplius habere et „unigenitum dici arbitramur, quia solus ipse Patris est particeps, res „autem aliae omnes Filii sunt participes." Sic igitur illi in immutandis variandisque verbis non secus ac coloribus laborant. Verum id nihil impediet, quominus ostendamus, illos vere inania ex terra loqui suisque cogitationibus tamquam in luto volutari.

10. Enimvero si ille Dei filius et nos Filii ipsius filii appellaremur, probabile esset illorum commentum; sed si nos etiam ipsius Dei, cuius ille est filius, filii dicimur, certe liquet, nos etiam Patris participes esse, quippe qui dicat: *Filios genui et exaltavi.* Si enim ipsius participes non essemus, non diceret *genui*; si autem ipse genuit, non alius utique, sed idem ipse Pater noster est. Nihil vero refert, si amplius ille aliquid habeat et primus factus sit, nosque aliquid minus quam ille habeamus, ac post ipsum facti simus, dummodo omnes eiusdem fuerimus participes et filii eiusdem Patris nuncupemur. Nam plus vel minus diversam naturam minime significat: id enim sibi singuli recte factis comparant; atque alius quidem decem civitatibus praeficitur, alius quinque; alii sedent super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël; alii audiunt: *Venite Benedicti Patris mei,* et: *Euge serve bone et fidelis.* Cum haec igitur illorum sit sententia, iure merito existimant, huiusmodi Filii Deum non semper fuisse Patrem, neque talem Filium semper fuisse, sed ex nihilo esse creatum et factum, nec P. 217.
fuisse antequam genitus esset; siquidem ille alius omnino est a vero Dei Filio. Verum cum haec illos dicere fas iam non sit, utpote cum ista Sadducaeorum potius et Samosatensis sint propria, restat, ut alio sensu, quo nimirum Isaac Abrahae est filius, Dei Filium esse concedant. Nam quod ex aliquo gignitur nec extrinsecus advehitur, filium esse agnoscit natura, eaque est propria huius nominis significatio. Num ergo Filii generatio humano more est intelligenda (forte enim id ipsi, ut et illi olim, ignari reponent)? Nequaquam. Nec enim Deus hominis similis est, uti nec homines Dei. Illi enim ex materia eaque

c. Basil. *καλοίμεθα*.

d. Sic scribendum putamus, ut et videtur Nannius legisse, qui vertit *certum est.* Reg. ms. habet *δηλον ὅτι*, sed absque ullo accentu in *δῆλον*. Ceteri et editi *δηλονότι*, ut et legit Ambros. Camaldul.

P. 217. θελήσουσιν ἀντιθεῖναι μὴ γινώσκοντες. οὐδαμῶς. οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεός, ἐπεὶ ᵃμηδὲ οἱ ἄνθρωποι ὡς ὁ θεός. οἱ μὲν γὰρ ἐξ ὕλης καὶ ταύτης οὔσης παθητικῆς ἐκτίσθησαν, ὁ δὲ θεὸς ἄϋλος καὶ ἀσώματος. εἰ δὲ αἱ αὐταὶ λέξεις ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐν ταῖς θείαις ποτὲ κεῖνται γραφαῖς, ἀλλ' ἀνθρώπων ἐστὶ διορατικῶν ὡς παρήγγειλεν ὁ Παῦλος, προςέχειν τῇ ἀναγνώσει[1]), καὶ οὕτω διακρίνειν, καὶ κατὰ τὴν ἑκάστου τῶν σημαινομένων φύσιν τὰ γεγραμμένα διαγινώσκειν, καὶ μὴ συγχέειν τὴν διάνοιαν, ὥστε τὰ τοῦ θεοῦ μὴ ἀνθρωπίνως νοεῖν, μηδὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς περὶ θεοῦ ποτε λογίζεσθαι. τοῦτο γάρ ἐστι τὸν οἶνον ὕδατι μίξαι[2]), καὶ πῦρ ἀλλότριον ἐπιβάλλειν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῷ θείῳ πυρί.

11. Καὶ γὰρ καὶ ὁ θεὸς κτίζει, καὶ ἐπ' ἀνθρώπων δὲ τὸ κτίζειν εἴρηται. καὶ ὁ μὲν θεὸς ὤν ἐστι, λέγονται δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι εἶναι, παρὰ θεοῦ καὶ τοῦτο λαβόντες ἔχειν. ἆρ' οὖν οὕτως ὁ θεὸς κτίζει ὡς ἄνθρωποι; ἢ οὕτως ὤν ἐστιν ὡς ἄνθρωπος; μὴ γένοιτο· ἄλλως ἐπὶ θεοῦ τὰς λέξεις λαμβάνομεν, καὶ ἑτέρως ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ταύτας διανοούμεθα. ὁ μὲν γὰρ θεὸς κτίζει, καλῶν τὰ μὴ ὄντα[3]) εἰς τὸ εἶναι, οὐδενὸς ἐπιδεόμενος, οἱ δὲ ἄνθρωποι τὴν ὑποκειμένην ὕλην ἐργάζονται, εὐξάμενοι πρότερον καὶ τὴν ἐπιστήμην τοῦ ποιεῖν λαβόντες παρὰ τοῦ πάντα δημιουργήσαντος θεοῦ διὰ τοῦ ἰδίου λόγου. πάλιν τε οἱ μὲν ἄνθρωποι, οὐ δυνάμενοι ᵇκαθ' ἑαυτοὺς εἶναι, ἐν τόπῳ τυγχάνοντές εἰσι περιεχόμενοι, καὶ συνεστῶτες ἐν τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ, ὁ δὲ θεὸς ὤν ἐστι καθ' ἑαυτόν, περιέχων τὰ πάντα, καὶ ὑπ' οὐδενὸς περιεχόμενος, καὶ ἐν πᾶσι μέν ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα καὶ δύναμιν, ἔξω δὲ τῶν πάντων πάλιν ἐστὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν. ὥσπερ οὖν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ ἄνθρωποι κτίζουσιν, ὅνπερ τρόπον ὁ θεὸς κτίζει, οὐδ' οὕτως εἰσὶν οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ ἐστὶν ὁ θεός· οὕτως ἄλλως ἐστὶν ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις, καὶ ἄλλως ἐστὶν ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρός. τῶν μὲν γὰρ ἀνθρώπων τὰ γεννήματα μέρη πῶς τῶν γεννώντων εἰσίν, ἐπεὶ καὶ ᶜαὐτὴ τῶν σωμάτων ἡ φύσις οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν, ἀλλὰ ῥευστή, καὶ ἐκ μερῶν ἔχει τὴν σύνθεσιν· ἀποῤῥέουσί τε ἄνθρωποι γεννῶντες, καὶ πάλιν ἐπιῤῥεῖ τὰ ἐκ τῶν τροφῶν εἰς αὐτοὺς εἰςαγόμενα· δι' ἣν αἰτίαν καὶ πολλῶν κατὰ καιρὸν τέκνων γίνονται πατέρες οἱ ἄνθρωποι· ὁ δὲ θεὸς ἀμερὴς ὢν ἀμε-
P. 218. ρίστως ἐστὶ καὶ ἀπαθὴς τοῦ υἱοῦ πατήρ. οὔτε γὰρ ἀποῤῥοὴ τοῦ ἀσωμάτου ἐστίν, οὔτ' ἐπιῤῥοή τις εἰς αὐτὸν γίνεται, ὡς ἐπ' ἀνθρώπων· ἁπλοῦς δὲ ὢν τὴν φύσιν, ἑνὸς καὶ μόνου τοῦ υἱοῦ πατήρ ἐστι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μονογενής ἐστι, καὶ μόνος ἐν τοῖς

1) 1. Tim. 4, 13. 2) Esa. 1, 22. 3) Rom. 4, 17.

patibili sunt creati, at Deus expers est materiae et corporis. Quod P. 217. si eaedem dictiones Deo et hominibus in divinis Scripturis interdum attribuuntur, hominum est perspicacium, ut admonet Paulus, attendere ad lectionem, remque perpendere, ac pro natura rerum significatarum quae scripta sunt diiudicare, nec sensum confundere, ita ut quae ad Deum spectant, humano modo non intelligantur, nec vicissim quae ad homines pertinent, cogitentur tanquam Dei propria. Id enim est vinum cum aqua miscere, alienumque ignem ad divinum ignem in altari admovere.

11. Scilicet et Deus creat, et de hominibus idem quoque dicitur; Deus item is est qui est, homines similiter dicuntur esse, quod ipsum quidem a Deo acceperunt. An ergo ita Deus creat, ut homo? An eodem modo est, quo homo? Minime certe; sed aliter has voces de Deo intelligimus, aliter de hominibus. Nam Deus quidem creat, ea quae non erant vocans ut sint, nullaque re ad creandum indigens; homines vero non nisi subiecta utuntur materia, postquam a Deo, qui omnia per proprium Verbum creavit, scientiam artemve agendi precibus obtinuerunt. Praeterea homines, qui per se ipsi esse non possunt, loco circumscribuntur, atque in Dei Verbo consistunt; at Deus, qui per se vere est, omnia continet, et a nulla re ipse continetur, in omnibus est sua bonitate et potentia, at extra omnia est propria natura. Quemadmodum ergo non eodem modo creant homines, quo Deus creat, nec eodem modo sunt quo ille; ita aliter procreantur homines, et aliter Filius ex Patre nascitur. Fetus enim hominum partes quodammodo sunt gignentium, quippe cum nec ipsa corporum natura simplex sit, sed fluxa atque ex partibus composita. Nam homines gignendo emittunt ex se aliquid, quaedamque rursus ex cibis, quos accipiunt, in eos defluunt; quae quidem causa est, cur multorum liberorum pro tempore parentes fiant. Deus autem individuus est, ac proinde absque divisione nihilque patiendo Filii est Pater. Nihil enim P. 218. ex re incorporea effluere, nihilve in eam, uti hominibus accidit, potest influere. Quocirca cum Deus sit natura simplex, unius quoque ac solius Filii est Pater. Idcirco enim et unigenitus est, et solus est in sinu Patris, eumque solum ex seipso esse aperte Pater declarat his verbis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Ipse est Verbum Patris, quem proinde ut Patrem nec quid pati nec dividi

a. Sic Reg. Alii vero et editi *μὴ καὶ οἱ ἄνθρωποι.*

b. Reg. *καθ' αὐτούς* et paullo post *καθ' αὐτόν.*

c. Reg. *αὐτῶν.*

P. 218. κόλποις τοῦ πατρός ἐστι, μόνον τε αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ δείκνυσιν ὁ πατὴρ λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα[1])· λόγος δέ ἐστιν οὗτος τοῦ πατρός, ἐν ᾧ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀμερὲς τοῦ πατρὸς νοεῖν δυνατόν· λόγος γὰρ οὐδὲ ὁ τῶν ἀνθρώπων κατὰ πάθος καὶ μέρος γεννᾶται, μήτιγε ὁ τοῦ θεοῦ. διὸ καὶ καθέζεται μὲν αὐτὸς ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ὡς λόγος· ἔνθα γάρ ἐστιν ὁ πατήρ, ἐκεῖ καὶ ὁ τούτου λόγος ἐστίν· ἡμεῖς δὲ στήκομεν κρινόμενοι παρ᾽ αὐτῷ, ὡς ποιήματα· καὶ προςκυνεῖται μὲν αὐτὸς διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ προςκυνητοῦ πατρός· ἡμεῖς δὲ προςκυνοῦμεν, κύριον καὶ θεὸν αὐτὸν [a]ὁμολογοῦντες, διὰ τὸ εἶναι ἡμᾶς κτίσματα καὶ ἄλλους παρ᾽ ἐκεῖνον.

12. Τούτων δὲ οὕτως ὄντων, σκοπείτω λοιπὸν ὁ βουλόμενος αὐτῶν, καὶ γενέσθω τις αὐτοὺς ἐντρέπων, εἰ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ γέννημα θέμις εἰπεῖν ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ λόγον ἔχει κἂν εἰς ἐνθύμησίν τινος ὅλως ἐλθεῖν, ὅτι τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐπισυμβέβηκεν αὐτῷ, ἵνα καὶ τολμήσας εἴπῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀεὶ ὁ υἱός. καὶ γὰρ ἐν τούτῳ πάλιν τὰς ἀνθρώπων ἐννοίας ὑπερεξῆλθε καὶ ὑπεραναβέβηκεν ἡ τοῦ υἱοῦ γέννησις. ἡμεῖς μὲν γὰρ τῶν ἰδίων τέκνων ἐν χρόνῳ γινόμεθα πατέρες, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ οὐκ ὄντες πρότερον ὕστερον γεγόναμεν· ὁ δὲ θεὸς ἀεὶ ὢν ἀεὶ τοῦ υἱοῦ πατήρ ἐστι. καὶ τῶν μὲν ἡ γένεσις ἐκ τῶν ὁμοίως ὄντων ἔχει τὴν πίστιν. ἐπειδὴ δὲ οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ [b]ᾧ ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ[2])· διὰ τοῦτο οἱ ἅγιοι, οἷς ἀπεκάλυψεν ὁ υἱός, εἰκόνα τινὰ δεδώκασιν ἡμῖν ἐκ τῶν ὁρωμένων λέγοντες· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ[3])· καὶ πάλιν· ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς[4])· ὅτε καὶ μεμφόμενος τὸν Ἰσραὴλ ὁ λόγος φησίν· [c]ἐγκατέλιπες τὴν πηγὴν τῆς σοφίας[5])· αὕτη δέ ἐστιν ἡ πηγὴ ἡ λέγουσα· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος[6]). καὶ μικρὸν μέν ἐστι τὸ παράδειγμα καὶ λίαν ἀμυδρὸν πρὸς τὸ ποθούμενον· δυνατὸν δὲ ὅμως ἐξ αὐτοῦ πλέον τῆς ἀνθρώπου φύσεως κατανοεῖν, καὶ μὴ νομίζειν ἴσην τὴν ἡμῶν εἶναι καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν. τίς γὰρ δύναται κἂν λογίσασθαι, μὴ εἶναί ποτε τὸ ἀπαύγασμα, ἵνα καὶ τολμήσας εἴπῃ, μὴ εἶναι ἀεὶ τὸν υἱόν, ἢ ὅτι οὐκ ἦν ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῇ; ἢ τίς ἱκανὸς διελεῖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου τὸ ἀπαύγασμα, ἢ τὴν πηγὴν ἐπινοῆσαί ποτε τῆς ζωῆς ἔρημον, ἵνα καὶ μανεὶς εἴπῃ, ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶν ὁ υἱὸς ὁ λέγων· ἐγώ εἰμι ἡ ζωή[7]), ἢ ἀλλότριος τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ὁ λέγων· ὁ ἐμὲ

1) Matth. 3, 17. 2) Matth. 11, 27. 3) Hebr. 1, 3. 4) Psal. 36 [35. LXX.], 10. 5) Bar. 3, 12. 6) Ierem. 2, 13. 7) Ioan. 14, 6.

posse intelligendum est; quippe cum ipsi etiam homines proprium verbum citra divisionem ac nihil patiendo producant: multo igitur magis Deus suum Verbum gignit absque ulla divisione nihilque omnino patiendo. Hinc sane ipse ut Verbum ad dextram Patris sedet; nam ubi est Pater, illic et eius Verbum est; nos autem, tanquam res factae, coram eo stamus iudicandi. Ille adoratur, quia adorandi Patris est Filius; nos vero adoramus, Dominum eum et Deum confitentes, quia scilicet creati diversique ab illo sumus. P. 218.

12. Quae cum ita sint, attendat, quaeso, qui voluerit inter illos, existatque aliquis, qui ut eos pudore afficiat, ab iisdem sciscitetur, utrum fas sit id, quod ex Deo est et proprius eius est fetus, ex nihilo esse dicere, an item possit vel solum in mentem alicui venire, id quod ex Deo est, eidem accidisse, ita ut dicere audeat, Filium non semper esse. Nempe hic rursus hominum cogitationes superat et transcendit Filii generatio. Nos enim propriorum filiorum certo tantum tempore patres efficimur, quippe qui cum antea non essemus, postea facti fuerimus; at Deus, cum semper sit, semper quoque est Filii Pater. Sane rerum creatarum generatio ex similitudine cognoscitur; quia vero *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius et cui Filius revelaverit*, idcirco Sancti, quibus id Filius revelavit, imaginem quandam ex rebus aspectabilibus nobis huiusmodi verbis reliquerunt: *Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius*; et iterum: *Quoniam apud te est fons vitae, in lumine tuo videbimus lumen.* Verbum item Israëlem obiurgans ait: *Dereliquisti fontem sapientiae*; ipse porro est fons, qui dicit: *Me dereliquerunt fontem aquae vivae.* Haec autem exempla licet levia sint admodum et obscura ad id quod cupimus exprimendum, ex his tamen intelligi potest aliquid, quod sit supra hominum naturam, nec Filii generationem nostrae esse similem. Quis enim vel cogitatione fingat, non esse aliquando splendorem, ut audeat contendere, non semper fuisse Filium, vel non fuisse, priusquam esset genitus? Aut quis a sole splendorem separabit, aut fontem vita aliquando destitutum cogitabit, ut insaniens dicat, ex nihilo esse Filium, qui ipse ait: *Ego sum vita,* vel eum a substantia Patris esse diversum, qui idem dicit: *Qui me videt, videt et Patrem*? Nimirum cum Sancti haec nos ita intelli-

a. Sic Reg. Alii vero et editi *αὐτόν* omittunt.
b. Reg. *ᾧ ἐάν*. Mox id. *ἡμῖν*, ut et legerunt interpretes. Ceteri et editi *ὑμῖν*.
c. Sic mss. et Scriptura. Editi *ἐγκατελίπετε*.

P.219. ἑωρακώς, ἑώρακε τὸν πατέρα[1]); οὕτω γὰρ ἡμᾶς οἱ ἅγιοι βουλόμενοι νοεῖν, τοιαῦτα καὶ παραδείγματα δεδώκασι, καὶ ἔστιν ἄτοπον καὶ λίαν ἀσεβές, τοιαύτας ἐχούσης τῆς γραφῆς τὰς εἰκόνας, ἐξ ἄλλων ἡμᾶς περὶ τοῦ κυρίου διανοεῖσθαι τῶν μήτε γεγραμμένων, μήτε τινὰ διάνοιαν εἰς εὐσέβειαν ἐχόντων.

P.236. πατρός· εἰκὼν δὲ ὢν αὐτοῦ, ἄλλος ἂν εἴη τῶν γενητῶν καὶ τῶν πάντων· οὗ γάρ ἐστιν εἰκών, τούτου καὶ τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν ὁμοίωσιν ἔχει, ὥςτε τὸν λέγοντα ἀγένητον καὶ παντοκράτορα τὸν πατέρα νοεῖν ἐν τῷ ἀγενήτῳ [a] καὶ τῷ παντοκράτορι καὶ τὸν τούτου λόγον καὶ τὴν σοφίαν, ἥ τις ἐστὶν ὁ υἱός. ἀλλ' οἱ θαυμαστοὶ καὶ εἰς ἀσέβειαν εὐχερεῖς οὐ τῆς εἰς τὸν θεὸν τιμῆς φροντίζοντες ἐφεῦρον τὸ ὄνομα τοῦ ἀγενήτου, τῆς δὲ κατὰ τοῦ σωτῆρος χάριν κακονοίας· εἰ γὰρ ἔμελεν αὐτοῖς τιμῆς καὶ εὐφημίας, ἔδει μᾶλλον, καὶ τοῦτο βέλτιον ἦν, πατέρα τὸν θεὸν εἰδέναι τε καὶ λέγειν αὐτούς, ἢ ἐκείνως ὀνομάζειν αὐτούς· λέγοντες μὲν γὰρ ἐκεῖνοι τὸν θεὸν ἀγένητον, ἐκ τῶν γενομένων αὐτόν, καθὰ προεῖπον, ποιητὴν μόνον λέγουσιν, ἵνα καὶ τὸν λόγον ποίημα σημάνωσι κατὰ τὴν ἰδίαν ἡδονήν· ὁ δὲ τὸν θεὸν πατέρα λέγων εὐθὺς ἐν αὐτῷ καὶ τὸν υἱὸν σημαίνει, καὶ οὐκ ἀγνοήσει, ὅτι υἱοῦ ὄντος διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ γενόμενα ἐκτίσθη πάντα.

31. Οὐκοῦν καὶ μᾶλλον [b] ἢ ἀληθέστερον ἂν εἴη, τὸν θεὸν ἐκ τοῦ υἱοῦ σημαίνειν καὶ πατέρα λέγειν, ἢ ἐκ μόνων τῶν ἔργων ὀνομάζειν καὶ λέγειν αὐτὸν ἀγένητον. τοῦτο μὲν γὰρ τὰ ἐκ τοῦ βουλήματος τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ λόγου γενόμενα ἔργα σημαίνει, τὸ δὲ τοῦ πατρὸς ὄνομα τὸ ἴδιον ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γέννημα γνωρίζει. ὅσῳ δὲ ὁ λόγος τῶν γενητῶν διαφέρει, τοσοῦτον καὶ πλέον τὸ λέγειν τὸν θεὸν πατέρα τοῦ λέγειν ἀγένητον διαφέροι ἄν. καὶ γὰρ τοῦτο μὲν ἄγραφον καὶ ὕποπτον, ποικίλην ἔχον τὴν σημασίαν ἐστίν· [c] ἐκεῖνο δὲ ἁπλοῦν καὶ ἔγγραφον καὶ ἀληθέστερον καὶ μόνον

P.237. σημαῖνον τὸν υἱόν. καὶ τὸ μὲν ἀγένητον παρ' Ἑλλήνων εὕρηται τῶν μὴ γινωσκόντων τὸν υἱόν· τὸ δὲ πατὴρ παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐγνώσθη καὶ κεχάρισται· καὶ γὰρ εἰδὼς αὐτός, τίνος ἐστὶν υἱός, ἔλεγεν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί¹), καί· ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα²), καί· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν³)· καὶ οὐδαμοῦ φαίνεται τὸν πατέρα καλῶν ἀγένητον αὐτός, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς εὔχεσθαι διδάσκων οὐκ εἶπεν· ὅταν δὲ προσεύχησθε, λέγετε· [d] θεὲ ἀγένητε, ἀλλὰ μᾶλλον· ὅταν προςεύχησθε, λέγετε· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς⁴). καὶ τὸ κεφάλαιον δὲ τῆς πίστεως ἡμῶν εἰς τοῦτο συντείνειν ἠθέλησεν· ἐκέλευσε γὰρ ἡμᾶς βαπτίζεσθαι οὐκ εἰς ὄνομα ἀγενήτου καὶ γενητοῦ, οὐδὲ εἰς ὄνομα ἀκτίστου καὶ κτίσματος, ἀλλ' εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· οὕτως γὰρ τελειούμενοι υἱοποιούμεθα καὶ ἡμεῖς ἀληθῶς, καὶ τὸ τοῦ πατρὸς δὲ ὄνομα λέγοντες ἐπιγινώσκομεν ἐκ τοῦ ὀνόματος

1) Ioan. 14, 10. 2) Ioan. 14, 9. 3) Ioan. 10, 30. 4) Matth. 6, 9.

aliud certe a rebus factis et ab omnibus esse dicendum est. Cuius enim est imago, eius et proprietatem et similitudinem habet, adeo ut qui Patrem non-factum et omnipotentem appellat, is in non-facto et omnipotente huius Verbum et sapientiam, quae ipse est Filius, intelligat. Verum egregii illi atque ad impietatem proclives homines nomen non-facti excogitavere, non ut Deum honorarent, sed ut signum suae erga Salvatorem malevolentiae exhiberent. Si enim Dei honor et veneratio illis curae fuisset, satius sane erat praestabatque, illos Deum Patrem agnoscere et dicere, quam eum huiusmodi nomine vocare. Cum enim illi Deum non-factum appellant, illum ex rebus factis, ut supra dixi, effectorem tantum dicunt, ut scilicet Verbum quoque factum esse significent, quod quidem plurimum ipsis arridet. Qui vero Deum Patrem nominat, statim in illo Filium quoque intelligit nec dubitare potest, quin si Filius existat, res factae omnes per Filium sint creatae. P. 236.

31. Itaque melius veriusve fuerit, Deum ex Filio significare Patremque dicere, quam eum ex solis operibus non-factum appellare. Nam id quidem nomen opera ex Dei voluntate per Verbum facta indicat, Patris autem nomen proprium ex eius substantia fetum significat. Quantum autem est discriminis Verbum inter et res factas, tantum et amplius differt Deum Patrem dicere et non-factum appellare. Hoc enim nomen in Scripturis non exstat suspectumque est, ac variam habet significationem. At simplex est aliud nomen, habeturque in Scripturis, ac veritati magis est consentaneum, eoque solus Filius significatur. Praeterea nomen non-facti a Gentibus, qui Filium non cognoscunt, inventum est; at Patris nomen ab ipso Domino nostro probatum et datum est. Ipse enim, qui certe cuius filius esset, non nesciebat, ait: *Ego in Patre, et Pater in me est,* et: *Qui videt me videt et Patrem,* et: *Ego et Pater unum sumus.* Nullo autem in loco Patrem ipse non-factum vocat. Quin etiam cum nos orare docuit, non dixit: Cum oratis, dicite: Deus non-facte, sed potius: Cum oraveritis, dicite: *Pater noster qui es in caelis.* Nostrae quoque fidei caput eodem voluit spectare. Nec enim nos in nomine non-facti et facti vel in nomine non-creati et creati baptizari iussit, sed in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ita enim nos initiati vere efficimur filii Dei, et Patris nomen pronunciantes ex hoc nomine Verbum, quod in Patre est, cognoscimus. Licet porro proprium sui ipsius patrem appellari concedat, non tamen idcirco nos cum Filio secundum natu- P. 237.

a. Sic Reg. Alii autem et editi τῷ omittunt.

b. ἢ deletum est in Regio codice.

c. Sic Reg. Alii autem et editi ἐκεῖ.

d. Sic Reg. At alii et editi Θεὸς ἀγένητε.

P. 237. τούτου καὶ τὸν ἐν τῷ πατρὶ λόγον. εἰ δὲ καὶ πατέρα θέλει λέγειν ἡμῶν τὸν ἴδιον ἑαυτοῦ πατέρα, οὐ χρὴ διὰ τοῦτο συνεκτείνειν ἑαυτοὺς τῷ υἱῷ κατὰ τὴν φύσιν. καὶ τοῦτο γὰρ δι᾽ αὐτὸν λέγεται παρ᾽ ἡμῶν· ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἡμέτερον ὁ λόγος ἐφόρεσε σῶμα καὶ γέγονεν ἐν ἡμῖν, ἀκολούθως διὰ τὸν ἐν ἡμῖν λόγον καὶ ἡμῶν ὁ θεὸς λέγεται πατήρ. τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν πνεῦμα τοῦ λόγου δι᾽ ἡμῶν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὡς ἡμῶν ὀνομάζει· οὗτος ᵃ δὲ τοῦ ἀποστόλου νοῦς ἐστι λέγοντος· ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κρᾶζον· ἀββᾶ ὁ πατήρ[1]).

32. Ἀλλ᾽ ἴσως καὶ διὰ τὸ ὄνομα τὸ ἀγένητον ἐλεγχθέντες, πονηροὶ τὸν τρόπον ὄντες ἐθελήλουσι καὶ αὐτοὶ λέγειν· ἔδει καὶ περὶ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ τῶν γραφῶν τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα λέγεσθαι, ᵇκαὶ μὴ ἀγράφους ἐπεισάγεσθαι λέξεις. ναὶ ἔδει, φαίην ἂν καὶ ἔγωγε, ἀκριβέστερα γὰρ ἐκ τῶν γραφῶν μᾶλλον ἢ ἐξ ἑτέρων ἐστὶ τὰ τῆς ἀληθείας γνωρίσματα· ἀλλ᾽ ἡ κακοήθεια καὶ μετὰ πανουργίας παλίμβολος ἀσέβεια τῶν περὶ Εὐσέβιον ἠνάγκασε, καθὰ προεῖπον, τοὺς ἐπισκόπους, λευκότερον ἐκθέσθαι τὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἀνατρέποντα ῥήματα. καὶ τὰ μὲν παρὰ τῆς συνόδου γραφέντα διάνοιαν ὀρθὴν ἔχοντα δέδεικται, τῶν δ᾽ Ἀρειανῶν καὶ τὰ λογάρια σαθρὰ καὶ ὁ τρόπος πονηρὸς ἐφάνη. καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀγένητον ὄνομα ἰδίαν ἔχον διάνοιαν καὶ δυνάμενον εὐσεβῶς προφέρεσθαι αὐτοὶ πάλιν κατὰ τὴν ἰδίαν ἐνθύμησιν, ὡς ἠθέλησαν, ὀνομάζουσιν ἐπ᾽ ἀτιμίᾳ τοῦ σωτῆρος, ἵνα μόνον ὡς γίγαντες θεομάχειν φιλονεικῶσιν. ἀλλ᾽ οὔτε ἐκεῖνα τὰ λογάρια προφέροντες ἔμειναν ἀκατάγνωστοι, οὔτε τὸ ἀγένητον καλῶς καὶ εὐσεβῶς δυνάμενον ὀνομάζεσθαι, ὅμως κακῶς αὐτοὶ φρονοῦντες, λαθεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν· κατησχύνθησαν γὰρ ἐν πᾶσι, καὶ ἡ αἵρεσις αὐτῶν ἐστηλιτεύθη πανταχοῦ. ταῦτα μέν, ὡς ἠδυνήθην, ἀπομνημονεύσας τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τότε πραχθέντα δεδήλωκα· P. 238. οἶδα δὲ ὅτι τῶν χριστομάχων οἱ φιλέριδες οὐδὲ τούτων ἀκούσαντες μεταβάλλεσθαι θελήσουσιν, ἀλλὰ περιδραμοῦνται πάλιν ἑτέρας ζητοῦντες προφάσεις, καὶ μετὰ ταύτας πάλιν ἑτέρας ἐπινοήσουσι. κατὰ γὰρ τὸ προφητικόν· εἰ ἀλλάξεται Αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς[2]), καὶ αὐτοὶ θελήσουσιν εὐσεβῶς φρονεῖν μεμαθηκότες ἀσεβεῖν. σὺ μέν τοι, ἀγαπητέ, δεξάμενος ἔντυχε κατὰ σαυτόν, καὶ εἰ δοκιμάσειας καλῶς ἔχειν, ἀνάγνωθι καὶ τοῖς τότε παροῦσιν ἀδελφοῖς, ἵνα καὶ αὐτοὶ ταῦτα μαθόντες ἀποδέξωνται μὲν τῆς συνόδου τὸν ζῆλον τῆς ἀληθείας καὶ τὴν τῆς διανοίας ἀκρίβειαν, καταγνῶσι δὲ τῆς τῶν χρι-

1) Galat. 4, 6. 2) Ierem. 13, 23.

ram exaequare debemus. Nempe is ipse causa est, cur ita etiam a P. 237. nobis appellatur. Quia enim Verbum corpus nostrum assumsit et inter nos versari voluit, convenienter ob Verbum, quod apud nos est, noster quoque Pater Deus ipse dicitur. Nam Verbi Spiritus, qui in nobis est, per nos suum ipsius patrem tanquam nostrum appellat. Ea sane mens est Apostoli dicentis: *Misit Deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem: Abba Pater.*

32. Verum fortassis ipsi tandem convicti, nomen non-facti inepte usurpasse, haec nobis pro sua improbitate velint reponere: „Decuisset „igitur nihil de Domino et Salvatore nostro Iesu Christo dicere, nisi „quae de illo in Scripturis habentur, non vero vocabula, quae in Scri-„pturis non exstent, inducere.“ Ita sane oportuisse ego quoque consenserim; siquidem longe aptiora sunt veritatis argumenta, quae ex Scripturis eruuntur, quam quae aliunde. Verum, uti iam dixi, perversitas astutiaque et versatilis Eusebianorum impietas Episcopos impulit, ut verba, quibus illorum impietas everteretur, liquidius exponerent. Itaque probavimus ea, quae a Synodo scripta sunt, rectum sensum continere; at contra ostensum est, et futiles admodum Arianorum voculas et pravos mores esse. Nam et ipsum non-facti vocabulum, quod propriam habet significationem et pie proferri potest, illi ad Salvatoris contumeliam, prout ipsis placet, usurpant, idque eo tantum animo, ut veluti gigantes cum Deo pugnent. Verum neque cum illas voculas proponerent, damnationem potuerunt effugere; nec ipsi, cum id vocabulum non-facti, quod quidem recte et pie adhiberi potest, perverse intelligerent, latere usquam potuerunt; sed semper cum rubore fuerunt victi, eorumque haeresis ubique est proscripta. Haec quidem, quae tunc in Synodo acta esse memini, ut potui, memoravi; nec tamen me fugit, pertinaces Christi hostes neque his au- P. 238. ditis esse a sententia discessuros, sed novas potius rationes perquisituros istisque alias rursus addituros. Nam ut prophetae verbis utar: *si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas*; sane illi quoque, qui impii esse didicerunt, pie sentire in animum inducent. Tu autem, carissime, haec ut acceperis, tecum quaeso perlege; quae si tibi recta esse videbuntur, ea fratribus, qui tunc forte aderunt, legas velim, ut illi his auditis zelum quidem Synodi in tuenda veritate et in explicanda sententia accurationem approbent, Arianorum autem Christi hostium condemnent pervicaciam et vanas rationes, quas

a. Sic Reg. In aliis vero et editis δὲ deest.

b. Sic Reg. et Basil. At alii et editi καὶ omittunt.

P. 238. στομάχων Ἀρειανῶν καὶ τῶν ματαίων προφάσεων αὐτῶν, [a] ἃς τῆς ἀσεβοῦς ἑαυτῶν χάριν αἱρέσεως ἀναπλάττειν ἐν αὐτοῖς μεμελετήκασιν· ὅτι τῷ θεῷ καὶ πατρὶ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προςκύνησις, σὺν τῷ συνανάρχῳ αὐτοῦ υἱῷ καὶ λόγῳ, ἅμα τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

[b] ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς τῆς παροικίας αὐτοῦ.

1. Τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, εἰκὸς μὲν [c] ὑμᾶς, ἀγαπητοί, καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τὸν περὶ τῶν [d] πραττομένων ἀκριβῆ λόγον. ἀλλ' ἵνα μὴ [e] ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὰ τῆς ἀληθείας ἑτέρως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν πρῶτον μὲν τὴν ὑφ' ἡμῶν [f] προταθεῖσαν περὶ τῆς πίστεως γραφήν, ἔπειτα τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προςθήκας ἐπιβαλόντες ἐκδεδώκασι. τὸ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν γράμμα ἐπὶ παρουσίᾳ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθέν, εὖ τε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθέν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.[g]

2. Καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ [h] πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν, καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ [i] ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, οὕτως καὶ νῦν πιστεύοντες τὴν ἡμετέραν πίστιν [k] ὑμῖν προςαναφέρομεν· ἔστι δὲ αὕτη.

3. [l] Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα, τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα καὶ
P. 239. ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον καὶ παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν πατέρα καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πιστεύομεν [m] δὲ καὶ εἰς ἓν πνεῦμα

a. Sic Reg. et Basil., quae et legit Ambros. Camald. Haec vero usque ad ὅτι desunt in aliis et edit. Commel.

b. In editione Commeliniana ex ms. Basiliensi additur τοῦ ἀρειανόφρονος.

c. Socrates Histor. Eccles. lib. I. c. 8. ex editione Valesii: καὶ ὑμᾶς. Mox idem omittit καὶ ἄλλοθεν.

d. Editio Commel. πραττομένων πραγμάτων. Theodoretus Histor. Eccles. lib. I. c. 12. ex editione Valesii πεπραγμένων. Gelasius Cyzicenus historiae Synodi Nicaenae lib. II. c. 34. ex tomo 2. Concilior. [Mansi conc. nova coll. Tom. II. p. 914.] πραττομένων πραγμάτων ἀληθῆ λόγον.

e. Socrates ἐκ μόνης τοιαύτης.

impiae suae haeresis propugnandae causa sibi ipsis sunt commenti; P. 238. quoniam Deum et Patrem decet gloria, honor et adoratio una cum principii experte eiusdem Filio et Verbo, nec non sanctissimo ac vivifico Spiritu, nunc et in infinita saecula saeculorum. Amen.

EUSEBII CAESARIENSIS

Epistola ad suae paroeciae homines.

1. Quae de fide Ecclesiastica in magna Synodo Nicaeae congregata acta sunt, verisimile est vos, dilecti, aliunde quoque didicisse, cum soleat fama accuratam rerum narrationem praecurrere. Verum ne huiusmodi rumore res aliter vobis narretur ac revera se habet, necesse esse duximus ad vos primum quidem illam fidei formulam mittere, quae a nobis proposita est, deinde alteram, quam nonnullis ad nostra verba additis ediderunt. Itaque noster libellus, qui praesente piissimo Imperatore nostro lectus, rectus et approbatione dignus esse est declaratus, huiusmodi est.

2. Quemadmodum accepimus ab episcopis, qui nos antecesserunt, nec non in prima catechesi, et cum acciperemus lavacrum, quemadmodum item ex divinis didicimus litteris, ac cum in Presbyterio tum in ipso Episcopatu credidimus et docuimus, sic etiam nunc credentes fidem nostram vobis offerimus, quae sic se habet.

3. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium effectorem, et in unum Dominum Iesum Christum, Dei Verbum, Deum ex Deo, lumen ex lumine, vitam ex vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturae, ante omnia saecula ex Patre genitum, per quem et omnia facta sunt, qui propter nostram salutem incarnatus est et inter homines vixit, qui passus est et resurrexit tertia die et ascendit ad Patrem, iterumque cum gloria venturus est, ut iudicet vivos et mortuos. P. 239. Credimus quoque in unum Spiritum sanctum, horumque quemlibet esse et existere credimus Pa-

f. Editio Commel. *προτιθεῖσαν*. Socrates *προτεθεῖσαν*.

g. Apud Gelas. Cyzic. sequitur huiusmodi titulus: *ἡ ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσα πίστις, fides a nobis exposita.*

h. Socrates omittit *πρώτῃ*. Ibid. Theodor. *ὅτε καὶ τὸ λουτρὸν* etc.

i. Socrates *ἐπιστεύσαμεν*.

k. Theodor. omittit *ὑμῖν*. Ibid. Gelas. Cyzic. *προφέρομεν*.

l. Theodor. *πιστεύω*.

m. Socrates *καί* omittit. Ibid. haec verba *τούτων ἕκαστον* et quae sequuntur usque ad *καθὼς* desunt apud Gelas. Cyzic.

P. 239. *ἅγιον, τούτων ἕκαστον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιστεύοντες πατέρα ἀληθῶς πατέρα καὶ υἱὸν ἀληθῶς υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς ἅγιον πνεῦμα, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς εἶπε· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος*[1]. *περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως ἔχειν καὶ οὕτως φρονεῖν καὶ πάλαι οὕτως ἐσχηκέναι καὶ μέχρι θανάτου* [a] *ὑπὲρ ταύτης ἐνίστασθαι τῆς πίστεως, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν. ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς* [b] *πάντοτε πεφρονηκέναι, ἐξ οὗπερ ἴσμεν ἑαυτούς, καὶ νῦν φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας, ἐπὶ τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρόμεθα, δεικνύναι ἔχοντες* [c] *δι' ἀποδείξεων καὶ πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρεληλυθότας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐκηρύσσομεν.*

4. *Ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίστεως,* [d] *οὐδενὶ παρῆν ἀντιλογίας τόπος, ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς ὀρθότατα περιέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν, οὕτω τε καὶ ἑαυτὸν φρονεῖν* [e] *συνωμολόγησε, καὶ ταύτῃ τοὺς πάντας συγκαταθέσθαι, ὑπογράφειν τε τοῖς δόγμασι καὶ συμφωνεῖν τούτοις αὐτοῖς παρεκελεύετο, ἑνὸς μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου, ὃ καὶ αὐτὸ* [f] *ἡρμήνευσε λέγων, ὅτι μὴ κατὰ τῶν σωμάτων πάθη* [g] *λέγοιτο ὁμοούσιον, οὔτ' οὖν κατὰ διαίρεσιν οὔτε κατά τινα ἀποτομὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι· μηδὲ γὰρ δύνασθαι τὴν ἄϋλον καὶ νοερὰν καὶ ἀσώματον φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίστασθαι, θείοις δὲ καὶ ἀποῤῥήτοις λόγοις* [h] *προςήκειν τὰ τοιαῦτα νοεῖν. καὶ ὁ μὲν σοφώτατος ἡμῶν καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τοίαδε ἐφιλοσόφει, οἱ δὲ προφάσει τῆς τοῦ ὁμοουσίου προςθήκης τήνδε τὴν γραφὴν πεποιήκασιν.*

Η ΕΝ ΤΗΙ ΣΥΝΟΔΩΙ ΥΠΑΓΟΡΕΥΘΕΙΣΑ ΠΙΣΤΙΣ.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς

1) Matth. 28, 19.

a. Socrates *οὕτω σχήσειν καὶ ἐν αὐτῇ ἐνίστασθαι τῇ πίστει.* Theodor. ibid. habet *συνίστασθαι.*

b. Theodor. omittit *πάντοτε,* pro quo Socrates habet *πάντα,* Gelasius vero *πάντως,* qui praeterea pro *ἴσμεν* habet *ἔγνωμεν.*

c. Theodor. et Gelas. *ἔχοντες καὶ δι' ἀποδείξεων.* Ibid. *καί* ante *πείθειν* abest a Socrate, qui mox pro *παρεληλυθότας* habet *παρελθόντας.* Idem post *κηρύσσομεν* addit *ὁμοίως.*

d. Theodor. *οὐδείς.*

e. Theodor. *συνωμολογήτει.* Socrates

trem vere Patrem et Filium vere Filium et Spiritum sanctum vere Spiritum sanctum, ut et Dominus noster, cum suos discipulos ad praedicandum mitteret, ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* De quibus etiam asseveramus nos ita sentire ac antea sensisse et usque ad mortem fidem istam esse propugnaturos. Anathemate insuper percutimus omnem impiam haeresim. Haec ex corde et animo semper sensisse, ex quo nosmetipsos cognoscimus, atque nunc ex veritate sentire et dicere, coram Deo omnipotente et Domino nostro Iesu Christo testamur, possumusque argumentis vobis ostendere et persuadere, nos etiam praeteritis temporibus ita credidisse et docuisse. P. 239.

4. Hac a nobis exposita fide nulli erat contradicendi locus, sed primus ipse piissimus noster Imperator rectissima esse, quae illa continebat, est testatus, sicque se quoque sentire confessus est, atque omnes est cohortatus, ut hanc amplecterentur fidem hisque subscriberent et assentirent dogmatis, una tantum adiecta voce *consubstantialis*, quam eandem ipse ita est interpretatus; nempe non secundum corporum affectiones hanc vocem *consubstantialis* esse intelligendam, neque igitur divisione aliqua neque abscissione Filium ex Patre exsistere; nec enim fieri posse, ut natura intelligens et incorporea materiaeque expers corporeae alicui affectioni subiiciatur, sed res huiusmodi nonnisi divinis atque inexplicabilibus rationibus esse concipiendas. Ita quidem disserebat sapientissimus et religiosissimus Imperator; illi autem ob huiusce vocis, *consubstantialis*, additamentum sequentem formulam composuere:

FIDES IN SYNODO EDITA.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium effectorem, et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei, genitum ex Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum

ἐμαρτύρατο. Mox Theodor. et Gelas. συγκατατίθεσθαι. Ibid. ante ὑπογράφειν Socrates καί addit omisso τε sequenti. It. ibid. Theodor. pro συμφωνεῖν habet συμφρονεῖν.

f. Socrates, Theodor. et Gelas. ἡρμήνευσε, ut et editio Comm. Reg. ἑρμήνευε.

g. Gelasius Cyzic. λέγοιτο τῷ πατρὶ ὁμοούσιος. Theodor. et editio Commel. λέγοιτο ὁμοούσιος. Socrates λέγοι. τό. Ibid. pro οὔτ᾽ οὖν Gelas. οὔτε.

h. Socrates προσήκει. Mox idem εὐσεβής pro εὐσεβέστατος. Item ibidem Gelasius Cyzic. τά addit ante τοιάδε. Theodoretus vero habet τὰ τοιαῦτα διεφιλοσόφει. Mox Socrates omittit τῆς προσθήκης, qui idem pro sequenti titulo habet tantum τὸ μάθημα.

P. 239. ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ
ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά
P. 240. τε ἐν τῷ οὐρανῷ [a] καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, [b] ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς [c] τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καί· πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι ἢ κτιστὸν ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, [d] ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

5. Καὶ δὴ ταύτης τῆς γραφῆς ὑπ' αὐτῶν ὑπαγορευθείσης, ὅπως εἴρηται [e] αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τὸ τῷ πατρὶ ὁμοούσιον, οὐκ ἀνεξέταστον αὐτοῖς [f] κατελιμπάνομεν. ἐπερωτήσεις τοιγαροῦν καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο, ἐβασάνιζέν τε ὁ λόγος τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων, καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας [g] ὡμολογεῖτο πρὸς αὐτῶν δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ πατρός. [h] ταύτῃ δὲ καὶ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν συγκατατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας, ὑπαγορευούσης ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν, οὐ μὴν μέρος αὐτοῦ τῆς οὐσίας τυγχάνειν· διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοὶ [i] συνετιθέμεθα, οὐ δὲ τὴν φωνὴν τοῦ ὁμοουσίου παραιτούμενοι, τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν κειμένου, καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσεῖν διανοίας.

6. Κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὸ γεννηθέντα καὶ οὐ ποιηθέντα κατεδεξάμεθα, ἐπειδὴ τὸ ποιηθὲν κοινὸν [k] ἔφασκεν εἶναι πρόςρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γενομένων, ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν υἱόν· διὸ [l] δὴ μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις [m] ἐμφερές, κρείττονος δὲ ἢ κατὰ πᾶν ποίημα [n] τυγχάνειν οὐσίας, ἣν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὰ θεῖα διδάσκει λόγια, τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ [o] γενητῇ φύσει τυγχάνοντος.

7. Οὕτω δὲ καὶ τὸ ὁμοούσιον εἶναι τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἐξεταζόμενος ὁ λόγος [p] συνίστησιν, οὐ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων τρόπον, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλησίως· οὔτε γὰρ κατὰ διαίρεσιν

a. Gelas. τά τε.

b. Gelas. addit καί et mox post παθόντα addit ταφέντα. Mox Theodor. et Socr. καί omittunt ante ἐρχόμενον.

c. Socrates τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

d. Socrates τούτοις ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Theod. ibid. ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

e. Theodor. αὖθις.

f. Theodor. et Socr. καταλιμπάνομεν. Gelas. καταλαμβάνομεν. Ibid. Theodor. ἐρωτήσεις. Mox Theodor. et Gelas. ἐβασανίζετο ὁ λόγος.

ex Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per P. 239. quem omnia facta sunt, sive quae in caelo sive quae in terra sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et P. 240. incarnatus est, homo factus est, passus est et resurrexit tertia die, ascendit in caelos et veniet iudicaturus vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Illos vero qui dicunt, „fuit aliquando cum non „esset," et: „antequam genitus est non erat," et: „ex non-exi-„stentibus sive ex nihilo factus est," vel qui Dei Filium ex alia hypostasi vel substantia esse aut creatum esse aut mutari vel con-verti posse sentiunt, anathemate ferit catholica Ecclesia.

5. Hac itaque ab illis edita formula noluimus assentiri, nisi postquam diligenter ab ipsis inquisivimus, quonam modo dixissent Filium ex substantia Patris et Patri consubstantialem esse. Hinc ergo motae sunt quaestiones et responsiones, quisque illorum verborum sensus esset, ratione est examinatum. Itaque inter eos convenit ista dictione *ex substantia* significari, Filium esse quidem ex Patre, non tamen velut partem Patris existere. Quam sane sententiam nobis rectum visum est amplecti utpote consentaneam piae doctrinae, qua nimirum declaratur, Filium ex Patre quidem esse, non tamen partem eius substantiae existere. Quocirca nobis quoque placitum est, ut sententiam istam approbaremus. Neque etiam *consubstantialis* vocem repudiavimus, cum propter pacis bonum, quod nobis ante oculos potissimum versabatur, tum ne a recta sententia decideremus.

6. Similiter admisimus voces *genitum et non factum*, quandoquidem hanc vocem *factum* communem esse aiebat ceterarum rerum creatarum, quae per Filium factae sunt, quarum nihil simile Filius haberet, ac proinde ipsum non esse rem factam rebus illis similem, quae per eum factae sunt, sed praestantioris quam res omnes factas substantiae esse, quam ex Patre esse genitam divina docent oracula, modum autem generationis inexplicabilem esse, nec ab ulla facta natura posse percipi aut cogitari.

7. Re item examinata confirmatum est, Filium Patri consubstantialem esse non corporum aut mortalium animantium more; neque enim id fieri divisione substantiae aut praecisione neque aliqua affe-

g. Gelas. *οὐσίας τοῦ πατρός*. Ibid. Socrates *ὡμολόγητο*.

h. Socrates *ταῦτα*.

i. Theodor. et Socr. *συντιθέμεθα*. Mox Theodor. et Gelas. omittunt *τοῦ ὁμοουσίου*. Et praeterea Theodor. habet *παραιτούμεθα*. Et paulo post *πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν*.

k. Sic Reg. codex et editio Commel. At Theodor., Socr. et Gelas. *ἔφασκον*.

l. Theodor. *μηδέ*.

m. Socrates *ὅμοιον*.

n. Sic editio Commel. nec non Theod. et Gelas. At Reg. ms. *τυγχάνει*.

o. Socrates *γεννητῇ*.

p. Theodor. et Gelas. *συνίστη*.

P. 240. τῆς οὐσίας, οὔτε [a] κατὰ ἀποτομήν, ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος ἢ τρο-
πὴν ἢ ἀλλοίωσιν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ δυνάμεως· τούτων
γὰρ πάντων ἀλλοτρίαν εἶναι τὴν [b] ἀγένητον τοῦ πατρὸς φύσιν·
παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ ὁμοούσιον τῷ πατρί, τὸ μηδεμίαν ἐμφέ-
P. 241. ρειαν πρὸς τὰ γενητὰ κτίσματα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ [c] φέρειν, μόνῳ
δὲ τῷ πατρὶ τῷ γεγεννηκότι κατὰ πάντα τρόπον [d] ἀφομοιῶσθαι,
καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ
τοῦ πατρός· ᾧ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἑρμηνευθέντι τὸν τρόπον καλῶς
ἔχειν ἐφάνη [e] συγκαταθέσθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους
καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφεῖς ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς
καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου [f] συγχρησαμένους ὀνόματι.

8. Ταῦτα μὲν [g] οὖν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρήσθω πίστεως, ᾗ
συνεφωνήσαμεν οἱ πάντες, οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀπο-
δοθείσας διανοίας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἐξετα-
σθείσας [h] καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας. καὶ
τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ τὸν μετὰ τὴν πίστιν πρὸς αὐτῶν ἐκτεθέντα
[i] ἄλυπον εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπείργειν ἀγράφοις χρῆσθαι φω-
ναῖς, διὸ σχεδὸν ἡ πᾶσα γέγονε σύγχυσις καὶ ἀκαταστασία τῆς ἐκ-
κλησίας. μηδεμίας γοῦν θεοπνεύστου γραφῆς τῷ ἐξ οὐκ ὄντων καὶ
τῷ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγομένοις κεχρημένης,
οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν, ᾧ καὶ αὐτῷ καλῶς
δόξαντι συνεθέμεθα, ἐπεὶ μηδὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις
[k] εἰώθαμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν.

9. [l] Ἔτι μὴν τοῦ ἀναθεματίζεσθαι τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι
οὐκ ἦν οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη τῷ παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι τὸ
εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως.

10. Ἤδη δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς τῷ λόγῳ κατε-
σκεύαζε καὶ κατὰ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ γένεσιν [m] τὴν πρὸ πάντων αἰ-
ώνων εἶναι αὐτόν, ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι δυνάμει ἦν
ἐν τῷ πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρός, ὡς καὶ βα-
σιλέως ἀεὶ [n] καὶ σωτῆρος ἀεί, δυνάμει πάντα ὄντος, ἀεί τε κατὰ
τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος.

a. Gelas. μετά. Mox Socrates omittit ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος ἢ τροπήν, et paulo post ut et Gelas. οὐσίας τε καί.

b. Theodor., Socrat. et Gelas. ἀγέννητον, et paulo post γεννητά.

c. Socr. ἐμφαίνειν.

d. Theodor. ὅμοιον. Gelas. ἀφομοιοῦσθαι.

e. Theod. συγκατατίθεσθαι.

f. Gelas. χρησαμένους.

g. οὖν abest a Theodor.

h. καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας desunt apud Gelas.

i. Theodor. δεκτόν. Mox Socrates χρήσασθαι pro χρῆσθαι. Item pro διό Theodor. et Gelas. habent δι' ἅς. Socrates ibid. σύγχυσίς τε.

k. Theodor. εἰώθειμεν.

l. Sic editio Commeliniana, Theodor. et Gelasius. At ms. Reg. ὅτι. Ibid. editio Commel. pro μήν habet τήν mendose. Theodor. item et Gelas. pro τοῦ habent τό. Mox pro τῷ παρά etc., ut habent editio Commel., Theodor. et Gelasius, ms. Reg. habet τὸ παρά etc. Ibid. Theodor. habet παρὰ πᾶσι μὲν ὁμολογεῖσθαι αὐ-

ctione, conversione aut mutatione substantiae et virtutis Patris, ab his P. 240. enim omnibus alienam esse non-factam Patris naturam; verum hisce verbis *consubstantialem Patri* indicari, nullam Filio Dei cum factis et creatis rebus esse similitudinem, sed soli Patri, qui ipsum genuit, P. 241. omni modo similem esse, neque ex alia quam ex Patris hypostasi et substantia esse. Cui voci hoc modo explicatae assentiri rectum nobis visum est, quandoquidem exploratum habemus, veteres quosdam eruditos et illustres Episcopos ac Scriptores, cum de Patre et Filio dissererent, voce *consubstantialis* usos fuisse.

8. Haec itaque de edita fide sint dicta, cui quidem omnes sumus assensi, sed nonnisi postquam rem accurate perpendimus, eoque sensu, qui explicatus est coram religiosissimo Imperatore, quique allatis supra rationibus fuit approbatus. Anathematismum porro, qui post fidem ab illis adiectus est, nihil grave et molestum habere existimavimus, cum prohibeat, ne voces, quae non exstent in Scripturis, usurpentur; quae scilicet causa fuit omnis fere dissensionis et perturbationis, quae in Ecclesia orta est. Cum igitur nulla divinitus inspirata Scriptura usa sit vocibus *ex non existentibus, fuit aliquando cum non esset,* aliisque ibi subiectis, visum est rationi consentaneum non esse haec vel dicere vel docere, quod cum rectum quoque esse intellexissemus, approbavimus, quandoquidem nec nos antea huiusmodi verba usurpare soliti fueramus.

9. Nec item absurdum putavimus, his vocibus *non erat antequam genitus est* anathema dicere, cum omnes fateantur Filium Dei fuisse, priusquam secundum carnem gigneretur.

10. Tum vero piissimus noster Imperator sua ipse oratione probabat, etiam illum fuisse secundum divinam eius generationem, quae est ante omnia saecula, quandoquidem priusquam effectu fuisset genitus, ipse potentiâ erat in Patre, licet non gigneretur; quippe cum Pater semper fuerit pater, ut et semper fuit et rex et salvator, necnon omnia potentiâ, semperque eodem modo et similiter se habeat.

τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πρὸ τῆς etc. Gelas. *ὁμολογεῖσθαι εἶναι αὐτόν* etc. Editio Commel. *ὁμολογεῖσθαι εἶναι τὸν υἱόν* etc.

Haec autem verba *ἔτι μήν* et cetera, quae sequuntur usque ad *ταῦθ᾽ ὑμῖν ἀναγκαίως* etc. desunt apud Socratem, quae forte reticuit, ne Eusebii, quem ab Ariana haeresi ex hac epistola purgandum susceperat, causam aperte proderet.

m. Theodor. *τὸ πρὸ πάντων*. Mox in ms. Regio *ἀγεννήτως* iungitur cum *ὄντος τοῦ πατρός* etc. Melius tamen ad Filium refertur, ut apud Theodor. Gelas. et edit. Commelianam. Nam sensus est, Filium, antequam actu ut aiunt esset genitus, fuisse potentia in Patre *ἀγεννήτως* id est *absque sui generatione,* quod commode putamus expressisse his verbis: *licet non gigneretur*. Alii vertunt: *ingenito quodam modo;* alii: *ingenita quadam ratione,* quae non ita clare rem ipsam videntur significare.

n. Theodoret. *καὶ σωτῆρος καὶ δυνάμει* etc. Mox pro *κατὰ τὰ αὐτά* Editio Commel. et Gelas. habent *κατὰ τὰ αὐτοῦ*.

P. 241. 11. *Ταῦθ᾽ ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα, ἀγαπητοί, τὸ* [a] *κε-
κριμένον τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως φανερὸν
ὑμῖν καθιστῶντες, καὶ ὡς εὐλόγως τότε μὲν καὶ μέχρις* [b] *ἐσχάτης
ὥρας ἐνιστάμεθα, ὅτε ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προςέκοπτε, τότε
δὲ ἀφιλονείκως τὰ μὴ λυποῦντα κατεδεξάμεθα, ὅτε ἡμῖν εὐγνωμό-
P. 242. νως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν* [c] *ἐφάνη συντρέχειν τοῖς
ὑφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις.*

a. Theodor. *τὰ κεκριμένα* et mox *φανερά. καί* seq. abest ab eodem.
b. Socr., Theodor., Gelas. *ὑστάτης*.
c. Theodor. *ἐμφανῆ σύμπραξιν ἔχειν ἔδοξε.* In fine apud Gelasium Cyzicenum additur: *ἀσπαζόμεθα ὑμᾶς σὺν τῇ παρ᾽*

---

11. Haec ad vos scribere necessarium duximus, carissimi, ut P. 241.
vobis pateret, quam maturo iudicio cuncta ponderaverimus comprobaverimusque, quamque convenienter ad extremam usque horam restiterimus, quamdiu scilicet nobis displicuerunt, quae diverse a nostra formula videbantur proponi; tunc autem absque ulla contentione eas voces, quae nihil incommodi haberent, fuisse amplexos, cum nobis sincero et aequo animo quid significarent expendentibus visum est nihil nisi P. 242.
simile esse his, quae nos ipsi in fide prius exposita confessi fueramus.

ὑμῶν ἀδελφότητι· ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, id est: *Vos amplectimur cum fraternitate, quae apud vos est: valere vos in Domino precamur, fratres honoratissimi.*

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI
EPISTOLA
DE
SENTENTIA DIONYSII.

ADMONITIO.

P. 242. I. *Quam hactenus sectati sumus temporis rationem, haud certis notis in hac epistola deprehendere valemus; solo quippe Dionysii vindicandi studio incensus Athanasius nullatenus fere attingit illorum temporum conditionem. Non desunt tamen coniecturae, quae nos moveant ad eam post tractatum seu epistolam de Nicaenis decretis reponendam. Nam eodem ferme tempore conscriptam indicant, quae num.* 19. *leguntur, Arianos scilicet adversus Nicaenam Synodum tum passim et ubique obmurmurasse, quod praecedentis epistolae tempori apprime congruit. Item ex modo huius epistolae ordiendae haud leve ducitur argumentum: etenim iisdem fere verbis initio adhibitis hanc perinde atque praecedentem ad virum dirigit controversiis Catholicos inter Arianosque habitis interesse solitum, unde augurari liceat, ad eundem ipsum utramque fuisse missam. Immo subodoramur huius scribendae occasionem ex praecedenti obortam esse: quippe cum ibi Dionysii locum pro tutanda adversus Arianos τοῦ ὁμοουσίου voce adtulisset Athanasius, haec causa fuisse videtur, cur Ariani Dionysii scripta ad suam sententiam detorquere nequicquam tentarent. Sed hae coniecturae non omnem prorsus amovent dubitandi locum.*

II. *Ariani itaque Catholicorum argumentis passim confutati suam haeresim Dionysii Alexandrini episcopi auctoritate fulcire nisi sunt, prolatis eiusdem litteris anno* 263. *conscriptis, ubi dum Sabellianorum confutaret errorem, in similitudines quasdam inciderat, quibus licet praeter auctoris mentem laesa videretur Verbi divinitas. Verum ea de re postea apud gentilem suum Dionysium Romanum accusatus libros quosdam Apologiamque conscripsit ad eam propulsandam criminationem. Ex his autem postremis decessoris sui scriptis Athanasius luculenta quaedam excerpit loca, quibus peropportune Aria-*

nicam retundit impudentiam Catholicumque Dionysium plane commonstrat et ab Arii sententia alienissimum. P 242.

III. *Eximia porro hic obvia Dionysii loca, quibus tertio saeculo Dionysii adversariorum depulsa criminatio, quarto Arianorum calumnia simul et prava doctrina confutata est, pari hodieque vi polleant ad novos refellendos Arianos, qui Verbi deitatem haud minore quam prisci illi impietate oppugnant, quique suam sententiam venditant ut prioribus Ecclesiae saeculis vulgo receptam. Namque ut caetera taceam ex iis, quae num.* 10. *habentur, planum est, voces illas* ἐκ τῆς οὐσίας *et* ὁμοούσιον *iam tum usitatas vulgatasque fuisse; ita ut de Filio loquentem ea verba impugnasse erroneum haberetur, omisisse suspiciosum. Eminet vero omnibus aliis Dionysii dictis haec praeclara aureisque apicibus exaranda sententia, qua omnes profligantur adversus Trinitatem obortae haereses, num.* 17. οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν τριάδα τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα. Sic nos quidem Unitatem indivisibilem in Trinitatem dilatamus, ac vicissim Trinitatem, quae imminui nequit, in Unitatem contrahimus. *Haec inquam sententia, quae in omnibus Graecis Athanasii editis hactenus desiderabatur, iam primo Graece prodit omnium fide manuscriptorum restituta. Collapsa quippe fuit, quod voces* τριάδα *et* μονάδα *similiter omnino desinerent.*

IV. *Et vero non haec una ex Graeco textu exciderat sententia;* P. 243.
multae quippe aliae sunt in hac epistola amanuensium vitio omissae, quod videlicet duae consequenter positae clausulae vel eadem vel similiter desinente voce caderent; quae omnes optimorum manuscriptorum ope iam sunt feliciter restitutae. Et sane nihil frequentius in toto Athanasii operum decursu videre est, quam clausulae integrae hoc lapsus genere praetermissae. Ut vel hinc palam omnibus sit, quam necessaria fuerit nova eiusdem sancti Doctoris operum editio.

V. *Quod autem Eusebius, qui Dionysii gesta fuse satis prosequitur, ne verbum quidem de hac historia fecerit, hinc sane augetur iam vulgata de ipso nimisque firma Arianismi suspicio. Callide profecto tacuit haeresi suae exitiosam historiam, quam incautius, ut ait Athanasius, alii Ariani in suamque perniciem evulgarunt. Apparet autem ex quibusdam huius epistolae locis, ipsum Arium de Dionysio rumorem illum sparsisse; nisi forte tropice Arium pro Arianis Athanasius significet, quem item Arium quasi superstitem aliquando loquentem inducit, tametsi hanc epistolam post defunctum Arium scriptam fuisse vix quispiam sit dubitandi locus.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

περὶ Διονυσίου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας· ὅτι καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐφρόνει, ὡς ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος· καὶ μάτην αὐτὸν συκοφαντοῦσιν οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ὁμόδοξον [a] ἑαυτῶν.

P. 243. 1. *Βραδέως ἐδήλωσας περὶ τῆς νῦν διαλέξεως τῆς γενομένης
παρ' ὑμῖν πρὸς τοὺς χριστομάχους· καὶ γὰρ πρὶν γράψαι τὴν σὴν
διάθεσιν, ἔμαθον φιλοπευστῶν καὶ ἡδέως ἀκούων περὶ τῶν τοι-
ούτων. τὴν μὲν οὖν [b] σὴν εὐλάβειαν ἀπεδεξάμην καλῶς φρονοῦσαν
περὶ τῶν μακαρίων πατέρων ἡμῶν, τῶν δ' Ἀρειομανιτῶν τὴν ἀλο-
γίαν καὶ νῦν ἐπέγνων. οὐδὲν γὰρ οὔτ' εὔλογον οὔτε πρὸς ἀπό-
δειξιν ἐκ τῆς θείας γραφῆς ῥητὸν ἐχούσης τῆς [c] αἱρέσεως αὐτῶν,
ἀεὶ μὲν προφάσεις ἀναισχύντους ἐπορίζοντο καὶ σοφίσματα πιθα-
νά· νῦν δὲ καὶ διαβάλλειν τοὺς πατέρας τετολμήκασι. καὶ οὐκ
ἀλλότριόν γε ἀλλὰ καὶ οἰκεῖον τοῦτο τῆς κακονοίας ἐστὶν αὐτῶν·
οἱ γὰρ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ [1]) μελετᾷν
ἐπιχειρήσαντες, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ τὸν μακαρίτην Διονύσιον τὸν
P. 214. ἐπίσκοπον [d] Ἀλεξανδρείας ὡς ὁμόδοξον ἑαυτῶν καὶ ὁμόφρονα λοι-
δοροῦσιν; ὃν γὰρ ἐὰν οὗτοι πρὸς σύστασιν τῆς ἑαυτῶν αἱρέσεως
δόξωσιν εὐφημεῖν, κἂν μακάριον αὐτὸν ὀνομάζωσι, τοῦτον οὐχ
ἁπλῶς ἀλλὰ καὶ μεγάλως διαβάλλουσιν, ὥςπερ λῃσταί τινες καὶ
τὸν τρόπον ἄσεμνοι, οἳ ἐπειδὰν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἐπιτηδεύμασιν
ὀνειδίζωνται, τοὺς σώφρονας [e] συναριθμοῦσιν ἑαυτοῖς καταψευδό-
μενοι τῆς ἐκείνων σωφροσύνης.*

1) Psal. 2, 2.

a. Reg., quem sequimur, *ἑαυτῶν*. Editi et reliqui mss. *αὐτῶν*. In editis post titulum legitur *ἐπιστολή*, quae vox in nullo codice habetur; tametsi certum est epistolam esse. Felckmanni tertius anonymus hunc habet titulum: *τοῦ αὐτοῦ κατὰ ἀρειανῶν ἀπολογία ὑπὲρ Διονυσίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Eiusdem contra Arianos Apologia pro Dionysio Episcopo Alexandriae.*

b. *σήν* in editis deerat: omnes mss. habent.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

quod Dionysius Alexandrinus Episcopus adversum Arianam haeresim senserit, ut et Nicaena Synodus, et quod falso illum Ariani ut doctrina secum consentientem criminentur.

---

1. Sero significasti non ita pridem apud vos habitam contra P. 243.
Christi hostes disputationem; etenim antequam tua id mihi caritas
scriberet, diligenter sciscitatus haec didiceram libensque admodum audie-
ram. Tuam itaque pietatem summopere probavi, quae ita recte sentiat
de beatis Patribus nostris, dementiamque Arianorum etiam nunc ex-
ploratam habui. Cum enim nullum eorum haeresi suppetat consen-
taneum argumentum, nulla legitima ex Scripturis sacris accepta pro-
batio, impudentibus illi cavillationibus sophismatibusque callidis hactenus
semper sunt usi; nunc vero eo audaciae processerunt, ut etiam Patres
calumnientur, quod ab eorum malignitate minime alienum, quin etiam
ipsi omnino proprium est. Qui enim *adversus Dominum et adversus
Christum eius meditari* ausi sunt, quid mirum si beatae memoriae
virum Dionysium Episcopum Alexandrinum ut doctrina secum consen- P. 244.
tientem criminentur? Quem enim ipsi ad commendationem suae hae-
reseos laudibus ornare videntur, quamquam illum beatum appellant, non
levi tamen, sed et omnium gravissima calumnia vellicant, haud secus
quam praedones et infames quidam homines, qui cum ob sua facinora
male audiunt, frugi homines socios sibi simulant, dum falsa eorum
probitati adscribunt.

c. Sic Taurinensis, Colbertinus, Iesuit. et Felckmanni qui notatur Fr. I. et ita legit Nannius. Sed Regius et Basil. cum omnibus editis *τῆς διαιρέσεως*. Praestat prior lectio; quod suadetur etiam ex simili sententia, quae in superiore epistola [p. 18. huius ed.] legitur num. 2.: *οὐδὲν γὰρ ὁρῶντες εὔλογον ἔχουσαν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν προφάσεις ἐπινοοῦσι.*

d. *τῆς Ἀλεξανδρείας* Taurin. Colbert. Iesuit. Mox Reg. Taurin. Colbert. et Fr. I. *ὁμόδοξον ἑαυτῶν*. Sed Basil. cum editis omnibus *ὁμόδοξον αὐτῶν*.

e. Sic Reg. Taurin. Colbert. et Ies. At editi *συναριθμῶσιν*.

P. 244. 2. Εἰ μὲν οὖν θαῤῥοῦσιν οἷς φρονοῦσι καὶ λέγουσι, [a]προφερέτωσαν γυμνὴν τὴν αἵρεσιν καὶ δεικνύτωσαν ἐξ αὐτῆς εἴ τινα νομίζουσιν ἢ ἐκ τῶν γραφῶν ἔχειν ἢ κἂν ἀνθρώπινόν τινα λογισμὸν εὐσεβῆ πρὸς ἀπολογίαν, εἰ δὲ [b]μηδέν τι τοιοῦτον ἔχουσι, σιωπάτωσαν. οὐδαμόθεν γὰρ εὑρήσουσιν εἰ μὴ μᾶλλον ἔλεγχον καθ᾽ ἑαυτῶν, ἀπὸ μὲν τῶν γραφῶν, τοῦ μὲν Ἰωάννου λέγοντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος[1]), ὃν οὗτοι λέγουσιν οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ, τοῦ δὲ Δαβὶδ ψάλλοντος ἐκ προςώπου τοῦ πατρός· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν[2]), ὃν οὗτοι λέγουσι κατ᾽ ἐπίνοιαν εἶναι καὶ ἐξ οὐκ ὄντων [c]γεγενῆσθαι, εἶτα τοῦ μὲν Ἰωάννου πάλιν εὐαγγελιζομένου, ὅτι πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν[3]), τοῦ δὲ Παύλου γράφοντος· εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι᾽ οὗ τὰ πάντα[4]), καὶ ἐν ἑτέροις· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα[5]). ποίαν παῤῥησίαν ἕξουσιν οὗτοι, καὶ οὐ μᾶλλον αἰσχύνην [d]ὀφλήσουσιν, ἐναντιούμενοι τοῖς τῶν ἁγίων ῥήμασιν, ὅταν λέγωσι ποίημα εἶναι τὸν τῶν πάντων δημιουργόν, καὶ κτίσμα τοῦτον, ἐν ᾧ τὰ κτίσματα γέγονε καὶ συνέστηκεν; οὐδὲ ἀνθρώπινος δέ τις αὐτοῖς λογισμὸς εὐσεβὴς εἰς ἀπολογίαν [e]περιλείπεται. τίς γὰρ ἀνθρώπων, ἢ Ἕλλην ἢ Βάρβαρος, ὃν ὁμολογεῖ θεόν, τοῦτον ἐπιχειρήσει λέγειν κτίσμα ἢ ὅτι οὐκ ἦν πρὶν γένηται; ἢ τίς ἀνθρώπων ἀκούσας παρὰ τούτου, ὃν ἐπίστευσε μόνον εἶναι θεόν, λέγοντος· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός[6]), καὶ ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν[2]), τολμήσει [f]κἂν εἰπεῖν ὅτι ὁ ἐκ καρδίας τοῦ θεοῦ λόγος ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν ἢ ὁ υἱὸς κτίσμα ἐστὶ καὶ οὐκ ἴδιον τοῦ λέγοντος γέννημα; πάλιν δὲ τίς ἀκούων τούτου, ὃν ἐπίστευσεν εἶναι κύριον καὶ σωτῆρα, λέγοντος· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[7]), καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[8]), ἐπιχειρήσει διαιρεῖν ἃ ἐκεῖνος ἥνωσε καὶ ἀμέριστα [g]τετήρηκε;

3. Ταῦτα γοῦν καὶ αὐτοὶ συνορῶντες καὶ παῤῥησίαν οὐκ ἔχοντες ἐν τοῖς ἰδίοις καταψεύδονται τῶν εὐσεβῶν. [h]ἀλλ᾽ ἔδει πάντων αὐτοὺς ἐρήμους ὄντας καὶ συνορῶντας ἑαυτοὺς ἐν ταῖς ἐρω-
P. 245. τήσεσι πανταχόθεν ἀποροῦντας καὶ χασμωμένους μεταγινώσκειν μᾶλλον, ἀποστραφέντας ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πλάνης, καὶ μὴ συναριθμεῖν ἑαυτοῖς οὓς οὐκ ἴσασιν, ἵνα μὴ καὶ παρ᾽ αὐτῶν ἐλεγχόμενοι πλείονα τὴν αἰσχύνην ἀπενέγκωνται. ἴσως δὲ τῆς τοιαύτης

1) Ioan. 1, 1. 2) Psal. 45 [44. LXX.], 2. 3) Ioan. 1, 3. 4) 1. Cor. 8, 6. 5) Coloss 1, 16. 6) Matth. 3, 17; 17, 5. 7) Ioan. 14, 11. 8) Ioan. 10, 30.

a. Taurin. et Colbert. soli προςφερέτωσαν.
b. Editi εἰ δὲ καὶ μηδέν. Sed in Reg. Taur. Colb. et Fr. I. καί deest. Paulo post Colb. μᾶλλον ἐλέγχους. Mox Taur. Colb. Ies. et Fr. I. ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν.

2. Si quam igitur sententiae dictisve suis fiduciam habent, nudam P. 244.
nobis haeresim suam proferant, hincque liquido ostendant nobis, si quod se putant habere, vel ex Scripturis sumtum aut saltem humanum, sed pium tamen pro sua defensione argumentum; sin vero eiusmodi nihil habent, sileant; nusquam enim quidvis inventuri sunt, nisi ex quo magis magisque coarguantur. Nam in Scripturis sacris Ioannes ait: *In principio erat Verbum*, quod (aiunt ipsi) non erat antequam gigneretur; David vero ex Patris persona ita psallit: *Eructavit cor meum Verbum bonum*, quod ipsi asserunt secundum cogitationem duntaxat esse et ex non-exstantibus factum fuisse; Ioannesque iterum in Evangelio dicit: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*, Paulusque ita scribit: *Unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia*, et alibi: *quoniam in ipso creata sunt omnia.* Quid igitur illis fiduciae supererit, imo potius, qua non digni erunt ignominia, quandoquidem Sanctorum sententiis adversantur, cum dicant, omnium Opificem opificium esse, ac rem creatam esse eum, in quo omnia creata sunt et consistunt? Ne humana quidem ulla ratio, quae pietatem sapiat, illis ad sui defensionem relinquitur. Quis enim hominum, sive Graecus sive Barbarus, quem Deum confitetur, eundem creaturam esse dixerit aut non fuisse antequam fieret? Aut quis hominum, cum illum audierit, quem unum credit esse Deum, dicentem: *Hic est Filius meus dilectus*, et: *Eructavit cor meum Verbum bonum*, ausit dicere: Verbum quod ex Dei corde progressum est, ex non-exstantibus factum est, aut: Filius creata res est, non propria loquentis proles? Ac rursum quis, si eum, quem Dominum et Salvatorem esse credit, audiat dicentem: *Ego in Patre et Pater in me*, et: *Ego et Pater unum sumus*, ea dividere conetur, quae ille coniunxit et indivisa conservavit?

3. Haec igitur cum et ipsi animadvertant, rebus suis diffidentes piis viris confictas adscribunt sententias. Atqui magis decuit eos omnium inopes et advertentes, se interrogatos passim haesitare ac hianti ore obmutescere, sententiam commutare, potiusque sese avertere P. 245.
a via erroris, quam homines, quos ignorant, inter suos recensere; ne ab iisdem confutati plus dedecoris referant. Verum illi fortasse ab huiusmodi dolis nunquam absistere volent, Caïphae enim sociorum-

c. Taur. Colb. *γεγεννῆσθαι*; minus recte.

d. Sic Reg. Basil. et edit. Commel. Edit. vero Parisiensis et Colon. *ὀφειλήσουσιν*. Taurin. Colb. Ies. Fr. I. *ὀφείλουσιν*.

e. Taurin. Colb. Ies. *παραλείπεται*. Paulo post Fr. I. *ἐπιχειρήσοι*.

f. Reg. Taurin. Colb. Ies. Fr. I. *κἂν εἰπεῖν*. Editi *ἄν*.

g. Taurin. Colbert. Iesuit. *ἀμέριστα πεποίηκε*.

h. Taurin. *ἀλλ' ἐπειδὰν τούτων αὐτούς*. Colb. *ἐπειδὰν δὲ τούτων αὐτούς*. Infra Edit. Paris. et Colon. *χασμαμένους*. Edit. vero Commelin. cum omnibus mss. *χασμωμένους*. Ibidem Taurin. et Colbert. *μεταγινώσκειν ἐχρῆν μᾶλλον*.

P. 245. *πανουργίας* [a] *οὐ θελήσουσιν ἀποστῆναί ποτε· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῶν περὶ Καϊάφαν ἐζήλωσαν, ὥςπερ καὶ τὸ ἀρνεῖσθαι τὸν Χριστὸν παρ᾽ αὐτῶν μεμαθήκασι. καὶ γὰρ κἀκεῖνοι τοσαῦτα τοῦ κυρίου πεποιηκότος ἔργα, δι᾽ ὧν ἐγνώριζεν ἑαυτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἐλεγχόμενοί τε παρ᾽ αὐτοῦ, πάντα παρὰ τὰς γραφὰς λοιπὸν καὶ φρονοῦντες καὶ λέγοντες, καὶ μὴ δυνάμενοι κἂν πρὸς τὸ βραχὺ πρὸς τοὺς κατ᾽ αὐτῶν ἐλέγχους ἀντιβλέπειν, εἰς τὸν πατριάρχην κατέφυγον λέγοντες· ἡμεῖς πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ* [1]*, καὶ νομίζοντες ἐν τούτῳ δύνασθαι τὴν ἀλογίαν ἑαυτῶν ἐπικαλύπτειν. ἀλλ᾽ οὔτε ἐκεῖνοι τοῦτο λέγοντες ὤνησάν τι, οὔτε οὗτοι Διονύσιον ὀνομάζοντες φυγεῖν τὴν ὁμοίαν ἐκείνοις αἰτίαν δυνήσονται· καὶ γὰρ κἀκείνους ἐφ᾽ οἷς παρηνόμουν ἤλεγξεν ὁ κύριος λέγων· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησε* [2]*, καὶ τούτους ἀσεβοῦντας καὶ ψευδομένους ἡ αὐτὴ πάλιν ἀλήθεια* [b] *διελέγξει, ὅτι τὰ Ἀρείου Διονύσιος ὁ ἐπίσκοπος οὔτ᾽ ἐφρόνησεν οὔτε τὴν ἀλήθειαν ἠγνόησεν· ἀλλὰ καὶ οἱ τότε Ἰουδαῖοι καὶ οἱ νέοι νῦν παρὰ τοῦ πατρὸς ἑαυτῶν τοῦ διαβόλου τὴν χριστομάχον* [c] *ἐκληρώσαντο μανίαν. μέγα μὲν οὖν τεκμήριον τοῦ μηδὲ τοῦτο λέγειν αὐτοὺς ἀληθές, ἀλλὰ τὸν ἄνδρα συκοφαντεῖν, ὅτι μήτε παρ᾽ ἑτέρων ἐπισκόπων ἐπ᾽ ἀσεβείᾳ καταγνωσθεὶς ἀπεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς, ὥςπερ οὗτοι τοῦ κλήρου, μήτε αὐτὸς ὡς αἵρεσιν ἐκδικῶν ἐξῆλθε τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῇ κεκοίμηται καλῶς, καὶ ἡ μνήμη μέχρι νῦν αὐτοῦ μετὰ τῶν πατέρων ἐστὶ καὶ γέγραπται. εἰ γὰρ ἦν τὰ τούτων φρονήσας, ἢ περὶ ὧν ἔγραψε μὴ ἦν ἀπολογησάμενος, οὐκ ἦν ἀμφίβολον, ὅτι πάντως τὰ αὐτὰ καὶ αὐτὸς αὐτοῖς ἐπεπόνθει.*

4. *Καὶ ἤρκει μὲν ταῦτα πρὸς πᾶσαν κατάγνωσιν τῶν νέων Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον* [d] *ἀρνουμένων καὶ τοὺς πατέρας διαβαλλόντων καὶ πάντας Χριστιανοὺς ἐπιχειρούντων ἀπατᾶν. ἐπειδὴ δὲ προφάσεις ἔχειν νομίζουσι τῆς εἰς τὸν ἐπίσκοπον διαβολῆς μέρη τινὰ ἐπιστολῆς αὐτοῦ, φέρε καὶ ταῦτα ἴδωμεν, ἵνα καὶ ἐκ τούτων αὐτῶν ἡ ματαιολογία δειχθῇ, καὶ* [e] *παύσωνται μὲν κἂν ὀψέποτε βλαςφημοῦντες παρ᾽ ἑαυτοῖς τὸν κύριον, ὁμολογήσωσι δὲ κἂν μετὰ τῶν στρατιωτῶν βλέποντες μαρτυροῦσαν τὴν κτίσιν, ὅτι ἀληθῶς*

1) [Matth. 3, 9. et Luc. 3, 8.] Ioan. 8, 39. 2) Ioan. 8, 40.

a. Taurin. Colb. Ies. Fr. I. *οὐ θέλουσιν*. Mox Colb. *Καΐφαν*. Ibidem post *ὥςπερ καί* in Colbert. *τό* deest. Paulo post edit. Paris. et Colon. *ἐγνώριζον αὐτόν*. Edit. Commel. et omnes mss. *ἐγνώριζεν ἑαυτόν*, recte, excepto Felckmanni 3. anonymo, qui totum hunc locum sic habet: *καὶ γὰρ οἱ πάλαι Ἰουδαῖοι τοσαῦτα τοῦ κυρίου πεποιηκότος ἔργων* (lege *ἔργα*) *δι᾽ ὧν ἐγνώριζον αὐτὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἐλεγχόμενος* (lege *ἐλεγχόμενοι*) *παρ᾽ αὐτοῦ καὶ μὴ δυνάμενοι πρὸς τοὺς ἐλέγχους αὐτ—*, qui codex hic incipit, nam initio mutilus est. Mox idem *κατέφευγον*. Paulo post in Taurin. et Felkm. 3. anon. *καί* ante *νομίζοντες* deest. Ibidem Taurin. Colb. Ies. et Felckm. 3. anon. *τὴν ἀλογίαν*

P.477. *τὸν θεόν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι* [c] *τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆναι· ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν*[1]).

9. *Τίς τὴν περικοπὴν ταύτην ὅλην ἀναγινώσκων οὐ τῶν μὲν Ἀρειανῶν καταγινώσκει, τὸν δὲ μακάριον ἀπόστολον* [d] *θαυμάζει καλῶς εἰρηκότα; πότε γὰρ πεποίηται καὶ πότε ἀπόστολος γέγονεν, εἰ μὴ ὅτε παραπλησίως* [e] *ἡμῖν μετέσχε καὶ αὐτὸς αἵματος καὶ σαρκός; καὶ πότε γέγονεν ἐλεήμων καὶ πιστὸς ἀρχιερεύς, ἢ ὅτε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὡμοιώθη; ὡμοιώθη δὲ τότε, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ἐνδυσάμενος τὴν ἡμετέραν σάρκα. οὐκοῦν περὶ τῆς* [f] *κατὰ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίας τοῦ λόγου γράφων ὁ Παῦλος ἔλεγε· πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, καὶ οὐ περὶ τῆς οὐσίας τοῦ λόγου. μηκέτι τοίνυν μαίνεσθε λέγοντες* [g] *ποίημα εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, ἔστι γὰρ αὐτὸς υἱὸς φύσει μονογενής, τότε δὲ ἔσχεν ἀδελφούς, ὅτε τὴν ὁμοίαν ἡμῖν ἐνεδύσατο σάρκα,* [h] *ἣν καὶ προςφέρων αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἀρχιερεὺς ὠνομάσθη καὶ γέγονεν ἐλεήμων καὶ πιστός, ἐλεήμων μέν, ὅτι* [i] *ὑπὲρ ἡμῶν προσενέγκας ἑαυτὸν ἠλέησεν ἡμᾶς, πιστὸς δέ, οὐ πίστεως μετέχων οὐδὲ εἰς τινὰ πιστεύων ὥςπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ πιστεύεσθαι ὀφείλων* [k] *περὶ ὧν ἐὰν λέγῃ καὶ ποιῇ,*

1) Hebr. 2, 14 — 3, 2.

a. Sic Seguer. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. ut et Nannius legerat. In aliis et editis desunt *ἐὰν τὰ ἔμπροσθεν λάβωμεν· μία γὰρ ἀκολουθία ἐστί.* Gobler. et Felckm. 1. habent *ἐὰν τῶν ἔμπροσθεν.* Ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ.* Editi et alii *καὶ περὶ τούτου.* Mox Seguer. Felckm. 4. et 5. *τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ.*

b. Felckm. 4. *θανάτου καὶ δουλείας.* Idem paulo post omittit *κατὰ πάντα.*

c. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *τὰς ἁμαρτίας.* Editi aliique *ταῖς ἁμαρτίαις.*

d. Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. *ἀπόστολον θαυμάζει.* Alii et editi *ἀπόστολον οὐ θαυμάζει.*

e. Seguer. et Reg. *ἡμῖν.* Editi *ὑμῖν.* Ibid. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. et 5.

minem? Quis autem ita interrogatus non responderet, Patrem illum fecisse hominem ipsumque pontificem nobis misisse? Atqui hanc ipsam sententiam tempusque et personam ex ipso Apostolo, qui scripsit: *qui fidelis est ei, qui fecit illum,* melius licet discere, si nempe ad ea, quae antecedunt, attenderimus. Una enim series est, ac de eodem agitur hoc in Scripturae loco. Haec itaque scribit Epistola ad Hebraeos: *Quia ergo pueri carnis et sanguinis participes facti sunt, ipse quoque similiter eorundem particeps fuit, ut per mortem eum destrueret, qui mortis imperium habet, id est diabolum, et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus similis fieri, ut misericors fieret et fidelis pontifex in his, quae ad Deum spectant, ut expiaret peccata populi. In eo enim, in quo ipsum tentari contigit, potest his, qui tentantur, auxiliari. Unde, fratres sancti, vocationis caelestis participes, considerate apostolum et pontificem confessionis nostrae Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum.* P.476. P.477.

9. Quis haec verba possit legere, quin Arianos statim condemnet beatumque admiretur Apostolum, qui tam praeclare est locutus? Quando enim factus effectusque est apostolus, nisi cum ipse ut nos carnis et sanguinis fuit particeps? Quando vero misericors et fidelis pontifex est factus, nisi cum per omnia fratribus similis fuit effectus, quod utique tunc accidit, cum nostra carne assumpta factus homo est? Itaque de humana Verbi dispensatione, non de natura Verbi haec scripsit Paulus: *Qui fidelis est ei, qui fecit illum.* Iam ergo insanire desinite nec amplius contendite Dei Verbum rem factam esse. Siquidem ipse est unigenitus naturâ Filius. Tunc autem habuit fratres, cum carnem nostri similem induit, quam per seipse offerens pontifex appellatus est factusque est misericors et fidelis, misericors quidem, quia cum seipsum pro nobis obtulit, nostri est misertus, fidelis vero, non quia fidei particeps est aut in aliquem credit uti nos, sed quia in his, quae vel dixerit vel fecerit, credi debet, ac fidele constansque

μετέσχε καὶ αὐτός. Ceteri et editi *μετέσχεν αὐτός.*

f. Seguer. *κατὰ τὸ ἀνθρώπινον.* Mox idem et Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. habent *πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, καὶ οὐ περὶ τῆς οὐσίας λόγου,* quae in aliis et editis desunt; sed et ea Nannius legerat.

g. Sic Seguerianus. Gobl. item Felckm. 1. et 4. habent *τὸν τοῦ θεοῦ λόγον.* Felckm. 5. *ποίημα εἶναι λέγοντες τὸν λόγον.* Alii et editi *ποίημα λέγοντες τὸν λόγον.*

h. Sic Seguer. Reg. Basil. Gobl. Felckman. 1. et 4. Editi vero et alii *ης.* Ibidem mss. omnes *προςφέρων αὐτός.* Editi *προςφέρων αὐτόν.*

i. Sic Seguer. et Felckm. 4. At alii et editi *περὶ ἡμῶν.* Ibidem Seguer. Gobl. Felckm. 1. et 4. *προςενέγκας ἑαυτόν.* In aliis et editis deest *ἑαυτόν.*

k. *περὶ ὧν* abest a Felckm. 5. Ibidem Seguer. et Felckm. 4. *ἂν λέγῃ.* Alii et editi *ἐὰν λέγῃ.*

P. 477. καὶ ὅτι πιστὴν θυσίαν προςφέρει τὴν μένουσαν καὶ μὴ διαπίπτουσαν. αἱ μὲν γὰρ κατὰ νόμον προςφερόμεναι οὐκ εἶχον τὸ πιστόν, καθ' ἡμέραν παρερχόμεναι καὶ δεόμεναι πάλιν καθαρσίου, ἡ δὲ τοῦ σωτῆρος θυσία ἅπαξ [a] γενομένη τετελείωκε τὸ πᾶν καὶ πιστὴ γέγονε μένουσα διὰ παντός. καὶ Ἀαρὼν μὲν ἔσχε τοὺς διαδεχομένους, καὶ ὅλως ἡ κατὰ νόμον ἱερατεία χρόνῳ καὶ θανάτῳ παρήμειβε τοὺς προτέρους, ὁ δὲ κύριος ἀπαράβατον καὶ ἀδιάδεκτον ἔχων τὴν ἀρχιερωσύνην πιστὸς γέγονεν ἀρχιερεύς, παραμένων ἀεὶ[1]) καὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ πιστὸς [b] γενόμενος, εἰς τὸ ἐπακούειν καὶ μὴ πλανᾷν τοὺς προςερχομένους. τοῦτο δὲ πάλιν καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς [c] τοῦ μεγάλου Πέτρου μαθεῖν ἔξεστι, λέγοντος· ὥςτε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς[2]). πιστὸς γάρ ἐστιν οὐκ ἀλλασσόμενος ἀλλ' ἀεὶ διαμένων καὶ ἀποδιδοὺς ἃ ἐπηγγείλατο.

10. Ἑλλήνων μὲν οὖν οἱ λεγόμενοι παρ' αὐτοῖς ψευδώνυμοι θεοὶ οὔτε τῷ εἶναι οὔτε τῷ ἐπαγγέλλεσθαί εἰσι πιστοί· οὔτε γὰρ
P. 478. οἱ αὐτοί εἰσι πανταχοῦ, ἀλλὰ καὶ οἱ [d] κατὰ τόπους τῷ χρόνῳ διαφθείρονται καὶ περὶ ἑαυτοὺς καταῤῥέουσι. διὸ καὶ κατ' αὐτῶν ὁ λόγος βοᾷ, ὅτι πίστις οὐκ [e] ἴσχυσεν[3]) ἐν αὐτοῖς, καὶ ὕδωρ ψευδές εἰσι[4]), καὶ οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς[5]). ὁ δὲ τῶν ὅλων καὶ μόνος τῷ ὄντι ὄντως καὶ ἀληθινὸς [f] ὢν θεὸς πιστός ἐστιν, ὁ αὐτὸς ὢν καὶ λέγων· ἴδετέ με ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι[6]), καί· οὐκ ἠλλοίωμαι[7])· διὸ καὶ ὁ τούτου υἱὸς πιστός ἐστιν, ἀεὶ ὢν καὶ οὐκ ἀλλοιούμενος, οὐδὲ διαψευδόμενος οὔτε ἐν τῷ εἶναι οὔτε ἐν τῷ ἐπαγγέλλεσθαι, καθάπερ πάλιν ὁ ἀπόστολος γράφων Θεσσαλονικεῦσι μέν φησι· πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ [g] ποιήσει[8]), ἐν γὰρ τῷ ποιεῖν ἃ ἐπαγγέλλεται πιστός ἐστι λαλῶν, Ἑβραίοις δὲ περὶ τοῦ σημαίνειν τὴν λέξιν ταύτην [h] καὶ τὸ ἀναλλοίωτον οὕτως γράφει· εἰ ἀπιστήσομεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται[9]). οὐκοῦν εἰκότως ὁ ἀπόστολος τὴν σωματικὴν τοῦ λόγου παρουσίαν διηγούμενός [i] φησιν· ἀπόστολον καὶ πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, δεικνὺς ὅτι καὶ ἄνθρωπος γενόμενος Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀναλλοίωτός ἐστι. [k] καὶ ὥςπερ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ διὰ τῆς ἀρχιερωσύνης μνημονεύει γράφων [l] ὁ ἀπόστολος, οὕτω καὶ πάλιν οὐκ ἐσιώπησε μακράν, ἀλλ'

1) Hebr. 7, 24. 2) 1. Petr 4, 19. 3) Ierem. 9, 2 [3. LXX.]. 4) Ierem. 15, 18. 5) Deuter. 32, 20. 6) Deuter. 32, 39. 7) Malach. 3, 6. 8) 1. Thessal. 5, 24. 9) 2. Tim. 2, 13.

a γενομένη deest in Felckm. 4. Paulo post Seguer. Gohler. et Felckman. 1. καὶ ὅλως ἡ κατά. Seguer. ibid. τὸν νόμον. Ceteri et editi καὶ ὄντως ἡ κατὰ νόμον.

b. Seguer. γινόμενος.

c. Gohler. et Felckm. 1. τοῦ ἀποστόλου Πέτρου. Mox iidem Reg. et Seguer.

sacrificium non fluxum offert. Nam legis sacrificia nihil fidele sive P. 477.
firmum habebant, cum singulis diebus praeterirent, novaque rursus indigerent purgatione. At Salvatoris sacrificium semel peractum omnia perfecit, fideleque est factum, cum maneat perpetuo. Praeterea Aaroni fuere successores, omninoque legis sacerdotium tempore et morte interveniente priores mutabat sacerdotes. At Dominus pontificatum habet, qui nec transit nec cui succeditur; unde fidelis factus est pontifex, quia semper manet. Fit quoque promissione fidelis, cum eos, qui ad illum accedunt, exaudiat, nec fallat unquam. Id item ex Epistola beati Petri licet discere. *Itaque*, inquit, *et hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas.* Fidelis enim est, qui non mutatur, sed semper permanet, et ea reddit, quae est pollicitus.

10. Falsi autem Gentilium Dii neque quoad naturam neque quoad promissa fideles sunt. Nec enim ipsi ubique existunt, quin etiam his in locis, ubi sunt, tempore depereunt ac per se destruuntur. Hinc P. 478.
adversus illos clamat Verbum, fidem in illis non valuisse, et falsam eos esse aquam, fidemque in illis non esse. At solus et verus omnium Deus fidelis est, qui idem et est et ait: *Videte me, videte quod ego sum*, et: *non sum mutatus.* Hinc etiam eius Filius fidelis est, qui et ipse semper est nec mutatur nec naturâ nec promissis fallax est, ut iterum scribit Apostolus ad Thessalonicenses: *Fidelis est, qui vos vocat, qui et faciet.* Cum enim ea, quae promittit, efficit, fidelis est in verbis suis. Quod autem hoc vocabulum immutabilitatem significet, idem his verbis Hebraeos docet: *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.* Itaque iure merito Apostolus de corporea Verbi praesentia sermonem habens dixit: *Apostolum et qui fidelis est ei, qui fecit illum*; quibus utique verbis ostendit, Iesum Christum etiam factum hominem heri et hodie eundem esse atque in perpetuum tempus esse immutabilem. At vero quemadmodum humanae illius naturae sacerdotii nomine meminit Apostolus, sic etiam non diu de eius divinitate siluit, sed mox meminit eiusdem, quo nos ubi-

κατὰ τὸ θέλημα. Alii et editio Commel. *κατὰ θέλημα.*

d. Seguer. *κατὰ τοὺς τόπους.*

e. Basil. *ἐνίσχυσεν.*

f. Gobler. et Felckm. 1. *ὢν υἱὸς καὶ θεός.* Mox Seguer. *ἴδετέ με, ἴδετε.* Alii et editi postremum *ἴδετε* omittunt.

g. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. Alii autem et editio Commel. *ποιεῖ.*

h. Seguer. *καὶ τό.* Editi et alii *καί* omittunt. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἀρνήσασθαι ἑαυτόν.* Alii et editi *ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτόν.*

i. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *φησιν.* Editi et alii *ἔφησεν.*

k. Seguer. *ἐστι, καὶ ὥσπερ τῆς.* Editi et alii *ἐστι. διὸ καὶ ὡς περὶ τῆς.*

l. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *γράφων ὁ Παῦλος, οὕτω πάλιν.* Paulo post iidem pro *ἔνθα* habent *ἐνταῦθα.*

P.479. οὐσίαν τοῦ λόγου ἀλλὰ τὸ ἄνθρωπον αὐτὸν γεγενῆσθαι σημαίνει. τοιαύτην ἔχει διάνοιαν καὶ τὸ ἐν ταῖς πράξεσι παρ' αὐτῶν πάλιν προφερόμενον ῥητὸν [a]τοῦ Πέτρου λέγοντος· ὅτι [b]κύριον καὶ Χριστὸν ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε[1]). οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐνταῦθα γέγραπται· ἐποίησεν ἑαυτῷ υἱὸν ἢ ἐποίησεν ἑαυτῷ λόγον, ἵνα καὶ τοιαῦτα φαντασθῶσιν. εἰ μὲν οὖν μὴ ἐπελάθοντο, ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ λαλοῦσιν, ἐρευνησάτωσαν εἴπου γέγραπται· ἐποίησεν [c]ἑαυτῷ υἱὸν ὁ θεὸς ἢ ἔκτισεν ἑαυτῷ λόγον, ἢ πάλιν, εἴπου γέγραπται φανερῶς· ποίημά ἐστιν ἢ κτίσμα ὁ λόγος, καὶ τότε προφασιζέσθωσαν, ἵνα καὶ οὕτως ἐλεγχθῶσιν [d]οἱ ἀνόητοι· εἰ δὲ μηδέν τι τοιοῦτον εὑρίσκουσι, μόνον δὲ εἴπου γέγραπται ἐποίησε καὶ πεποίηται θηρεύουσι, φοβοῦμαι μὴ κατ' ὀλίγον ἀκούοντες· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν[2]) καὶ ἐποίησε τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ ἐποίησε τὴν θάλασσαν, εἴπωσιν αὐτὸν εἶναι τὸν οὐρανόν, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ γενόμενον φῶς, καὶ αὐτὸν εἶναι τὴν γῆν καὶ ἕκαστον τῶν ποιηθέντων, ἵνα λοιπὸν ὁμοιωθῶσι [e]καὶ τοῖς λεγομένοις Στωϊκοῖς, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν ἐξαπλοῦσιν εἰς τὰ πάντα, οὗτοι δὲ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον εἰς ἕκαστον τῶν [f]ποιημάτων συντάττουσιν· εἰ καὶ φθάσαντες εἰρήκασι τὰ ὅμοια, λέγοντες ἕνα τῶν ποιημάτων αὐτὸν εἶναι.

12. Ἀλλὰ πάλιν ἀκουέτωσαν [g]τὰ αὐτά, καὶ μανθανέτωσαν πρῶτον, ὅτι υἱός ἐστιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ οὐ ποίημα ὁ λόγος, καὶ οὐ δεῖ τὰς τοιαύτας λέξεις εἰς τὴν θεότητα P.480. αὐτοῦ λαμβάνειν, ἀλλ' ἐρευνᾶν διατί καὶ πῶς [h]ταῦτα γέγραπται, καὶ πάντως ἀπαντήσει τοῖς ζητοῦσιν ἡ ἀνθρωπίνη οἰκονομία, ἣν δι' ἡμᾶς ἀνεδέξατο. καὶ γὰρ καὶ ὁ Πέτρος εἰρηκώς· κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἐποίησεν, εὐθὺς ἐπήγαγε· τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε[3]), καὶ πᾶσι γέγονε φανερόν, γένοιτο δ' ἂν καὶ τούτοις, ἐὰν [i]τὴν ἀκολουθίαν τηρήσωσιν, ὅτι οὐ τὴν οὐσίαν τοῦ λόγου, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτὸν πεποιῆσθαι ἔλεγε. τί γάρ ἐστι τὸ σταυρούμενον ἢ τὸ σῶμα; τὸ δὲ σωματικὸν τοῦ λόγου πῶς εἶχε σημᾶναι, ἢ διὰ τοῦ εἰπεῖν ἐποίησεν; ἄλλως τε καὶ τὸ λεγόμενον ἐνταῦθα ἐποίησεν ὀρθὴν ἔχει τὴν διάνοιαν. οὐ γὰρ εἴρηκε, καθὰ προεῖπον, ἐποίησεν αὐτὸν λόγον, ἀλλὰ κύριον αὐτόν,

1) Actor. 2, 36. 2) Genes. 1, 1. 3) Actor. 2, 36.

a. Anglic. ῥητὸν Πέτρου. Ibidem λέγοντος deest in Gohler. et Felckm. 1.
b. Segner. ὅτι καὶ κύριον. Idem ibid. et Reg. ἐποίησε ταῦτον. At in aliis et editis deest ταῦτον. Mox Segner. Gohler. Felckm. 1. et 4. ἐποίησεν ἑαυτῷ υἱόν, ἢ ἐποίησεν ἑαυτῷ λόγον. Reg. ἐποίησεν αὐτὸν υἱόν, ἢ ἐποίησεν λόγον. Editio Commel. ἐποίησεν αὐτῷ υἱόν, ἢ ἐποίησεν αὐτῷ λόγον.

c. Felckm. 5. hic et mox αὐτῷ.

ditionis propria sunt, eaque et similia non naturam Verbi significant, P. 479.
sed eum hominem factum esse demonstrant. Eodem similiter modo intelligendus est locus ille Actuum, quem illi quoque obiiciunt, ubi scilicet Petrus ait: *Quia et Dominum et Christum fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis.* Nec enim hic scriptum est: Fecit sibi ipsi filium vel fecit sibi ipsi Verbum, ut ista comminiscerentur. Si igitur obliti non sunt, se de Dei Filio loqui, scrutentur num alicubi scriptum sit: sibi ipsi filium fecit Deus vel sibi ipsi Verbum creavit, vel an uspiam aperte dictum sit: Verbum res est facta ac creata; idque tunc obiiciant, ut etiam hac ex parte stulti confutentur. Quod si nihil huiusmodi reperiunt, sed tantum sedulo observant sicubi scriptum est *fecit* et *factus est*, vereor ne audientes: *In principio fecit Deus caelum et terram* et fecit solem et lunam et fecit mare, eo sensim veniant, ut dicant eum esse caelum et lucem, quae prima die facta est, terramque et singulas res factas, ut iam scilicet his, quos Stoicos vocant, similes habeantur. Stoici enim ipsum Deum in omnia extendunt, illi autem Dei Verbum collocant in singulis rebus factis; quamquam similia iam propugnarunt, cum ipsum contenderint unam ex rebus factis esse.

12. Verum iterum eadem audiant, ac primum discant, Filium ipsum esse, ut supra dictum est, nec Verbum rem factam esse, nec illa loca de eius divinitate esse intelligenda, sed expendendum, qua de causa quove modo scripta fuerint; quod si quis exquirat, ea de hu- P. 480.
mana dispensatione, quam nostri causa suscepit, dicta esse reperiet. Hinc enim cum Petrus dixisset: *Dominum et Christum eum fecit,* continuo addidit: *hunc Iesum, quem vos crucifixistis*; ex quibus profecto nemini non est manifestum, idque et istis patebit, modo velint sermonis contextum observare, his Petri verbis indicari non quidem naturam Verbi, sed ipsum secundum naturam humanam factum esse. Quid enim crucifixum est praeter corpus? qui vero id, quod Verbi corporeum est, potuit aptius significare quam vocabulo *fecit*? quamquam haec ipsa dictio *fecit* rectam hic obtinet significationem. Nec

d. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἐλεγχθῶσιν ἀνόητοι.*

e. *καί* deest in Seguer. Ibid. Felckm. 2. *ἀπὸ τὸν θεόν.* Reg. et editio Comm. *ἀπὸ τῶν θεῶν.* Alii *αὐτὸν τὸν θεόν.*

f. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. et 4. At alii et editi *ποιηθέντων.*

g. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. quae et Nannius legit. Editi vero et alii omittunt *τὰ αὐτὰ καὶ μανθανέτωσαν.* Mox Segn. Gobl. et Felckm. 1. et 4. *εἴρηται.* Anglic. *εἴπομεν.* Ceteri et editi *εἴπαμεν.*

h. *ταῦτα* abest a Seguer.

i. Seguer. *ἐὰν καὶ τήν.* Ibid. Reg. et Felckm. 5. *ἀκολουθίαν φυλάξωσιν.* Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *κατὰ τὸ ἀνθρώπινον.* Alii et editio Comm. *κατὰ τὸν ἄνθρωπον.*

P. 480. [a]καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς καὶ ἐν μέσῳ ὑμῶν ἐποίησεν, ἴσον τῷ εἰπεῖν ἀπέδειξε. καὶ τοῦτο [b]αὐτὸς ὁ Πέτρος, ἀρχόμενος τῆς τοιαύτης ἀρχιδιδασκαλίας, μετὰ παρατηρήσεως ἐσήμανεν, ἡνίκα πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον [c]εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς αὐτοὶ οἴδατε[1]). τὸ ἄρα πρὸς τῷ τέλει λεγόμενον ἐποίησε, τοῦτο ἐν τῇ ἀρχῇ εἴρηκεν ἀπέδειξεν· ἀπὸ γὰρ τῶν σημείων καὶ ὧν [d]ἐποίει θαυμασίων ὁ κύριος ἀπεδείχθη οὐχ ἁπλῶς ἄνθρωπος, ἀλλὰ θεὸς ὢν ἐν σώματι καὶ κύριος [e]αὐτὸς ὢν ὁ Χριστός. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λεγόμενον παρὰ τοῦ Ἰωάννου· διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐδίωκον αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν θεόν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ[2]). οὐ γὰρ ἔπλαττεν ἑαυτὸν ὁ κύριος τότε θεόν, [f]οὐδὲ γὰρ ὅλως ἔνι ποιούμενος θεός, ἀλλὰ ἀπεδείκνυε διὰ τῶν ἔργων λέγων· κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις [g]μου πιστεύετε, ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[3]). οὕτως τοίνυν κύριον καὶ βασιλέα αὐτὸν πεποίηκεν ὁ πατὴρ ἐν μέσῳ [h]ἡμῶν καὶ εἰς ἡμᾶς τοὺς πρότερον ἀπειθοῦντας, καὶ δῆλόν ἐστιν ὡς ὁ νῦν κύριος καὶ βασιλεὺς ἀναδεικνύμενος οὐκ ἀρχὴν ἔχει τοῦ γενέσθαι τότε βασιλεὺς καὶ κύριος, ἀλλ' ἀρχὴν ἔχει τοῦ τὴν κυριότητα ἑαυτοῦ δεικνύειν καὶ ἐκτείνειν καὶ πρὸς τοὺς ἀπειθήσαντας.

13. Εἰ μὲν οὖν νομίζουσιν ὅτι καὶ [i]πρὶν γένηται ἄνθρωπος καὶ σταυρὸν ὑπομείνῃ οὐκ ἦν κύριος καὶ βασιλεὺς ὁ σωτήρ, ἀλλὰ τότε ἀρχὴν [k]ἔσχε τοῦ εἶναι κύριος, γνώτωσαν ὅτι τὰ τοῦ Σαμοσατέως ἐκ φανεροῦ πάλιν φθέγγονται ῥήματα. εἰ δέ, ὥσπερ ἀνέγνωμεν
P. 481. καὶ προείπομεν ἐν τοῖς προτέροις, [l]κύριος καὶ βασιλεύς ἐστιν ἀΐδιος, τοῦ μὲν Ἀβραὰμ κύριον αὐτὸν προσκυνοῦντος, τοῦ δὲ Μωσέως λέγοντος· καὶ κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ[4]), καὶ τοῦ Δαβὶδ ψάλλοντος· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου[5]), [m]καί· ὁ θρόνος σου, ὁ θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος

1) Act. 2, 22. 2) Ioan. 5, 16. 18. 3) Ioan. 10, 38. 4) Genes. 19, 24. 5) Psal. 110 [109. LXX.], 1.

a. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *καί* omittunt. Ibidem Gobler. et Felckm. 1. *ἀλλ' εἰς ἡμᾶς καὶ ἐν μέσῳ ἡμῶν.* Alii et editio Commel. *ὑμᾶς* et *ὑμῶν* habent.
b. Reg. Gobler. et Felckman. 1. *τοῦτο αὐτό.* Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἀρχιδιδασκαλίας*, ut et Nannius legit. Alii et editi *διδασκαλίας*.

c. Gobler. et Felckm. 1. *εἰς ἡμᾶς.* Alii et editi *εἰς ὑμᾶς.*

d. Seguer. et Reg. *ἐποίησε.* Alii et editi *ἐποίει.*

e. Seguer. *κύριος καὶ αὐτός.*

f. Seguer. et Felckm. 7. *οὐδὲ γὰρ ὅλως.* Alii et editi *οὐδὲ ὅλως.*

enim dixit, ut supra annotavimus, fecit eum Verbum, sed *Dominum* P.480. *eum*, neque id tantum, sed *apud vos* et *in medio vestri fecit*, quod idem est ac *ostendit*. Sane id Petrus ipse primariam hancce doctrinam promulgare incipiens verbis huiusmodi annotavit: *Viri Israëlitae, audite verba haec: Iesum Nazarenum, virum, quem Deus apud vos ostendit virtutibus, prodigiis et signis, quae Deus per illum fecit in medio vestri, sicut ipsi scitis.* Itaque quod in fine ait *fecit*, idem initio vocabulo *ostendit* dixerat. Namque ex signis et miraculis, quae edidit Dominus, ostensus est non simplex homo, sed Deus esse in corpore et Dominus ac Christus. Simile quoque est, quod a Ioanne in Evangelio dicitur: *Idcirco ergo eum Iudaei magis persequebantur, non tantum quod solvebat sabbatum, sed et patrem proprium dicebat Deum, aequalem se faciens Deo.* Nec enim tunc Dominus se ipse Deum finxit, cum Deus omnino fieri non queat, sed se Deum esse operibus ostendebat, uti ipse ait: *Si mihi non creditis, saltem operibus credite, ut cognoscatis, quia ego in Patre et Pater in me est.* Sic ergo Dominum et Regem eum fecit Pater in medio nostri et apud nos, qui prius non credebamus. Unde etiam perspicuum est, eum, qui eo tempore Dominus ac Rex esse ostendebatur, non tunc incoepisse Regem et Dominum fieri, sed coepisse dominatum ostendere suum atque etiam apud eos propagare, qui antea non credebant.

13. Si igitur existimant, Salvatorem Dominum et Regem non fuisse, antequam fieret homo et crucis supplicium subiret, sed tunc tantum Dominum esse coepisse; noverint, se eadem quae Samosatensis aperte proferre. Sin autem, ut vidimus supraque ostendimus, P.481. Dominus et Rex est aeternus, quippe cum Abraham eum tanquam Dominum adoret, et Moyses dicat: *Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino*, et David canat: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis*, et *Thronus tuus, Deus,*

g. *μου* abest a Seguer. et Felckm. 4.

h. Gobler. et Felckm. 1. *ἡμῶν*. Felckm. 4. *αὐτῶν*. Ibidem Seguer. et Felckm. 4. *εἰς ἡμᾶς*. Alii et editio Commel. *ὑμῶν* et *εἰς ὑμᾶς*. Mox Seguer. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ὃ καὶ δῆλον*. In aliis et editis *ὃ* deest. Ibidem Seguer. Gobl. Felckm. 1. et 4. *ὡς ὁ νῦν*. Alii et editio Commel. *ὡς νῦν*.

i. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *πρὶν γένηται*. Alii et editi *πρὸ τοῦ γένηται*. Mox Seguer. *ὑπομείνει*. Felckm. 5. et Reg. *ὑπομεῖναι*. Editi et alii *ὑπομείνῃ*.

k. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *εἶχε*. Ceteri et editio Commel. *ἔσχε*. Mox Seguer. et Reg. *τὰ τοῦ Σαμοσατέως*. Editi et alii *τά* omittunt.

l. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *κύριος βασιλεύς*. Iidem mox omittunt *τοῦ δὲ Μωσέως λέγοντος*.

m. Felckm. 2. et editi addunt *ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου*, quae in aliis desunt. Mox Seguer. *εἰς αἰῶνα αἰῶνος*.

P. 481. ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου[1]), [a] καὶ· ἡ βασιλεία σου βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων[2])· δῆλόν ἐστιν ὡς καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπος βασιλεὺς καὶ κύριος ἦν ἀΐδιος, εἰκὼν καὶ λόγος τοῦ πατρὸς ὑπάρχων. ἀϊδίου δὲ ὄντος τοῦ λόγου κυρίου καὶ βασιλέως, πρόδηλον πάλιν ὅτι οὐ τὴν οὐσίαν τοῦ υἱοῦ πεποιῆσθαι ἔλεγεν ὁ Πέτρος, ἀλλὰ τὴν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ κυριότητα γενομένην, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τῷ σταυρῷ πάντας λυτρωσάμενος πάντων γέγονε κύριος καὶ βασιλεύς. ἐὰν δὲ διὰ τὸ γεγράφθαι ἐποίησε φιλονεικῶσι, μὴ θέλοντες ἴσον εἰρῆσθαι τὸ ἐποίησε τῷ ἀπέδειξεν, [b] ἢ μὴ νοοῦντες ἢ διὰ τὴν χριστομάχον αὐτῶν προαίρεσιν, ἀκουέτωσαν ὅτι καὶ οὕτως ὀρθὴν ἔχει διάνοιαν τὰ τοῦ Πέτρου ῥήματα. ὁ γὰρ γινόμενός τινων κύριος τοὺς ἤδη ὄντας κτᾶται [c] ὑφ' ἑαυτόν· εἰ δὲ ὁ κύριος δημιουργός ἐστι πάντων καὶ βασιλεὺς ἀΐδιος, [d] ὅτε δὲ γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ ἡμᾶς ἐκτήσατο· δῆλον ἂν εἴη καὶ κατὰ τοῦτο, ὡς τὸ παρὰ τοῦ Πέτρου λεγόμενον οὐδ' οὕτως ποίημα σημαίνει τὴν οὐσίαν τοῦ λόγου, ἀλλὰ τὴν μετὰ ταῦτα τῶν πάντων ὑποταγὴν καὶ τὴν εἰς πάντας γενομένην τοῦ σωτῆρος κυριότητα, καὶ ἔστιν ὅμοιον τοῦτο τοῖς ἔμπροσθεν. ὥςπερ γὰρ ἐκεῖ [e] παρετιθέμεθα τὰ ῥητά, τὸ γενοῦ μοι εἰς θεὸν ὑπερασπιστήν[3]) καὶ τὸ ἐγένετο κύριος καταφυγὴ τῷ πένητι[4]), καὶ ἐδείκνυεν ὁ λόγος, ὅτι μὴ ταῦτα [f] γενητὸν δείκνυσι τὸν θεόν, ἀλλὰ τὴν εἰς ἕκαστον γινομένην εὐεργεσίαν παρ' αὐτοῦ· οὕτω καὶ τὸ τοῦ Πέτρου ῥητὸν τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν.

14. Λόγος μὲν γὰρ ὢν αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς κύριός ἐστι τοῦ παντός. ἡμεῖς δὲ τὸ πρὶν ἦμεν ὑπεύθυνοι ἐξ ἀρχῆς μὲν τῇ δουλείᾳ τῆς φθορᾶς καὶ τῇ κατάρᾳ τοῦ νόμου, [g] ἔπειτα δὲ καὶ κατ' ὀλίγον ἑαυτοῖς ἀναπλάσαντες τὰ μὴ ὄντα ἐδουλεύομεν, ὡς εἶπεν ὁ μακάριος ἀπόστολος[5]), τοῖς [h] φύσει μὴ οὖσι θεοῖς, καὶ τὸν μὲν ἀληθινὸν θεὸν ἠγνοοῦμεν, τὰ δὲ μὴ ὄντα προετιμῶμεν τῆς ἀληθείας· ἀλλ' ὕστερον, ὥςπερ ὁ [i] πάλαι λαὸς ἐν Αἰγύπτῳ βαρούμενος ἐστέναξεν, οὕτως καὶ ἡμῶν ἐχόντων τὸν ἔμφυτον νόμον [k] καὶ κατὰ τοὺς ἀλαλήτους στεναγμοὺς τοῦ πνεύματος ἐντυγχανόντων[6]) καὶ λεγόντων· κύριε, ὁ θεὸς ἡμῶν, [l] κτῆσαι ἡμᾶς[7]), γέγονεν ὥςπερ

1) Psal. 45 [44. LXX.], 8. 2) Psal. 145 [144. LXX.], 13. 3) Psal. 31. [30. LXX.], 3. 4) Psal. 9, 10. 5) Rom. 1, 25. 6) Rom. 8, 26. 7) Esa. 26, 13.

a. Sic Seguerian. Reg. Basil. Goblerian. Felckm. 1. 4. et 5. Editi vero aliique βασιλείας σου, βασιλεία πάντων. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. πρὶν γένηται. Felckm. 4. πρὸ τοῦ γένηται. Alii et editi πρὸ τοῦ γενέσθαι.

b. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. ἢ μὴ νοοῦντες, ἢ διὰ τήν etc. Alii et editi ἢ καὶ μὴ νοοῦντες, ἢ καὶ διά. Mox Felckm. 5. αὐτῶν αἵρεσιν.

c. Gobler. et Felckm. 1. εἰς ἑαυτόν. Ibidem εἰ δέ abest a Felckm. 5., qui habet καὶ δημιουργός.

d. Seguer. Gobler. et Felckman. 1. ὅτε ἐγένετο ἄνθρωπος. Mox Seguer. Basil.

in saeculum saeculi, virga aequitatis virga regni tui, et *Regnum tuum* P. 481. *regnum omnium saeculorum*; liquet sane, eum prius etiam quam homo fieret, Regem et Dominum aeternum fuisse, ut pote qui sit imago et Verbum Patris. Cum igitur Verbum aeternus fuerit Dominus et Rex, manifestum profecto est, Petrum non dixisse, naturam Filii fuisse factam, sed eius in nos dominatum factum fuisse, quando factus homo est et omnibus cruce redemtis omnium Dominus et Rex est factus. Sin vero propterea, quod scriptum est *fecit*, instent pertinaciter, nec idem hic esse velint *fecit* ac *ostendit*, vel quia non intelligunt, vel quia adversus Christum dimicare statuerunt; audiant, etiam hoc modo Petri verba recte posse explicari. Nam qui aliquorum fit dominus, eos, qui iam existunt, in suam recipit ditionem. Sed si Dominus omnium est creator rexque sempiternus, cumque factus homo est, tunc etiam nos possedit; clarum utique fuerit nec etiam hoc pacto illis Petri verbis significari, factam esse Verbi naturam, sed omnia posthac ei fuisse subiecta, ac Salvatoris dominatum apud omnes factum fuisse, quod sane simile est his, quae supra tractata sunt. Ut enim ibi in medium attulimus haec verba: *Fias mihi in Deum protectorem,* et *Factus est Dominus refugium pauperi,* ostendimusque, his non doceri Deum factum esse, sed gratiam ab eo in singulos collatam indicari; ita eadem est verborum Petri significatio.

14. Verbum enim cum sit ipse Dei Filius, omnium est dominus; nos autem, antequam essemus, servituti corruptionis et legis maledictioni obnoxii ab initio tenebamur, deinde cum paulatim ea, quae non essent, nobis ipsi effinxissemus, his qui naturâ dii non erant, ut docet beatus Apostolus, servivimus verique Dei ignari ea, quae nulla erant, veritati anteposuimus. Postea vero, ut vetus ille populus in Aegypto oppressus ingemiscebat, ita cum nos naturali ornati lege inenarrabiles Spiritûs gemitus edebamus aiebamusque: *Domine Deus noster, posside nos,* quemadmodum factus est in domum refugii et in

Anglican. et Felckm. 5. ὡς τὸ παρὰ τοῦ Πέτρου. Reg. ὡς τὸ κατὰ τοῦ Πέτρου. Alii et editi ὡς τὸ ἐπὶ τοῦ Πέτρου.

e. Basil. παρατιθέμεθα. Alii et editio Commel. παρετιθέμεθα. Ibidem Seguer. et Felckm. 4. τὰ ῥητά. Alii et editi τὰ ῥήματα. Item ibidem Seguer, εἰς θεὸν ὑπερασπιστήν. Felckm. 4. εἰς θεὸν γεννητόν. Editi et alii εἰς θεόν tantum. Ibid. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. καὶ ἐγένετο. Ceteri et editi καὶ τὸ ἐγένετο.

f. Felckm. 4. γεννητόν. Alii et editio Commel. γενητόν.

g. Seguer. ἔπειτα δὲ καί. Alii et editi καί omittunt.

h. φύσει abest à Basil. Mox Seguer. καὶ τὸν ἀληθινόν.

i. Seguer. ὁ παλαιός. Mox Felckm. 4. ἐστέναζεν.

k. Seguer. νόμον κατὰ τούς. Ceteri et editi νόμον καὶ κατὰ τούς.

l. Felckm. 4. κτίσαι.

p. 482. εἰς οἶκον καταφυγῆς καὶ εἰς θεὸν ὑπερασπιστήν, οὕτως καὶ κύριος ἡμῶν γέγονε. καὶ οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι αὐτὸς ἔσχεν τότε, ἀλλ' ἡμεῖς ἀρχὴν ἔσχομεν [a]τοῦ εἶναι αὐτὸν κύριον ἡμῶν. λοιπὸν γὰρ ἀγαθὸς ὢν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ὢν τοῦ κυρίου, ἐλεήσας καὶ θέλων [b]πᾶσι γνωσθῆναι, ποιεῖ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἐνδύσασθαι σῶμα ἀνθρώπινον καὶ γενέσθαι ἄνθρωπον, κληθῆναί τε αὐτὸν [c]Ἰησοῦν, ἵν' ἐν τούτῳ ἑαυτὸν προσενέγκας ὑπὲρ πάντων τοὺς πάντας ἐλευθερώσῃ [d]ἀπὸ τῆς θεοπλανησίας καὶ τῆς φθορᾶς, καὶ πάντων γένηται κύριος καὶ βασιλεὺς αὐτός. τὸ [e]δὴ οὖν γενέσθαι αὐτὸν οὕτως κύριον καὶ βασιλέα, τοῦτό ἐστιν ὃ ἔλεγεν ὁ Πέτρος· ἐποίησεν αὐτὸν κύριον καὶ Χριστὸν ἀπέστειλεν[1]), ἴσον τῷ εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ποιήσας ὁ πατήρ, ἴδιον γὰρ ἀνθρώπων τὸ ποιεῖσθαι, οὐχ ἁπλῶς [f]δὲ ἐποίησεν ἄνθρωπον, ἀλλ' εἰς τὸ κυριεῦσαι πάντων αὐτὸν καὶ ἁγιάζειν πάντας διὰ τοῦ χρίσματος πεποίηκεν. εἰ γὰρ καὶ δούλου μορφὴν ἔλαβεν ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων λόγος, ἀλλ' ἡ πρόςληψις τῆς σαρκὸς οὐκ [g]ἐδούλου τὸν λόγον φύσει κύριον ὄντα, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλευθέρωσις μὲν ἦν ἡ γινομένη παρὰ τοῦ λόγου πάσης τῆς ἀνθρωπότητος, αὐτὸς δὲ ὁ φύσει [h]κύριος λόγος καὶ ἄνθρωπος ποιηθεὶς διὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς κύριος πάντων καὶ Χριστὸς τουτέστιν εἰς τὸ ἁγιάζειν τῷ πνεύματι πάντας πεποίηται. καὶ ὥςπερ ὁ θεός, γινόμενος εἰς θεὸν ὑπερασπιστὴν καὶ λέγων· ἔσομαι αὐτοῖς θεός[2]), οὐ μᾶλλον τότε γίνεται θεός, οὐδὲ [i]τότε ἀρχὴν ἔχει τοῦ γίνεσθαι θεός, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀεί, τοῦτο καὶ τοῖς δεομένοις γίνεται, ὅταν αὐτῷ δοκῇ· οὕτω [k]καὶ ὁ Χριστός, φύσει κύριος καὶ βασιλεὺς ἀΐδιος ὤν, οὐχ ὅτε ἀποστέλλεται μᾶλλον γίνεται κύριος, οὐδὲ τότε ἀρχὴν λαμβάνει τοῦ εἶναι κύριος καὶ βασιλεύς, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀεί, τοῦτο καὶ [l]τότε κατὰ σάρκα πεποίηται, καὶ λυτρωσάμενος πάντας γίνεται καὶ οὕτως ζώντων καὶ νεκρῶν κύριος· αὐτῷ γὰρ λοιπὸν τὰ πάντα δουλεύει, καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ [m]ψάλλει καὶ ὁ Δαβίδ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου[3]). οὐ γὰρ ἔπρεπε δι' ἑτέρου τὴν λύτρωσιν γενέσθαι, [n]ἀλλὰ διὰ τοῦ φύσει κυρίου, ἵνα μὴ διὰ υἱοῦ μὲν κτιζώμεθα, ἄλλον δὲ κύριον ὀνομάζωμεν, καὶ πέσωμεν εἰς τὴν Ἀρειανὴν καὶ τὴν Ἑλ-

1) Act. 2, 36. 2) Ezech. 37, 27. 3) Psal. 110 [109. LXX.], 1.

a. Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. 4. et 5. τοῦ εἶναι. Editi et alii τῷ εἶναι.
b. Seguer. καὶ θέλων καὶ πᾶσι.
c. Sic Reg. Felckm. 4. et 5. At editi et alii υἱόν.
d. Seguerian. ἀπό τε τῆς θεοπλασίας. Felckm. 4. item θεοπλασίας. Mox Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. κύριος καὶ βασιλεύς. Editi et alii κύριος καὶ θεός, βασιλεύς.
e. δή abest a Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. Ibid. mss. οὕτως κύριον, prae-

Deum protectorem, sic et ipse dominus noster est factus. Nec ille P. 462. tunc esse coepit, sed nos eum dominum habere incoepimus. Nam Deus, qui bonus est et Pater Domini, misericordia motus volensque notus omnibus fieri, fecit, ut suus Filius corpus humanum indueret homoque fieret et vocaretur Iesus, ut in eo corpore pro omnibus se offerens omnes idolatria et corruptione liberaret ac omnium dominus et rex fieret. Eum ergo hac ratione dominum et regem factum esse, id ipsum est quod Petrus ait: *Fecit eum dominum et Christum misit,* quod idem est ac si diceret, Patrem eum fecisse hominem. Fieri enim proprium est hominum. Nec vero eum solummodo fecit hominem, sed ut in omnes dominaretur eosque unctione sanctos redderet. Nam etsi Verbum in forma Dei existens servi formam accepit, carnis tamen assumtio Verbum, qui dominus naturâ erat, servum non effecit, sed universam potius hominum naturam ipsum Verbum liberavit, quod Verbum, qui natura Dominus erat, etiam factus homo per servi formam omnium factus est dominus et Christus, id est, ut omnes per Spiritum sanctificaret. Atque ut Deus, factus in Deum protectorem et dicens: *Ero illis Deus,* non tunc magis fit Deus vel fieri incipit, sed quod semper est, id etiam fit indigentibus, cum ipsi placuerit; ita quoque Christus, qui natura dominus et rex sempiternus est, non magis fit dominus tum cum mittitur, neque dominus et rex esse tunc incipit, sed quod semper est, hoc ipsum tunc etiam secundum carnem factus est, omnibusque redemptis fit quoque hoc modo viventium et mortuorum dominus. Iam enim inde omnia ipsi serviunt, idque ipsum est, quod canit David: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Neque enim decebat per alium redemtionem fieri, quam per eum, qui natura dominus erat, ne per filium creati alium appellaremus Dominum, at-

ter Felckm. 2., in quo ut et in editis deest *οὕτως*. Mox Seguer. *τουτέστιν*. Ibidem Anglican. *τὸ ἔλεγεν*. Item Seguer. ibid. Gobler. et Felckm. 1. et 4. *ἔλεγεν Πέτρος*.

f. Seguerian. Reg. et Felckman. 4. *δέ* omittunt.

g. Felckman. 4. *ἐδήλου*. Paulo post Seguer. *ην γινομένη*. Ibidem Göbler. et Felckm. 1. *περὶ τοῦ λόγου*.

h. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *κύριος λόγος*, ut et Nannius legit. In aliis et editis deest *λόγος*. Ibidem *καί* omittunt Gobler. et Felckm. 1.

i. Sic Seguer. Reg. et Felckm. 4. At Gobler. et Felckm. 1. *τότε γίνεται θεός, ἀλλ' ὅπερ* etc. omissis intermediis. Alii et editi post *γίνεσθαι* omittunt *θεός*. Ibid. Felckm. 4. *καὶ τοῖς ἀνθρώποις γίνεται δεομένοις*.

k. Seguer. Reg. Felckm. 4. et 5. *καὶ ὁ χριστός*. Alii et editi *καὶ χριστός*.

l. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *καὶ ὅτε κατὰ σάρκα πεποίηται, λυτρωσάμενος*.

m. Seguer. et Felckm. 4. *ψάλλει καὶ ὁ Δαβίδ*. Alii et editi *ψάλλει Δαβίδ*.

n. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ φύσει κυρίου, ἵνα διὰ υἱοῦ μέν* etc.

p. 482. ληνικὴν ἀφροσύνην, [a]κτίσει δουλεύοντες παρὰ τὸν κτίσαντα τὰ
πάντα θεόν[1]).

15. *Αὕτη τοῦ ῥητοῦ κατά γε τὴν ἐμὴν οὐθενείαν ἡ διάνοια.*
καὶ γὰρ ἀληθῆ καὶ χρηστὴν ἔχει τὴν αἰτίαν τὰ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους
τοιαῦτα ῥήματα τοῦ Πέτρου. Ἰουδαῖοι [b]γὰρ πλανηθέντες ἀπὸ τῆς
p. 483. ἀληθείας προσδοκῶσι μὲν ἐρχόμενον τὸν Χριστόν, οὐχ ἡγοῦνται
δὲ αὐτὸν καὶ πάθος ἀναδέχεσθαι, λέγοντες ὅπερ οὐ νοοῦσιν· ἡμεῖς
οἴδαμεν, ὅτι ὅταν ἔλθῃ ὁ Χριστός, μένει εἰς τὸν αἰῶνα· [c]καὶ πῶς
σὺ λέγεις ὅτι δεῖ αὐτὸν ὑψωθῆναι[2]); ἔπειτα οὐ λόγον γινόμενον
ἐν σαρκί, ἀλλὰ ψιλὸν αὐτὸν ἄνθρωπον γίνεσθαι, ὡς πάντες γεγό-
νασιν οἱ βασιλεῖς, ὑπολαμβάνουσιν. ὁ μὲν οὖν κύριος [d]τοὺς περὶ
Κλεόπαν ἐντρέπων ἐδίδασκεν, ὅτι τὸν Χριστὸν δεῖ πρῶτον πα-
θεῖν[3]), καὶ τοὺς ἄλλους δὲ Ἰουδαίους, ὅτι θεὸν ἐπιδημῆσαι, λέγων·
εἰ ἐκείνους εἶπε θεούς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο, καὶ
οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή· ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ [e]ἀπέστειλεν
εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, υἱὸς τοῦ
θεοῦ εἰμι[4]).

16. Ὁ τοίνυν Πέτρος μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ σωτῆρος κατ᾽
ἀμφότερα διορθούμενους τοὺς Ἰουδαίους φησίν· ὦ Ἰουδαῖοι, [f]τὸν
Χριστὸν καταγγέλλουσιν ἔρχεσθαι αἱ θεῖαι γραφαί, καὶ ὑμεῖς μὲν
ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν ἐκ τοῦ Δαβὶδ νομίζετε, τὰ δὲ
γεγραμμένα περὶ αὐτοῦ οὐ τοιοῦτον αὐτόν, οἷον ὑμεῖς λέγετε, ση-
μαίνουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον κύριον καὶ θεὸν καὶ ἀθάνατον καὶ χορηγὸν
ζωῆς καταγγέλλουσιν. ὁ μὲν γὰρ Μωσῆς εἴρηκεν· ὄψεσθε τὴν ζωὴν
ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν[5]), [g]ὁ δὲ Δαβὶδ
ἐν μὲν τῷ ἑκατοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου,
κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον
τῶν ποδῶν σου[6]), ἐν δὲ τῷ [h]πεντεκαιδεκάτῳ· οὐκ ἐγκαταλείψεις
τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθο-
ράν[7]). ὅτι μὲν οὖν οὐκ εἰς τὸν Δαβὶδ φθάνει τὰ τοιαῦτα [i]ῥητά,
αὐτὸς μὲν μαρτυρεῖ κύριον ἑαυτοῦ φάσκων εἶναι τὸν ἐρχόμενον,
συνορᾶτε [k]δὲ καὶ ὑμεῖς, ὅτι ἀπέθανε καὶ τὰ λείψανα αὐτοῦ παρ᾽
ὑμῖν ἐστιν. ὅτι δὲ τὸν Χριστὸν τοιοῦτον εἶναι δεῖ, οἷον αὐτὸν

1) Rom 1, 25. 2) Ioan. 12, 34. 3) Luc. 24, 26. 4) Ioan. 10, 35. 36. 5) Deuter. 28, 66. 6) Psal. 110 [109. LXX.], 1. 7) Psal. 16 [15. LXX.], 10.

a. Seguerian. τῇ κτίσει λατρεύοντες. Alii et editi κτίσει δουλεύοντες. Paulo post Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. κατά γε τὴν ἐμὴν οὐθενείαν, ut et videtur legisse Nannius, qui vertit *pro mea imbecillitate*. Editi et alii κατά γε τὴν ἐμὴν νουθεσίαν. Ibidem Goblerian. et Felckm. 1. καὶ ἀληθῆ.

b. Seguer. γάρ omittit.

c. καί deest in Seguer. et Felckm. 4.

d. Seguer. τοὺς περὶ τὸν Κλεόπαν.

e. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. et

que in Arianorum et Gentilium delaberemur dementiam, rebus creatis P. 482. potius quam Deo omnium creatori servientes.

15. Hic est, ut pro meà quidem tenuitate iudico, huius loci sensus. Non enim absque vera et recta causa haec ad Iudaeos dixit Petrus. Nimirum Iudaei a veritate deerrantes Christum expectant venturum, nec eum passurum arbitrantur, aientes quod minime intelligunt: P. 483. *Nos scimus Christum cum venerit in aeternum permansurum, et quomodo tu dicis ipsum extolli oportere?* Deinde non putant Verbum in carne nasci, sed purum eum hominem esse, quales omnes fuere Reges. Hinc Dominus, ut Cleopham eiusque socium convinceret, eos docebat Christum primum pati oportuisse. Ceteros item confutavit Iudaeos, Deum advenisse his ostendens verbis: *Si illos dixit Deos, ad quos Verbum Dei factum est, et non potest solvi Scriptura: quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei sum.*

16. Itaque Petrus, qui haec a Salvatore didicerat, Iudaeos utraque ex parte coarguens ait: „O Iudaei, divinae Scripturae Christum „venire annuntiant, vosque eum purum esse hominem ut unum ex „David posteris arbitramini. Verum quae de illo sunt scripta, non „talem eum indicant, qualem vos dicitis, sed potius Dominum eum et „Deum, immortalem atque auctorem vitae esse declarant. Namque „Moyses dixit: *Videbitis vitam vestram pendentem ante oculos ve-„stros,* et David Psalmo centesimo nono: *Dixit Dominus Domino meo, „sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum „tuorum,* et Psalmo decimo quinto: *Non derelinques animam meam „in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Haec „autem Verba non ad David pertinere, testatur idem ipse, cum eum, „qui venit, sui appellet dominum. Vos vero ipsi perspicite, illum „esse mortuum eiusque reliquias apud vos esse. Christum vero ta-„lem esse oportere, qualem eum describunt Scripturae, vos quoque

4. sed in solo Seguer. ὅτι habetur. Reg. item habet βλασφημεῖς. Alii et editi καὶ ἀπέστειλεν, ὑμεῖς λέγετε βλασφημεῖν.

f. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 4. In aliis et editis deest τόν.

g. Gobler. et Felckm. 1. ὁ δὲ Δαβίδ. εἶπεν ὁ κύριος. Ceteri et editio Commel. addunt post Δαβίδ: ἐν μὲν τῷ ἑκατοστῷ ἐννάτῳ.

h. Sic mss. et editio Commel. Mox Seguer. εἰς τὸν ᾅδην. Reg. emendatum habet εἰς ᾅδου.

i. Sic Seguerian. et Felckm. 4. At alii et editi ῥήματα. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. κύριον αὐτοῦ. Alii et editi κύριον ἑαυτοῦ.

k. δέ deest in Felckm. 4. Paulo post Seguerian. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. ὑμῖν. Alii et editio Commel. ἡμῖν. Ibidem Seguer. τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι.

P. 483. λέγουσιν [a] εἶναι αἱ γραφαί, πάντως καὶ ὑμεῖς συνομολογήσετε. παρὰ
θεοῦ γὰρ εἴρηνται οἱ λόγοι, καὶ οὐ δύναται [b] ψεῦδος ἐν αὐτοῖς εἶ-
ναι. εἰ μὲν οὖν δύνασθε εἰπεῖν, ὡς ἐλθόντος πρότερον [c] τοιούτου,
καὶ δύνασθε δεῖξαι θεὸν αὐτὸν εἶναι ἀφ᾽ ὧν ἐποίησε σημείων καὶ
τεράτων, εἰκότως ἡμῖν διαμάχεσθε· εἰ δὲ δεῖξαι μὲν οὐ δύνασθε
ὡς ἐλθόντα, προσδοκᾶτε δὲ ἀκμὴν τοιοῦτον, [d] ἐπίγνωτε τὸν καιρὸν
ἀπὸ τοῦ Δανιήλ· εἰς τὸν παρόντα γὰρ χρόνον τὰ λεχθέντα παρ᾽
αὐτοῦ φθάνει. εἰ δὲ ὁ παρὼν καιρὸς οὗτός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ πάλαι
[e] προκαταγγελλόμενος, καὶ τὰ γενόμενα δὲ νῦν ἐφ᾽ ἡμῖν ἑωράκατε,
γνῶτε ὅτι οὗτος ὁ Ἰησοῦς, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, οὗτός ἐστιν ὁ
Χριστὸς ὁ προςδοκώμενος. ὁ μὲν γὰρ Δαβὶδ καὶ πάντες οἱ προ-
P. 484. φῆται ἀπέθανον, καὶ τὰ μνήματα πάντων [f] παρ᾽ ὑμῖν ἐστιν, ἡ δὲ
γενομένη νῦν ἀνάστασις ἔδειξεν εἰς τοῦτον φθάνειν τὰ γεγραμμένα.
τὸ μὲν γὰρ σταυρωθῆναι δείκνυσι τὸ ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρε-
μαμένην [1]), [g] καὶ τὸ τῇ λόγχῃ δὲ τρωθῆναι τὴν πλευρὰν πληροῖ τὸ
ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη [2]), τὸ δὲ μὴ μόνον ἐξαναστῆναι,
ἀλλὰ καὶ παλαιοὺς νεκροὺς ἐκ τῶν μνημείων ἐγεῖραι (τούτους γὰρ
ἑωράκασιν ὑμῶν οἱ πλεῖστοι), [h] τοῦτό ἐστι τὸ οὐκ ἐγκαταλείψεις
τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην [3]), καὶ τὸ κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, καὶ
πάλιν ἀφεῖλεν ὁ θεός [4]), τὸ δὲ καὶ τοιαῦτα σημεῖα ποιῆσαι αὐτόν,
οἷα γέγονε, δείκνυσι θεὸν εἶναι τὸν ἐν σώματι καὶ αὐτὸν εἶναι τὴν
ζωὴν καὶ κύριον τοῦ θανάτου. ἔπρεπε γὰρ τὸν Χριστόν, τὸν ἄλ-
λοις ζωὴν διδόντα, αὐτὸν μὴ κρατεῖσθαι [i] ὑπὸ τοῦ θανάτου· τοῦτο
δὲ οὐκ ἂν ἐγεγόνει, εἰ, ὡς ὑμεῖς νομίζετε, ψιλὸς ἄνθρωπος ἦν ὁ
Χριστός. ἀλλὰ [k] μὴν αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· ἄνθρωποι γὰρ
πάντες ὑπεύθυνοι θανάτου εἰσί. μηκέτι τοιγαροῦν [l] ἀμφιβαλλέτω
τις, ἀλλ᾽ ἀσφαλῶς γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραήλ, ὅτι οὗτος ὁ Ἰη-
σοῦς, ὃν ἐθεωρήσατε σχήματι ἄνθρωπον ποιοῦντα σημεῖα καὶ τοι-
αῦτα ἔργα, ἃ μηδεὶς πώποτε πεποίηκεν, αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς
καὶ [m] κύριος πάντων. καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος γενόμενος καὶ κλη-
θεὶς Ἰησοῦς, ὥςπερ ἐν τοῖς προτέροις [n] εἴπομεν, οὐκ ἠλαττώθη τῷ
ἀνθρωπίνῳ πάθει, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐν τῷ [o] ποιηθῆναι ἄνθρωπος
ζώντων καὶ νεκρῶν ἀποδείκνυται κύριος. ἐπειδὴ γάρ, ὡς εἶπεν ὁ
ἀπόστολος, ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σο-

1) Deuter. 28, 66. 2) Esa. 53, 7. 3) Psal. 16 [15. LXX.], 10. 4) Esa. 25, 8.

a. εἶναι abest a Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. Paulo post iidem et Felckm. 4 συνομολογήσετε. Editi et alii συνομολογεῖτε.

b. Gobler. et Felckm. 1. ψευδές.

c. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. At alii et editi τούτου.

d. Segner. ἐπιγνῶναι. Paulo post idem τὸν λεχθέντα.

e. Felckm. 4. παραγγελόμενος.

f. Segner. et Felckm. 4. παρ᾽ ἡμῖν. Alii et editi παρ᾽ ὑμῖν. Mox Seguer. Basil. Gobler. Felckm. 1. et 4. εἰς τοῦτον. Ceteri et editi εἰς τοῦτο.

„una certe fatebimini, cum illa verba sint a Deo dicta, nec in illis P. 483. „ullus esse possit mendacii locus. Si igitur talem aliquem antea ad„venisse eumque Deum esse ex signis et prodigiis, quae ediderit, po„testis ostendere, iure merito nobiscum contendite. Sin autem talem „aliquem advenisse non potestis probare, sed eum adhuc expectatis, „tempus ex Daniele cognoscite; nam quae ab illo dicta sunt, in prae„sens quadrant tempus. Porro si praesens tempus illud ipsum est, „quod olim fuit praedictum, vosque ipsi ea, quae nunc apud nos gesta „sunt, estis intuiti, nolite in dubium vocare, quin iste Iesus, quem „vos crucifixistis, ipse sit Christus expectatus; siquidem David et om„nes Prophetae mortui sunt, exstantque apud vos eorum monumenta. „At resurrectio, quae modo est facta, argumento est ad istum ea, P. 484. „quae scripta erant, spectare. Eum enim crucifigendum fuisse haec „verba ostendunt: *Videbitis vitam vestram pendentem*, et in vulnere, „quod eius lateri lancea est inflictum, istud Prophetae impletur: *Sicut* „*ovis ad occisionem ductus est.* Quod autem non solum ipse revixit, „sed etiam priscos mortuos e monumentis excitavit (hos enim pleri„que vestrûm viderunt), hoc ipsum est: *Non derelinques animam* „*meam in inferno*, et: *Absorbuit mors invalescens*, et rursus: *Ab*„*stulit Deus.* Illa porro quae edidit signa eum Deum esse in cor„pore, vitamque ac dominum mortis esse prorsus persuadent. Siqui„dem decebat Christum, qui vitam aliis impertit, a morte non teneri, „quod certe fieri non potuisset, si, ut vos sentitis, purus homo esset „Christus. Verum ipse est Filius Dei. Nam omnes homines morti „sunt subiecti. Itaque nemo iam ambigat, sed pro certo habeat omnis „domus Israël, hunc Iesum, quem figurâ hominem vidistis, signorum „tantorumque auctorem operum, quae nullus unquam egit, ipsum esse „Christum et dominum omnium. Namque factus licet et vocatus Iesus, „ut antea diximus, non est tamen humana conditione diminutus, sed „potius, cum homo factus est, viventium et mortuorum dominus est „declaratus. *Quia enim*, ut ait Apostolus, *in sapientia Dei non co*„*gnovit mundus Deum per sapientiam, placuit Deo per stultitiam*

g. Seguer. Reg. et Felckm. 5. *καὶ τὸ τῇ λόγχῃ δέ.* Felckm. 4. *καὶ τὸ τῇ δὲ λόγχῃ.* Editi et alii *καὶ τὸ τῇ λόγχῃ τρωθῆναι.*

h. Seguerian. *τουτέστι.* Mox idem *εἰς τὸν ᾅδην καὶ κατέπιεν.* Felckm. 5. *εἰς ᾅδου.* Felckm. 4. item *καὶ κατέπιεν.*

i. Seguer. et Felckm. 4. *ὑπὸ τούτου τὸ δὲ οὐκ ἂν ἐγεγόνει.* Gobler. Felckm. 1. *ὑπὸ τούτου. τοῦτο δὲ οὐκ ἄν.*

k. Sic Seguerian. Reg. Basil. Anglican. Felckm. 4. et 5. Alii vero et editi *ἀλλὰ μέν.*

l. Sic Seguer. Reg. Anglic. et Felckm. 4. At ceteri et editi *ἀμφιβαλέτω.*

m. Seguer. *καὶ ὁ κύριος.*

n. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. Alii autem et editi *εἴπαμεν.*

o. Seguerian. *γενηθῆναι.* Goblerian. et Felckm. 1. *γεννηθῆναι.*

P. 484. φίας τὸν θεόν, ηὐδόκησεν [a]ὁ θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας[1]· οὕτως καὶ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι, ἐπειδὴ οὐκ ἠθελήσαμεν διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ ἐπιγνῶναι τὸν θεὸν καὶ δουλεῦσαι τῷ φύσει δεσπότῃ ἡμῶν τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ, ηὐδόκησεν ὁ θεὸς ἐν ἀνθρώπῳ δεῖξαι τὴν ἑαυτοῦ κυριότητα καὶ πάντας ἑλκύσαι πρὸς ἑαυτόν. δι' ἀνθρώπου [b]δὲ ψιλοῦ τοῦτο ποιῆσαι ἀπρεπὲς ἦν, ἵνα μὴ ἄνθρωπον κύριον ἔχοντες ἀνθρωπολάτραι γινώμεθα· διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ [c]ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν καὶ οὕτως ἐποίησεν αὐτὸν κύριον καὶ Χριστὸν ὁ πατήρ, ἴσον τῷ εἰπεῖν, εἰς τὸ κυριεύειν αὐτὸν καὶ βασιλεύειν ἐποίησεν, ἵν' ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὥςπερ πᾶν γόνυ κάμπτει, οὕτως καὶ κύριον καὶ βασιλέα αὐτόν τε τὸν υἱὸν ἐπιγινώσκωμεν καὶ δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα.

17. Ἰουδαίων μὲν [d]οὖν οἱ πλεῖστοι ταῦτα ἀκούοντες ἐνετράπησαν καὶ λοιπὸν ἐπέγνωσαν τὸν Χριστόν, ὡς ἐν ταῖς πράξεσι γέγραπται[2]). ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἀρειομανῖται αἱροῦνται ἀπομένειν Ἰουδαῖοι καὶ μάχεσθαι τῷ Πέτρῳ, φέρε τὰς ὁμοίας λέξεις αὐτοῖς παραθώμεθα· ἴσως κἂν οὕτως ἐντραπῶσι, μαθόντες τὴν συνήθειαν P. 485. τῆς θείας γραφῆς. ὅτι μὲν οὖν [e]ἀΐδιος κύριός ἐστι καὶ βασιλεὺς ὁ Χριστός, δῆλον γέγονεν ἐκ τῶν προειρημένων, καὶ οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀμφιβάλλει περὶ τούτου. υἱὸς γὰρ ὢν τοῦ θεοῦ ὅμοιος [f]αὐτοῦ ἂν εἴη, ὅμοιος δὲ ὢν πάντως ἐστὶ καὶ κύριος καὶ βασιλεύς· αὐτὸς γάρ φησιν· ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα[3]). ὅτι δὲ καὶ αὐτὸ μόνον τὸ λεγόμενον [g]παρὰ τοῦ Πέτρου· κύριον αὐτὸν ἐποίησε καὶ Χριστὸν[4]) οὐ ποίημα εἶναι τὸν υἱὸν σημαίνει, ἔξεστιν ἰδεῖν ἀπὸ τῆς εὐλογίας τοῦ Ἰσαάκ, κἂν ἀμυδρά πως ἡ εἰκὼν αὕτη πρὸς τὸ προκείμενον ᾖ. ἔφη τοίνυν τῷ μὲν Ἰακώβ· γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου, τῷ δὲ Ἡσαῦ· ἰδοὺ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου[5]). εἰ μὲν οὖν τὸ ἐποίησε [h]τὴν οὐσίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως τοῦ Ἰακὼβ ἐσήμαινεν, οὐδ' οὕτως μὲν ἐχρῆν αὐτοὺς τοιαῦτα περὶ τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ κἂν ἐνθυμεῖσθαι· οὐ γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ποίημα ὡς ὁ Ἰακώβ· πλὴν ἐδύναντό πως πυθόμενοι μηκέτι παραφρονεῖν. εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἐπὶ τῆς οὐσίας οὐδὲ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς γενέσεως λαμβάνουσι, καίτοι κατὰ φύσιν ὄντος τοῦ Ἰακὼβ κτίσματος καὶ ποιήματος, πῶς οὐ πλέον τοῦ διαβόλου μαίνονται, [i]εἰ ἄρα

1) I. Cor. 1, 21. 2) Actor. 2, 37. 3) Ioan. 14, 9. 4) Actor. 2, 36. 5) Genes. 27, 29. 37.

a. ὁ θεός deest in Seguer. et Felckm. 4. Seguer. ibid. ἀλλ' ηὐδόκησεν. Paulo post idem οὕτως ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς ἄνθρωποι, οὐκ.

b. δέ abest a Seguer. Gobler. et Felckm. 1. et 4.

c. Goblerian. et Felckm. 1. ἐκάλεσε καὶ ἐποίησεν αὐτὸν κύριον, omissis intermediis,

„*praedicationis salvos facere credentes.* Sic etiam quia nos homines P. 484.
„per eius Verbum noluimus Deum agnoscere nec Dei Verbo, qui natura noster dominus est, servire, placuit Deo in homine suum ostendere dominatum omnesque ad seipsum attrahere. Per merum autem „hominem id dedecebat fieri, ne hominem dominum habentes hominis „cultores efficeremur. Quapropter ipsum Verbum caro factum est, et „vocavit nomen eius Iesum atque ita eum dominum et Christum fecit „Pater, id est fecit, ut dominaretur et regnaret, ut in nomine Iesu, „quem vos crucifixistis, quemadmodum omne genu flectitur, ita et dominum et regem ipsum Filium et Patrem per eum agnosceremus."

17. His auditis plerique Iudaeorum ita fuere commutati, ut Christum agnoverint, quemadmodum in Actibus scribitur. Verum quandoquidem Ariani Iudaei permanere atque adversus Petrum contendere decreverunt, age similes loquendi modos eis proponamus; futurum forte est, ut hoc pacto tandem cedant, ubi divinae Scripturae morem P. 485.
didicerint. Itaque Christum aeternum dominum et regem esse constat ex supra dictis, nullusque est qui hac de re dubitet. Cum enim Filius Dei sit, illius similem ipsum esse necesse est. Quia porro similis eius est, dominus et rex necessario est. Ipse enim ait: *Qui me vidit, vidit patrem.* Quod autem sola haec Petri verba: *Dominum eum et Christum fecit,* Filium opus esse non significent, ex benedictione Isaac licet perspicere: quamquam haec imago ad rem, de qua agimus, exprimendam paulo obscurior est. Igitur ille ad Iacob dixit: *Fias Dominus fratris tui,* ad Esaü autem: *Ecce eum tui Dominum feci.* Quod si dictio *fecit* hic naturam Iacob eiusque ortus principium significaret, neque tamen idcirco idem de Dei Verbo esset cogitandum; nec enim Filius Dei res facta est sicuti Iacob; quamquam possent, si vellent alios interrogare, non amplius desipere. Verum si ista neque de natura neque de ortus principio intelligunt, cum tamen Iacob natura creatus sit et factus, an non furiose magis quam diabolus insanire dicendi sunt, qui ea, quae rebus naturâ factis non audent similes

d. *οὖν* deest in Seguer.

e. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἀϊδίως*. Editi et alii *ἀΐδιος*.

f. Basil. Gobler. Reg. Felckm. 1. et 4. *αὐτῷ*.

g. Gobler. et Felckm. 1. *περὶ τοῦ Πέτρου*.

h. Sic mss. praeter Felckm. 2., qui ut editi habet *τὴν οὐσίαν καὶ τῆς γενέσεως ἀρχήν*. Ibid. Seguer. *ἐσήμαινε*. Gobler. et Felckmanni 1. *ἐσήμανε*. Alii et editi *σημαίνει*.

i. Seguer. Gobl. Felckm. 1. et 4. *εἰ ἃ μηδέ*. Editi et alii *εἰ ἄρα ἃ μηδέ*. Ibidem Felckm. 5. *γεννητοῖς*.

P.485. ἃ μηδὲ τοῖς φύσει γενητοῖς τολμῶσιν ἐκ τῶν ὁμοίων λέξεων συν-
άπτειν, ταῦτα τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ προςπλέκουσι, [a]λέγοντες αὐτὸν
ποίημα εἶναι; ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰσαὰκ γίνου καὶ ἐποίησα, [b]οὔτε τὴν
ἀρχὴν τῆς γενέσεως τοῦ Ἰακὼβ οὔτε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ σημαίνων
(μετὰ γὰρ τριάκοντα καὶ πλεῖον ἔτη τῆς γενέσεως αὐτοῦ ταῦτα
ἔλεγεν), ἀλλὰ τὴν εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐξουσίαν αὐτοῦ τὴν μετὰ ταῦτα
γενομένην.

18. Οὐκοῦν πολλῷ μᾶλλον ὁ Πέτρος οὐ ποίημα τὴν οὐσίαν
τοῦ λόγου σημαίνων ταῦτ' ἔλεγεν, ᾔδει γὰρ αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ
ὁμολογήσας· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος[1]), ἀλλὰ
τὴν κατὰ χάριν ποιηθεῖσαν καὶ γενομένην καὶ εἰς ἡμᾶς [c]αὐτοῦ βα-
σιλείαν καὶ κυριότητα. καὶ γὰρ ταῦτα λέγων οὐκ ἐσιώπησε περὶ
τῆς ἀϊδίου καὶ πατρικῆς θεότητος [d]τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ
προειρηκὼς ἦν, ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς[2])· τὸ δὲ μετ'
ἐξουσίας διδόναι τὸ πνεῦμα οὐ κτίσματος οὐδὲ ποιήματός ἐστιν,
ἀλλὰ θεοῦ δῶρον. τὰ μὲν γὰρ κτίσματα ἁγιάζεται παρὰ τοῦ ἁγίου
πνεύματος, ὁ δὲ υἱὸς οὐχ ἁγιαζόμενος [e]παρὰ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ
μᾶλλον αὐτὸς διδοὺς αὐτὸ τοῖς πᾶσι δείκνυται μὴ κτίσμα ἀλλὰ
υἱὸς ἀληθινὸς τοῦ πατρὸς ὤν. πλὴν ὅτι ὁ διδοὺς τὸ πνεῦμα ὁ
αὐτὸς λέγεται [f]καὶ πεποιῆσθαι, πεποιῆσθαι μὲν ἐν ἡμῖν κύριος
διὰ τὸ ἀνθρώπινον, διδοὺς δὲ ὅτι τοῦ θεοῦ λόγος ἐστίν. ἦν γὰρ
P.486. ἀεὶ καὶ ἔστιν ὥςπερ υἱὸς οὕτως καὶ κύριος παμβασιλεὺς τῶν πάν-
των, ὅμοιος ὢν κατὰ πάντα τοῦ πατρός, καὶ πάντα τὰ τοῦ [g]πα-
τρὸς ἔχων, ὡς εἴρηκεν αὐτός[3]). φέρε λοιπὸν καὶ αὐτὸ τὸ ἐν ταῖς
παροιμίαις λεγόμενον· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα
αὐτοῦ[4]) θεωρήσωμεν· εἰ καὶ [h]μάλιστα, δειχθέντος τοῦ λόγου ὅτι
μὴ ποίημά ἐστι, δέδεικται ὅτι μηδὲ κτίσμα ἐστί. ταὐτὸν γάρ ἐστιν
εἰπεῖν [i]ποίημα καὶ κτίσμα, ὥςτε καὶ τὴν ἀπόδειξιν τὴν περὶ τοῦ
μὴ εἶναι ποίημα τὴν αὐτὴν εἶναι καὶ περὶ τοῦ μὴ εἶναι κτίσμα.
P.518. *ἐφ' ἃ καὶ γίνεται. εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔτι πρὸ πάντων ἐστὶν αὐτός; πῶς δὲ καὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο[3]) καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκεν[4]); ἰδοὺ γὰρ καθ' ὑμᾶς καὶ πρὸ αὐτοῦ συνειστήκει τὰ ἔργα, εἰς ἃ κτίζεται καὶ ἀποστέλλεται. ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως, μὴ γένοιτο· ψευδής ἐστι τῶν [d]αἱρετικῶν ἡ διάνοια. οὐ γὰρ κτίσμα ἐστίν, ἀλλὰ κτίστης μέν ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, τότε δὲ λέγει παροιμιωδῶς ἔκτισέ με, ὅτε τὴν κτιστὴν ἐνεδύσατο σάρκα. καὶ τοῦτο πάλιν δυνατόν ἐστι καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ῥητοῦ διανοεῖσθαι. υἱὸς γὰρ ὢν καὶ πατέρα τὸν θεὸν ἔχων, αὐτοῦ γὰρ ἴδιόν ἐστι γέννημα, ὅμως κύριον [e]νῦν ὀνομάζει τὸν πατέρα, οὐχ ὅτι δοῦλος ἦν, ἀλλ' ὅτι τὴν [f]τοῦ δούλου μορφὴν ἀνέλαβεν. ἔπρεπε γὰρ αὐτὸν ὥςπερ ὄντα λόγον ἐκ τοῦ πατρὸς πατέρα τὸν θεὸν καλεῖν, τοῦτο [g]γὰρ ἴδιον υἱοῦ πρὸς πατέρα, οὕτως ἐλθόντα τελειῶσαι τὸ ἔργον καὶ δούλου λαβόντα μορφὴν κύριον ὀνομάζειν τὸν πατέρα. καὶ ταύτην τὴν διαφορὰν αὐτὸς ἐδίδαξε μετὰ καλῆς τῆς διαστολῆς, λέγων ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, εἶτα· κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς[5]). ἑαυτοῦ μὲν γὰρ εἶναι πατέρα τὸν θεὸν λέγει, τῶν δὲ κτισμάτων αὐτὸν κύριον ὀνομάζει, ὡς ἐκ τούτου δείκνυσθαι λευκῶς, ὅτι ἡνίκα [h]τὸ κτιστὸν ἐνεδύσατο, τότε τὸν πατέρα καλεῖ κύριον. καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Δαβὶδ τὴν αὐτὴν διαφορὰν σημαίνει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τῶν ψαλμῶν λέγον· δὸς τὸ κράτος σου τῷ παιδί σου, καὶ σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σου[6]). ἄλλος γάρ ἐστιν ὁ φύσει καὶ ἀληθινὸς παῖς τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλα*

1) Prov. 3, 19. 2) Prov. 9, 1. 3) Ioan. 1, 3. 4) Coloss. 1, 17. 5) Matth. 11, 25. 6) Psal. 86 [85. LXX.], 16.

a. *τοῦ* deest in Gobler. et Felckm. 1. Iidem et Seguer. Reg. Felckmanni 4. et 5. *Σολομῶνος*. Alii et editio Commel. *Σαλομῶνος*.

b. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. At alii et editio Commel. *αὐτὸ δὲ ῥητόν*.

c. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 4. *συνεστῶτα*.

d. Editi et Felckm. 2. *τῶν γὰρ αἱρετικῶν*. Alii mss. *τῶν αἱρετικῶν*.

50. Haec igitur quae tam crebro iactitatis verba, *Filius res est* P. 517.
creata, vera nullomodo sunt, sed merum vestrae mentis commentum est, vosque Salomon ipse increpat, quod saepe illius auctoritate false abusi fueritis. Neque enim docuit, Filium rem creatam esse, sed fetum et sapientiam Dei, ut ex his eius verbis clarum est: *Deus Sapientia fundavit terram*, et: *Sapientia aedificavit sibi ipsi domum*. Quin etiam locus, quem hic expendimus, vestram plane confutat impietatem. Nam scriptum est: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*. Igitur si ipse est ante omnia, dicit autem *creavit me*, non ut opera faciam, sed *in opera*; vel id, quod ista voce *creavit* significatur, ipso est posterius, vel ipse operibus posterior videbitur, quippe qui illa, cum creatur ipse, iam ante se existentia reperiat, et quorum causa idem ipse creetur. Quae si vera sunt, qui P. 518.
potest fieri, ut ipse sit ante omnia? Quomodo porro omnia per ipsum facta sunt et in ipso constituta? Namque secundum vos ante eum exstiterunt opera, quorum causa ipse est creatus et ad quae missus fuit. Verum non ita se res habet; absit. Falsa haec est haereticorum sententia. Nec enim Dei Verbum res est creata, sed creator ipse est; tunc autem proverbii instar ait: *Dominus creavit me*, cum creatam induit carnem, ut etiam ex hoc ipso loco potest intelligi. Tametsi enim Filius est et Deum habet patrem, cum proprius eius sit fetus; tamen Patrem hoc in loco dominum appellavit, non quia servus esset, sed quia servi formam accepit. Quippe quemadmodum, quatenus Verbum est ex Patre, Deum convenienter patrem appellat, namque id proprium filii est erga patrem; ita cum opus venit absoluturus et servi formam accepit, Patrem dominum dicere eum omnino decuit. Huiusmodi porro discrimen suos ipse discipulos distincte admodum hisce Evangelii verbis docuit: *Confiteor tibi, Pater*, deinde: *Domine caeli et terrae*. Namque et Deum sui ipsius Patrem esse testatur, et eundem rerum creatarum dominum appellat; ita ut ex hoc loco perspicuum sit, eum cum naturam creatam accepit, tunc Patrem appellasse dominum. Quin etiam idem discrimen in Davidis oratione sanctus declarat Spiritus, sic in Psalmis loquens: *Da imperium tuum puero tuo, et salvum fac filium ancillae tuae*. Siquidem alius est naturalis et verus Dei Filius, et alii sunt ancillae liberi, qualis est videlicet

e. Sic Seguer. Anglican. et Felckm. 4. At *νῦν* abest ab aliis et editis.

f. Seguer. *τὴν δούλου μορφήν*. Editi et alii *τὴν τοῦ δούλου*.

g. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. Editi vero et alii *τοῦτο γὰρ καὶ ἴδιον*. Ibid. Felckm. 2. et editio Commel. *ἴδιον υἱοῦ μορφὴν λαβόντα, κύριον ὀνομάζειν* etc. Ceteri mss. ut in textu habetur.

h. Anglic. et Reg. *τὸν κτιστόν*. Mox Seguer. et Reg. *καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ*. Editi et alii *καὶ γὰρ ἐν τῇ*. Ibidem Seguerian. Reg. Felckm. 4. et 5. *τὴν αὐτὴν διαφοράν*. Ceteri et editi *αὐτὴν τὴν διαφοράν*.

P. 518. τὰ τῆς παιδίσκης τέκνα, ἥτις ἐστὶ τῶν γενητῶν [a] ἡ φύσις. διὸ καὶ ὁ μὲν ὡς υἱὸς ἔχει τὸ πατρικὸν κράτος, τὰ δὲ σωτηρίας ἐστὶ δεόμενα.

51. Εἰ δ' ὅτι παῖς ἐκλήθη φλυαροῦσι, γινωσκέτωσαν ὅτι καὶ Ἰσαὰκ παῖς ὠνομάσθη τοῦ Ἀβραάμ, καὶ ὁ υἱὸς τῆς [b] Σουμανίτιδος παιδάριον ἐκλήθη. εἰκότως ἄρα δούλων ἡμῶν ὄντων, ὅτε γέγονεν [c] ὡς ἡμεῖς, κύριον τὸν πατέρα καλεῖ καὶ αὐτός, ὡς ἡμεῖς· καὶ τοῦτο δὲ φιλανθρωπευόμενος οὕτω πεποίηκεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς, δοῦλοι κατὰ φύσιν ὄντες καὶ δεξάμενοι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, θαῤῥήσωμεν τὸν φύσει κύριον ἑαυτῶν τοῦτον τῇ χάριτι πατέρα καλεῖν. ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς τὸν κύριον πατέρα καλοῦντες οὐκ ἀρνούμεθα τὴν κατὰ φύσιν δουλείαν, αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ἔργα, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς καὶ οὐχ ἡμεῖς[3])· οὕτως ὅταν [d] ὁ υἱὸς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν λαμβάνων λέγῃ· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, μὴ ἀρνείσθωσαν
P. 519. τὴν ἀϊδιότητα τῆς τούτου θεότητος, καὶ ὅτι ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ λόγος, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ γέγονε[4]), καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα ἐκτίσθη[5]). τὸ δὲ ἐν ταῖς παροιμίαις ῥητόν, καθὰ προεῖπον, οὐ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ λόγου σημαίνει· εἰ γὰρ εἰς ἔργα φησὶν ἐκτίσθαι, φαίνεται μὴ τὴν οὐσίαν [e] ἑαυτοῦ σημᾶναι θέλων, ἀλλὰ τὴν εἰς τὰ ἔργα αὐτοῦ οἰκονομίαν γενομένην, ὅπερ δεύτερόν ἐστι τοῦ εἶναι. τὰ γὰρ γινόμενα καὶ κτιζόμενα προηγουμένως ἕνεκα τοῦ εἶναι καὶ [f] τοῦ ὑπάρχειν πεποίηται, καὶ δεύτερον ἔχουσι τὸ ποιεῖν, περὶ ὧν ἂν αὐτοῖς ὁ λόγος προστάττῃ, ὡς ἐπὶ πάντων ἐστὶν ἰδεῖν τὸ τοιοῦτον. Ἀδὰμ γὰρ ἐκτίσθη οὐχ ἵνα ἐργάζηται, ἀλλ' ἵνα πρῶτον [g] ὑπάρχῃ ἄνθρωπος, μετὰ ταῦτα γὰρ ἔλαβε τὴν ἐντολὴν τοῦ ἐργάζεσθαι. Νῶε δὲ ἐκτίσθη οὐ διὰ τὴν κιβωτόν, ἀλλ' ἵνα πρῶτον ὑπάρχῃ καὶ ἄνθρωπος γένηται, μετὰ ταῦτα γὰρ ἔλαβεν ἐντολὴν [h] κατασκευάσαι τὴν κιβωτόν· καὶ ἐφ' ἑκάστου δὲ ζητῶν ταῦτα εὕροι τις. καὶ γὰρ καὶ Μωσῆς ὁ μέγας πρῶτον [i] ἄνθρωπος γέγονε, καὶ δεύτερον τὴν ἡγεμονίαν τοῦ λαοῦ πεπίστευται. οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα τοῦτο νοεῖν ἔξεστιν· ὁρᾷς γὰρ ὅτι οὐκ εἰς τὸ εἶναι κτίζεται, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ λόγος, μετὰ ταῦτα δὲ εἰς τὰ ἔργα πέμπεται καὶ τὴν τούτων οἰκονομίαν. καὶ γὰρ [k] πρὶν γενέ-

1) Genes. 21, 8. 2) 2. Reg. [4. Reg. LXX.] 4, 18. 3) Psal. 100 [99. LXX.], 3. 4) Ioan. 1, 1. 3. 5) Col. 1, 16.

a. Seguer. γενητῶν φύσις. Ibid. idem, Reg. Goblerian. et Felckm. 1. διὸ καὶ ὁ μὲν, ὡς υἱός. Alii et editio Commel. διὸ καὶ ὁ μὲν υἱός.

b. Mss. omnes Σουμανίτιδος. Editi Σουναμίτιδος. Apud Scripturam legitur Reg. 4 Σωμανίτις. Vulgata habet *Sunamitis* iuxta Hebraeum textum.

c. Gobler. et Felckm. 1. ὡς ἡμεῖς καὶ τοῦτο omissis intermediis. Ibidem Seguer. Anglican. et Felckm. 4. καὶ τοῦτο δὲ φιλανθρωπευόμενος. In aliis et editis δέ deest.

d. Seguer. ὅταν υἱὸς τὴν δούλου. Mox idem, Gobler. Felckm. 1. et 5. ἔκτισέ με, μὴ ἀρνείσθωσαν.

rerum factarum natura. Hinc ille tanquam Filius paterno gaudet im- P. 518.
perio, hae autem salute opus habent.

51. Quod si idcirco, quod puer sit vocatus, nugari velint et rixari, discant Isaac puerum quoque Abrahae appellatum esse, et filium Sunamitidis puerulum fuisse dictum. Merito itaque cum nos servi simus, ille nostri factus similis Patrem quoque dominum, sicuti nos, vocat; quod profecto summae suae erga nos benignitatis argumentum voluit esse, ut scilicet nos, qui naturà servi sumus, spiritu Filii accepto illum, qui naturà noster est dominus, gratià patrem appellare auderemus. Verum quemadmodum nos, cum Dominum patrem appellamus, non tamen inficiamur servos nos naturà esse, eius siquidem opera sumus, *ipseque fecit nos et non ipsi nos;* ita cum Filius forma
servi accepta ait: *Dominus creavit me,* non idcirco eius divinitatis P. 519.
aeternitatem negare debent, vel in principio Verbum fuisse, omniaque per ipsum esse facta, et in ipso creata omnia esse. Hac autem Proverbiorum sententia non Verbi natura, uti iam dixi, sed humanitas significatur. Nam si in opera se creatum esse dicit, manifestum est, eum hisce verbis nolle suam indicare naturam, sed suam tantummodo in opera administrationem, quod quidem posterius est quam esse. Res enim creatae primo ac praecipue ea de causa sunt factae, ut sint et existant, secundò vero habent, ut agant quaecumque imperaverit Verbum, ut in omnibus licet perspicere. Siquidem Adam creatus est, non ut ageret, sed ut primum esset homo, nam postea agendi praeceptum accepit. Noë similiter non propter arcam creatus est, sed ut primum esset et fieret homo, nam postea arcam iussus est fabricari; idemque in aliis singulis quisque potest animadvertere. Etenim magnus ille Moyses primus factus homo est, deinde populi imperium illi est concreditum. Idem ergo hic pariter licet intelligere. Vides enim Filium non creari ut sit; sed *in principio* quidem *erat Verbum,* postea vero in opera eorumque administrationem mittitur. Etenim antequam

e. Seguer. et Reg. *αὐτοῦ.* Mox iidem et Felckm. 5. *εἰς τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Editi et alii *τὰ* et *αὐτοῦ* omittunt.

f. Seguer. *καὶ ὑπάρχειν.* Ibidem mss. *καὶ δεύτερον.* In aliis et editis *καί* deest. Mox Seguer. et Reg. *περὶ ὧν ἂν αὐτοῖς ὁ λόγος προστάττῃ.* Ceteri mss. *περὶ ὧν ἂν ὁ λόγος αὐτῶν προστάττῃ.* Edit. Commel. *περὶ ὧν ὧν ὁ λόγος αὐτῶν προστάττῃ.*

g. Sic Seguer. Reg. Felckm. 4. et 5. sed Seguer. *ὑπάρχοι.* At editi *ὑπάρχῃ καὶ ἄνθρωπος γένηται.* Mox Segu. *Νῶε τέ.*

h. Gobler. et Felckm. 1. *ἐντολὴν τοῦ ἐργάζεσθαι καὶ κατασκευάσαι.* Ibidem iidem *καὶ ἐφ' ἑκάστου ζητῶν, τοῦτο εὕροι τίς ἄν· καὶ γάρ* etc. Felckm. 4. *ζητῶν τοῦτ' ἂν εὕροι τίς ἄν· καὶ γάρ* etc.

i. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἄνθρωπος γέγονε.* Alii et editi *ἄνθρωπος γεγένηται.* Mox Seguer. Reg. Gobl. Felckm. 1. et 4. *ἡγεμονίαν τοῦ λαοῦ,* ut et Nannius legit. Editi et alii *ἡγεμονίαν τοῦ λόγου.* Ibidem mss. *τοῦτο νοεῖν.* Editio Commel. *τοῦτον νοεῖν.*

k. Sic Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. et mox *οὔπω δὲ χρεία.* Ceteri et editi *καὶ γὰρ καὶ πρὶν γενέσθαι.... οὕτω δὲ χρεία.* In Felckm. 4. deest *τὰ ἔργα.*

p. 519. σθαι τὰ ἔργα ἦν μὲν ἀεὶ ὁ υἱός, οὔπω δὲ χρεία ἦν αὐτὸν καὶ κτισθῆναι· ὅτε δὲ ἐκτίσθη τὰ [a]ἔργα, καὶ χρεία μετὰ ταῦτα γέγονε τῆς εἰς διόρθωσιν αὐτῶν οἰκονομίας, τότε δὴ καὶ ὁ λόγος δέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὸ συγκαταβῆναι καὶ ὁμοιωθῆναι τοῖς ἔργοις, ὅπερ διὰ μὲν τῆς ἔκτισε λέξεως ἡμῖν [b]δεδήλωκε, διὰ δὲ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου τὸ ὅμοιον σημᾶναι θέλων πάλιν λέγει· καὶ νῦν οὕτως λέγει κύριος, ὁ πλάσας με ἐκ κοιλίας δοῦλον [c]ἑαυτῷ, τοῦ συναγαγεῖν τὸν Ἰακὼβ πρὸς αὐτὸν καὶ Ἰσραήλ· συναχθήσομαι καὶ δοξασθήσομαι ἐναντίον κυρίου.[1])

52. Ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα οὐκ εἰς τὸ εἶναι πλάττεται, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ συναγαγεῖν τὰς φυλὰς τὰς καὶ πρὸ τοῦ πλασθῆναι τοῦτον ὑπάρχουσας. [d]ὥςπερ γὰρ ἐκεῖ τὸ ἔκτισεν, οὕτως ᾧδε τὸ ἔπλασε, καὶ ὡς ἐκεῖ εἰς τὰ ἔργα, οὕτως ᾧδε εἰς τὸ συναγαγεῖν· ὥςτε πανταχόθεν φαίνεσθαι τοῦ εἶναι τὸν λόγον δεύτερον λέγεσθαι τὸ ἔκτισε καὶ τὸ [e]ἔπλασε. καὶ γὰρ ὥςπερ πρὸ τῆς πλάσεως ὑπῆρχον αἱ φυλαί, δι' ἃς καὶ ἐπλάσθη, οὕτως ὑπάρχειν καὶ τὰ ἔργα φαίp. 520. νεται, εἰς ἃ καὶ ἐκτίσθη. καὶ ὅτε μὲν ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, οὔπω ἦν τὰ ἔργα, καθὰ προεῖπον· ὅτε δὲ τὰ ἔργα γέγονε, καὶ ἡ χρεία ἀπήτησε, τότε τὸ ἔκτισεν εἴρηται. καὶ [f]ὥςπερ ἂν εἴ τις υἱός, παραπολομένων κτημάτων καὶ παρὰ πολεμίοις ὄντων ἐξ ἀμελείας αὐτῶν, [g]χρείας τε καταλαβούσης, εἰ πέμποιτο παρὰ τοῦ πατρὸς συλλαβέσθαι καὶ συναγαγεῖν αὐτά, καὶ οὗτος ἀπερχόμενος ἐπενδιδύσκοιτο τὴν ὁμοίαν ἐκείνων ἐσθῆτα καὶ σχηματίζοι ἑαυτὸν ὡς ἐκεῖνοι, ἵνα μὴ ὡς δεσπότην [h]αὐτὸν ἐπιγνόντες οἱ κατέχοντες φύγωσι, καὶ κωλυθῇ κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ γῆν κρυπτομένους παρ' ἐκείνων, εἶτα εἴ τις [i]πυνθάνοιτο τούτου διὰ τί οὕτως, ὁ τοιοῦτος [k]εἶπεν ἄν· ὁ πατήρ οὕτω με ἔπλασε καὶ κατήρτισεν εἰς τὰ ἔργα αὐτοῦ, λέγων τε οὕτως οὔτε δοῦλον ἑαυτὸν οὔτε ἕνα τῶν ἔργων [l]εἶναι σημαίνει, οὔτε δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως αὐτοῦ λέγει, ἀλλὰ τὴν ὕστερον αὐτῷ δοθεῖσαν εἰς τὰ ἔργα φροντίδα· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ κύριος [m]ἐπενδυσάμενος τὴν ἡμετέραν σάρκα καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος[2]), εἰ ἐρωτηθείη παρὰ τῶν οὕτως

1) Esa. 49, 5. 2) Philipp. 2, 8.

a. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. ut et legendum esse monet Anglican. in margine. Alii et editi τὰ πάντα.

b. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. δέδωκε, mendose. Paulo post Seguer. et Felckm. 4. πάλιν ἔλεγε.

c. Basil. ἑαυτοῦ. Mox Seguer. ut et Scriptura πρὸς αὐτόν, καὶ Ἰσραήλ. Reg. vero et editio Commelin. πρὸς Ἰσραήλ. Ibid. Seguer. Felckm. 4. ἐναντίον κυρίου. Editi et alii ἐναντι κυρίου. Item ibid. Felckm. 2. et editio Commel. ἰδοὺ ἐνταῦθα.

d. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. ὥςπερ. Iidemque et Regius ac Felckm. 4. οὕτως ᾧδε. Editi et alii ὡς γὰρ ἐκεῖ τὸ ἔκτισεν, ᾧδε etc.

e. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. πεπλάσθαι. Alii et editi ἔπλασε.

f. Sic Seguer. Anglic. Gobler. Felckm.

facta essent opera, semper erat Filius, necdum tamen necesse erat P. 519. eum creari. Postquam autem creata sunt opera, ac deinde administratione ad illa restauranda opus fuit, tunc etiam seipsum obtulit Verbum, eoque sese demisit, ut operum simile fieret; quod utique per vocem *creavit* nobis voluit significare. Simile item aliquid per Isaiam Prophetam his verbis docet: *Et nunc haec dicit Dominus, qui me ex utero servum sibi formavit, ut Iacob et Israel ad ipsum congregarem, congregabor et glorificabor coram Domino.*

52. Ecce etiam hic non ut esset formatur, sed ut tribus congregaret, quae antequam ipse formaretur existebant. Nam ut illic scriptum est *creavit*, ita hic *formavit* dicitur, et ut illic additur *in opera*, ita hic sequitur *ut congregarem*. Quocirca clarissimum undelibet est, nonnisi posterius, quam fuerit Verbum, haec verba *creavit* et *formavit* de illo enunciari. Nam quemadmodum antequam Filius formaretur, tribus existebant, propter quas formatus ipse est, sic etiam opera, quorum causa creatus est, prius patet exstitisse. Praeterea P. 520. cum in principio esset Verbum, nondum, ut dixi, erant opera, cum autem facta sunt opera, et exegit necessitas, tunc dictum est *creavit*. Ac quemadmodum si aliquis filius, servis perditis et apud hostes ipsorum negligentia detentis, cogente necessitate a patre mitteretur, ut illos adiuvaret et reduceret, illeque in itinere similem illorum indueret vestem, eodemque ac illi se appellaret nomine, ne forte hi, qui servos retinerent, ipso ut domino agnito fugerent, ipseque hoc pacto prohiberetur ad servos subter terram ab illis occultatos accedere, si quis deinde ab eo sciscitaretur, quare ita egisset, recte responderet: „Sic me formavit et comparavit pater in opera sua,“ quibus quidem verbis neque se servum aut unum ex operibus esse significaret, nec etiam sui ortus indicaret principium, sed tantum commissam sibi postea operum curam; simili ratione, si Dominus nostra induta carne et figurâ inventus ut homo ab his interrogaretur, qui ipsum eo in

1. et 4. At editi et alii ὥςπερ ἂν τις. Ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. παραπολλομένων. Felckm. 4. παραπολλυμένων.

g. Seguerian. et Felckm. 4. χρείας δέ. Editi et alii χρείας τε. Ibid. mss. omnes εἰ πέμποιτο. Editio Commel. omittit εἰ.

h. Seguer. αὐτὸν ἐπιγνόντες. Ceteri et editi ἑαυτῶν ἐπιγινώσκοντες. Mox Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. ὑπὸ γῆν. Editi et alii ἐπὶ γῆν.

i. Seguer. ἐπυνθάνετο. Ibid. idem et Reg. διατί οὕτως, ὁ τοιοῦτος etc. In editis vero nulla interponitur distinctio. Editio Commel. mendose praeterea habet διὰ τὸ οὕτως.

k. Sic Seguer. Reg. Gobl. Felckm. 1. et 4. Editi ἐποίει. Ibidem Seguer. Gobler. et Felckm. 1. κατήρτησεν. Felckm. 4. κατήγαγεν.

l. εἶναι deest in Segueriano, qui mox τῆς γενέσεως ἑαυτοῦ.

m. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. ἐπενδυσάμενος.

P. 520. αὐτὸν ὁρώντων καὶ θαυμαζόντων, [a] εἴποι ἄν· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, καὶ ἔπλασέ με τοῦ συναγαγεῖν τὸν Ἰσραήλ. τοῦτο δὲ πάλιν καὶ τὸ πνεῦμα προσημαῖνον ἐν ψαλμοῖς ἔλεγε· κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου[1]), ὅπερ καὶ περὶ ἑαυτοῦ σημαίνων [b] αὐτὸς ὁ κύριός φησιν· ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ[2]). ὥςπερ δὲ ὅτε ἐπέλαμψε σωματικῶς τῇ Σιών, οὐκ ἀρχὴν εἶχεν [c] εἶναι οὐδὲ τοῦ βασιλεύειν, ἀλλὰ ὢν λόγος τοῦ θεοῦ καὶ ἀΐδιος βασιλεὺς κατηξίωσεν ἀνθρωπίνως ἐπιλάμψαι τὴν βασιλείαν [d] ἑαυτοῦ καὶ ἐν τῇ Σιών, ἵνα ἀπὸ τῆς βασιλευούσης ἐν αὐτοῖς ἁμαρτίας λυτρωσάμενος αὐτούς τε καὶ ἡμᾶς ποιήσῃ ὑπὸ τὴν πατρικὴν βασιλείαν ἑαυτοῦ· οὕτως καθιστάμενος εἰς τὰ ἔργα οὐκ εἰς τὰ μηδέπω ὄντα, ἀλλ' εἰς τὰ ἤδη ὄντα καὶ δεόμενα διορθώσεως καθίσταται.

53. Τὸ ἄρα ἔκτισε καὶ τὸ ἔπλασε [e] καὶ τὸ κατέστησε, τὴν αὐτὴν ἔχοντα διάνοιαν, οὐ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι αὐτὸν οὐδὲ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ κτιστὴν [f] δείκνυσιν, ἀλλὰ τὴν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ κατ' εὐεργεσίαν γενομένην ἀνανέωσιν. ταῦτα γοῦν λέγων ἐδίδασκεν [g] ὅμως καὶ πρὸ τούτων ὑπάρχειν ἑαυτόν, ὅτε ἔλεγε· πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι[3]), καί· ἡνίκα τὸν οὐρανὸν ἡτοίμαζε, συμπαρήμην
P. 521. αὐτῷ, καὶ ἤμην [h] παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα[4]). ὥςπερ δὲ ἦν αὐτὸς πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ὁ δὲ Ἰσραὴλ μετὰ τὸν Ἀβραὰμ γέγονε, καὶ δῆλόν ἐστιν ὅτι προϋπάρχων ὕστερον πλάττεται, καὶ ἡ πλάσις οὐ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι, ἀλλὰ τὴν ἐνανθρώπησιν σημαίνει, ἐν ᾗ καὶ ἐπισυνάγει τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· οὕτως [i] ἄρα ἀεὶ συνὼν τῷ πατρὶ αὐτὸς τῆς κτίσεως δημιουργός ἐστιν, καὶ δῆλόν ἐστιν ὅτι δεύτερά ἐστιν αὐτοῦ τὰ ἔργα, καὶ τὸ ἔκτισεν οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι αὐτόν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὰ ἔργα γενομένην οἰκονομίαν, ἣν ἐν τῇ σαρκὶ πεποίηκε, γνωρίζει. ἔπρεπε γὰρ ἄλλον αὐτὸν ὄντα τῶν ἔργων καὶ μᾶλλον δημιουργὸν αὐτῶν ὄντα αὐτὸν καὶ τὴν τούτων ἀνανέωσιν εἰς ἑαυτὸν ἀναδέξασθαι, ἵνα αὐτοῦ κτιζομένου εἰς ἡμᾶς τὰ πάντα εἰς [k] ἑαυτὸν ἀνακτίσηται. καὶ γὰρ λέγων ἔκτισεν εὐθὺς καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήγαγε, λέγων τὰ ἔργα, ἵνα τὸ εἰς ἔργα κτίζεσθαι τὸ γίνεσθαι ἄνθρωπον δηλώσῃ εἰς τὴν τούτων ἀνανέωσιν. καὶ τοῦτο ἔθος ἐστὶ τῇ θείᾳ γραφῇ· ὅταν μὲν γὰρ σημαίνῃ τὴν κατὰ σάρκα γένε-

1) Psal. 8, 7. 2) Psal. 2, 6. 3) Ioan. 8, 58. 4) Prov. 8, 27. 30.

a. Seguer. et Felckm. 4. εἴποιεν ἄν. Editi et alii εἴποι ἄν.
b. αὐτός abest a Seguer.
c. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. qui ultimus ὢν ὁ λόγος. Alii et editio Commel. οὐκ ἀρχὴν εἶχεν, ἀλλὰ ὢν ὁ λόγος.
d. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. ἑαυτοῦ. Ceteri et editi αὐτοῦ. Ibid. Seguer. καὶ ἐν τῇ Σιών. Gobler. Felckm. 1. et 4. καὶ ἐν γῇ Σιών. Editi vero et alii αὐτοῦ καὶ τῇ Σιών.
e. Seguer. et Reg. καὶ τὸ κατέστησε. Editi et alii καὶ κατέστησε. Ibid. Seguer.

statu suspiciunt et admirantur, responderet: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*, et *Formavit me ut congregarem Israël.* Idem autem ipse quoque Spiritus in Psalmis praenuncians aiebat: *Constituisti eum super opera manuum tuarum*, quod et Dominus de seipso his confirmat verbis: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* Porro quemadmodum cum monti Sion corpore illuxit, tunc non incoepit esse aut regnare, sed cum esset ipse Verbum et rex sempiternus, humaniter voluit suum regnum illucere quoque in Sion, ut scilicet et nos et illos a peccato, quod in eis regnabat, redimeret et in paternum sui imperium redigeret; qua utique ratione in opera est constitutus, non quae nondum essent, sed quae iam existerent et emendatione indigerent.

53. Igitur hae dictiones *creavit, formavit* et *constituit* eandem habent significationem, nec ullo modo probant, vel eum incoepisse esse, vel creatam eius esse naturam, sed intelligendae sunt de renovatione, qua nos singulari beneficio refecit. Itaque licet haec eius sint verba, ipse nihilominus se ante res illas docuit existere cum ait: *Antequam Abraham fieret, ego sum*, et: *cum caelos praeparabat, aderam illi*, et *apud illum eram res apte componens.* Quemadmodum vero ipse erat, antequam fieret Abraham, Israël autem post Abraham factus est, certumque est ipsum, cum prius existeret, postea formatum esse, idque non eius existendi principium, sed humanam ab eo naturam assumtam significare, in qua videlicet tribus Israël congregat; ita cum ipse semper sit cum Patre, rerum creatarum est quoque opifex, palamque est opera ipso esse posteriora, et voce *creavit* non ostendi eum esse coepisse, sed operum administrationem, quam in carne gessit, suscepisse. Quippe decuit ipsum, qui alius ab operibus, immo qui creator illorum erat, eorum quoque in se suscipere renovationem, ut ipse nostri causa creatus omnia in seipso recrearet ac reficeret. Hinc ubi dixit *creavit*, statim causam nempe *opera* addidit, ut scilicet his verbis *in opera creari* significaretur, illum hominem fieri ad ipsa opera instauranda. Namque ea est consuetudo Scripturae divinae,

τὴν αὐτὴν ἔχον. Ceteri et editi *τὴν αὐτὴν ἔχοντα.*

f. Seguer. et Reg. *δείκνυσιν.* Alii et editi *δεικνύουσιν.*

g. Felckm. 4. *ὅπως.* Ibid. Anglic. *πρὸ τούτου.* Idemque cum Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. et 4. *ὑπάρχειν ἑαυτόν.* Editi et alii *ὑπάρχειν αὐτόν.*

h. Sic Seguer. Felckm. 4. et Scriptura. Alii et editi *σὺν αὐτῷ.* Paulo post Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *μετὰ τὸν Ἀβραάμ.* Alii et editi *τόν* omittunt.

i. Basil. *ἄρα σὺν τῷ πατρὶ συνών, αὐτός.* Regius *ἄρα ἀεὶ σὺν τῷ πατρὶ αὐτός.* Mox Segu. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 5. addunt *καὶ δῆλόν ἐστιν* quae absunt ab aliis et editione Commel.

k. Seguer. *εἰς αὐτόν.* Ibidem Gobler. et Felckm. 1. *ἀνακτήσηται καὶ γὰρ καὶ λέγων.* Mox Anglic. *λέγων τὸ εἰς ἔργα.*

P. 521 σιν τοῦ λόγου, τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν γέγονεν ἄνθρωπος, ὅταν δὲ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ [a]αὐτός τε λέγῃ καὶ οἱ τούτου θεράποντες ἐπαγγέλλωσι, πάντα ἁπλῇ τῇ λέξει ἀπολελυμένῃ τε τῇ διανοίᾳ, καὶ οὐδὲν μετὰ συμπεπλεγμένης αἰτίας λέγεται. τοῦ γὰρ πατρός ἐστιν ἀπαύγασμα· ὥςπερ δὲ ὁ πατὴρ οὐ διά τινα αἰτίαν ἐστίν, οὕτως οὐδὲ τοῦ ἀπαυγάσματος [b]τούτου χρὴ ζητεῖν τὴν αἰτίαν. ἐν ἀρχῇ οὖν ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος[1]), γέγραπται, καὶ οὐκ [c]ἔχει τὸ διατί· ὅτε δὲ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, τότε καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι, δι' ἣν γέγονε, λέγων· καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν[2]). πάλιν τε ὁ ἀπόστολος λέγων· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, [d]οὐκ ἔθηκεν τὴν αἰτίαν εἰ μὴ ὅτε τὴν μορφὴν ἔλαβε τοῦ δούλου· [e]τότε γὰρ ἐπιφέρει λέγων· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ[3])· διὰ ταῦτα γὰρ καὶ σὰρξ γέγονε καὶ μορφὴν ἔλαβε δούλου.

54. [f]Αὐτός τε ὁ κύριος πολλὰ μὲν ἐν παροιμίαις λελάληκεν, περὶ δὲ ἑαυτοῦ σημαίνων ἀπολελυμένως εἴρηκεν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα, καὶ ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια[4]), οὐ τιθεὶς ἐφ' ἑκάστου τὴν αἰτίαν οὐδὲ τὸ διατί, ἵνα μὴ δεύτερος ἐκείνων εἶναι φαίνηται, ὧν χάριν καὶ γέγονεν. ἀνάγκη γὰρ προηγεῖσθαι τὴν αἰτίαν τούτου, ἧς ἄνευ οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ἐγεγόνει. Παῦλος γοῦν ἀφωρισμένος ἀπόστολος εἰς
P. 522. εὐαγγέλιον, ὃ προεπηγγείλατο ὁ κύριος διὰ τῶν προφητῶν[5]), εἶχε πρὸ ἑαυτοῦ τὸ εὐαγγέλιον, οὗ καὶ γέγονε διάκονος· [g]καὶ ὁ Ἰωάννης μέν, προχειρισθεὶς εἰς τὸ προοδεῦσαι τοῦ κυρίου, πρὸ ἑαυτοῦ εἶχε τὸν κύριον, ὁ δὲ κύριος, οὐκ ἔχων [h]πρὸ ἑαυτοῦ αἰτίαν τοῦ εἶναι λόγος, ἢ μόνον ὅτι τοῦ πατρός ἐστι γέννημα καὶ σοφία μονογενής, [i]ὅταν ἄνθρωπος γίνηται, τότε καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι, δι' ἣν μέλλει σάρκα φορεῖν. προηγεῖται γὰρ τοῦ γενέσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον ἡ τῶν ἀνθρώπων χρεία, ἧς ἄνευ οὐκ ἂν ἐνεδύσατο σάρκα. τίς δὲ ἡ χρεία, δι' ἣν γέγονεν ἄνθρωπος, αὐτὸς μὲν ὁ κύριος σημαίνων ταύτην ἔλεγε· καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ οὐχ ἵνα [k]ποιήσω τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με· τοῦτο δέ

1) Ioan. 1, 1. 2) Ioan. 1, 14. 3) Philipp. 2, 6—8. 4) Ioan. 14, 10; 10, 30; 14, 9; 8, 12; 14, 6. 5) Rom. 1, 2.

a. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. αὐτός τε λέγῃ. In aliis et editis deest τε. Mox Seguer. et Reg. ἀπαγγέλλουσι. Gobler. et Felckm. 1. ἐπαγγέλλουσι. Alii ἐπαγγέλλωσι. Ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. ἁπλῇ τῇ λέξει. Alii et editi ἁπλῇ λέξει. Item ibid. Seguer. ἀπολελυμένῃ τε τῇ διανοίᾳ. In edit. Comm. deest τε.

b. Sic Seguer. Reg. Basiliens. Gobler. Felckm. 1. et 4. Ceteri autem et editi τούτου χρήζει τὴν αἰτίαν. Ibid. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. ἐν ἀρχῇ, γοῦν φησι, ἦν ὁ λόγος. Basiliens. et Reg. ἐν ἀρχῇ οὖν ἦν ὁ λόγος. Ceteri et editi ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος.

c. Felckm. 2. et editio Commel. ἔχοι

quae quoties de Verbi ortu secundum carnem loquitur, causam sub- P. 521.
iungit, propter quam homo factus est. Cum autem vel ipse vel eius famuli de eius divinitate verba faciunt, omnia simplici dictione absolutaque sententia et nulla implicita causa proferuntur. Nempe Patris est splendor; ut autem Pater non est ob aliquam causam, ita nec eius splendoris causa est inquirenda. Itaque scriptum est: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum,* cuius quidem rei nulla affertur causa. Cum autem *Verbum caro factum est,* tunc causa, propter quam factum est, his verbis indicatur: *et habitavit in nobis.* Similiter Apostolus cum ait: *Qui cum in forma Dei esset*, causam non protulit nisi post haec verba: *formam servi accepit*: tunc enim subiecit: *humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis.* Haec enim causa est, cur Verbum caro factum est et servi accepit formam.

54. Ipse etiam Dominus multa quidem in proverbiis elocutus est, sed cum de seipso loquitur, absolute dicit: *Ego in Patre et Pater in me est*, et *Ego et Pater unum sumus*, et *Qui vidit me, vidit Patrem,* et *Ego sum lux mundi,* et *Ego sum veritas;* quibus in locis nulla causa recensetur, nec affertur ratio cur ita sit, ne illis esse videretur posterior, quorum causa factus est. Siquidem necesse est causam illo priorem esse, sine qua nec etiam ipse factus fuisset. Paulus quidem segregatus Apostolus in Evangelium, quod ante promiserat Dominus per Prophetas, Evangelium, cuius administer factus est, P. 522.
prius se habuit. Ioannes autem, cui Domino praeeundi munus fuerat commissum, priorem quoque se habuit Dominum. At Dominus, qui nullam causam cur sit Verbum agnoscit, nisi tantum quod Patris et fetus et sapientia est unigenita, cum fit homo, tunc causam indicat, propter quam carnem gestare debeat. Illi enim facto homini antecedit hominum necessitas, sine qua carnem minime induisset. Quae autem illa sit necessitas, propter quam factus homo est, ipse Dominus his verbis exponit: *Descendi de caelo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Haec est autem voluntas eius,*

et paulo post δι' ἧς γέγονε. Ceteri vero ἔχει et δι' ἣν γέγονε.

d. Basil. καὶ οὐκ ἔθηκεν. Ibidem τήν deest in Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4.

e. Editio Commel. τόδε. Mss. τότε.

f. Seguer. et Reg. αὐτός τε ὁ κύριος. Alii et editi αὐτὸς δὲ ὁ κύριος. Mox Seguerian. et Felckm. 5. ἐν παροιμίαις ἐλάλησεν.

g. Seguer. καὶ Ἰωάννης δέ. Ibidem Felckm. 2. et editio Commel. προχειρισθεὶς οὗ καὶ γέγονεν, εἰς τὸ etc. In ceteris omittitur οὗ καὶ γέγονεν.

h. Mss. omnes πρὸ ἑαυτοῦ. Editi πρὸς ἑαυτοῦ. Ibidem Seguerian. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. τοῦ εἶναι λόγος ut et Nannius videtur legisse, qui nempe vertit *non habuit causam, ut esset Verbum.* Ceteri et editi τοῦ εἶναι αὐτόν.

i. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. ὅταν δὲ ἄνθρωπος. Alii et edit Commel. ὅταν ἄνθρωπος. Ibid. Seguer. γίνηται. Alii et editi γένηται.

k. Seguer. ποιῶ.

P. 522. ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν, ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω [a] αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ[1]), καὶ πάλιν· ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ[2]), καὶ [b] πάλιν φησίν· ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ[3])· ὁ δὲ Ἰωάννης [c] ἔγραψεν· εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου[4]).

55. Διὰ τὸ μαρτυρῆσαι ἄρα καὶ ὑπὲρ ἡμῶν [d] ἀναδέξασθαι θάνατον καὶ διὰ τὸ ἀναστῆσαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ λῦσαι τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου ἐλήλυθεν ὁ σωτήρ, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῆς ἐνσάρκου παρουσίας αὐτοῦ. ἄλλως γὰρ ἀνάστασις οὐκ ἂν ἐγένετο, εἰ μὴ θάνατος [e] ἐγεγόνει· θάνατος δὲ πῶς ἂν ἐγεγόνει, εἰ μὴ τὸ ἀποθνῆσκον ἐσχήκει σῶμα; τοῦτο παρ' αὐτοῦ μαθὼν καὶ [f] ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν· ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκός, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι [g] φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας[5]), καί· ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν[6]), καὶ πάλιν· τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, ἵνα τὸ δικαίωμα [h] τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν ἀλλὰ
P. 523. κατὰ πνεῦμα[7]). [i] καὶ ὁ δὲ Ἰωάννης φησίν· οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ[8])· πάλιν δὲ καὶ [k] ὁ σωτὴρ δι' ἑαυτοῦ ἔλεγεν· εἰς κρῖμα ἐγὼ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται[9]). οὐ [l] δι'

1) Ioan. 6, 38—40. 2) Ioan. 12, 46. 3) Ioan. 18, 37. 4) 1. Ioan. 3, 8. 5) Hebr. 2, 14. 15. 6) 1. Cor. 15, 21. 7) Rom. 8, 3. 8) Ioan. 3, 17. 9) Ioan. 9, 39.

a. Seguerian. Reg. et Felckm. 4. *αὐτό*. Editi et alii *αὐτόν*. Ibid. Seguer. *αὐτὸ τῇ ἐχάτῃ*. Ibid. Seguer. *τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν ...... καὶ ἐγὼ ἀναστήσω* etc. Hunc item versum habent Reg. Basiliens. Anglic. Felckm. 4. et 5. Sed in Regio deest *ἐστὶ τὸ θέλημα*; in aliis deest tantum *ἐστι* et *ὁ*. Versum autem integrum omittunt ceteri et editio Commel.

b. Sic Seguer. At Gobler. Felckm. 1. et 4. *καὶ πάλιν· ἐγὼ εἰς*. Alii et editi *καὶ πάλιν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην φησίν· ἐγὼ εἰς*. Ibidem Seguer. et Felckm. 5. *γεγένημαι*. Ceteri et editi *γεγέννημαι*.

c. Gobler. et Felckm. 1. *φησίν*.

d. Basil. *δέξασθαι*.

e. Sic Seguer. et Reg. At alii et editi *ἐγέγονεν*; mendose. Ibid. Seguer. Gobler.

qui misit me, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Haec est enim voluntas Patris mei, ut omnis, qui videt Filium et credit in eum, habeat vitam aeternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die, et rursus: *Ego lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat,* et: *Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Scribit quoque Ioannes: *In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli.* P. 522.

55. Itaque idcirco venit Salvator, ut testimonium perhiberet, et mortem pro nobis susciperet, hominesque ad vitam revocaret, ac diaboli opera dissolveret. Haec causa est, cur carne assumta ad nos advenerit. Nec enim esse potuisset resurrectio, nisi mors antecessisset. Quomodo vero mors antecessisset, nisi mortale habuisset corpus? Id sane ab eo didicerat Paulus, cuius nempe haec sunt verba: *Quia ergo pueri sanguinis et carnis participes facti sunt, ipse quoque similiter eorundem particeps fuit, ut per mortem diabolum, qui mortis imperium habet, destrueret, et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti,* et: *Quoniam enim per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum,* et iterum: *Nam quod impossibile erat legi, in quo per carnem infirma erat, Deus sui ipsius misso Filio sub specie carnis peccati etiam de peccato condemnavit peccatum in carne, ut legis iustitia in nobis impleretur, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulamus.* Ioannes vero scribit: *Nec enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut mundus per ipsum salvetur.* P. 523.
Rursus quoque per seipsum ita locutus est Salvator: *Ego in iudicium in hunc mundum veni, ut qui non vident videant et qui vident caeci*

Felckm. 1. et 4. *πῶς ἂν ἐγεγόνει.* In aliis et editis *ἂν* omittitur.

f. Seguer. *καὶ ὁ Παῦλος.* Felckm. 4. *ὁ καὶ ὁ Παῦλος.* Gobler. et Felckm. 1. *καὶ Παῦλος.* Editi et alii *καὶ ὁ ἀπόστολος.* Ibidem *οὖν* abest a Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. qui iidem mox omittunt *καὶ αὐτός.*

g. Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. *φόβῳ θανάτου.* Editi et alii *φόβῳ τοῦ θανάτου.* Mox *καί* deest in Felckm. 4. et 5. Ibid. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἐπειδὴ γάρ.* Alii et editi *γάρ* omittunt. Item ibid. Seguer. et Felckm. 4. *ὁ θάνατος.* In aliis et editis *ὁ* deest. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἀνάστασις νεκρῶν.* At alii et editi *νεκρῶν* omittunt.

h. *τοῦ νόμου* deest in Seguer.

i. Seguer. *καὶ ὁ Ἰωάννης δέ φησιν.* Gobler. et Felckm. 1. *καὶ Ἰωάννης· οὐ γάρ.* Editi et alii *καὶ Ἰωάννης φησίν· οὐ γάρ* etc.

k. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At Basiliens. *ὁ σωτὴρ δι' αὐτοῦ ἔλεγεν.* Alii et editi *ὁ σωτὴρ ἔλεγεν.* Mox Seguer. et Felckm. 4. addunt *τοῦτον* post *κόσμον,* alii et editi omittunt.

l. Felckm. 4. *οὐ δι' αὐτὸν ἄρα, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν.* Ibidem Seguer. *τὸν θάνατον καὶ διὰ τὸ κατακριθῆναι τὴν ἁμαρτίαν.* Sic etiam Gobler. et Felckm. 1. sed *διὰ τό* omittunt.

P. 523. ἑαυτὸν ἄρα, ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν καὶ διὰ τὸ καταργηθῆναι τὸν θάνατον καὶ διὰ τὸ κατακριθῆναι τὴν ἁμαρτίαν καὶ διὰ τὸ ἀναβλέψαι τυφλοὺς καὶ διὰ τὸ ἀναστῆναι πάντας ἐκ νεκρῶν ἐλήλυθεν. [a] εἰ δὲ μὴ δι' ἑαυτὸν ἐλήλυθεν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, οὐ δι' ἑαυτὸν ἄρα ἀλλὰ δι' ἡμᾶς κτίζεται. εἰ δὲ οὐ δι' ἑαυτὸν κτίζεται ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, οὐκ ἔστιν ἄρα αὐτὸς κτίσμα, ἀλλὰ τὴν ἡμῶν ἐνδυσάμενος σάρκα ταῦτα λέγει. καὶ ὅτι ταύτην τὴν διάνοιαν ἔχουσιν αἱ γραφαί, ἐξὸν παρὰ τοῦ ἀποστόλου μαθεῖν· φησὶ γὰρ [b] ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους· τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν, ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν [c] ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην¹). εἰ δὲ ἐν αὐτῷ κτίζονται οἱ δύο, καὶ οὗτοί εἰσιν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ, εἰκότως ἄρα [d] φορῶν τοὺς δύο ἐν αὐτῷ ὡς αὐτός ἐστι κτισθείς· τοὺς γὰρ κτισθέντας ἐν ἑαυτῷ ἥνωσε, καὶ ἦν αὐτὸς ἐν αὐτοῖς ὡς ἐκεῖνοι. οὕτω [e] δὲ τῶν δύο κτισθέντων ἐν αὐτῷ, ἁρμοζόντως ἂν λέγοι· κύριος ἔκτισέ με. ὥςπερ γὰρ τὰς ἡμῶν ἀσθενείας δεχόμενος λέγεται αὐτὸς ἀσθενεῖν, καίτοι μὴ ἀσθενῶν αὐτός, δύναμις γάρ ἐστι τοῦ θεοῦ, ἁμαρτία τε ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε καὶ κατάρα, καίτοι μὴ ἁμαρτήσας αὐτός, ἀλλ' ὅτι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ τὴν κατάραν [f] ἐβάστασεν αὐτός· οὕτως ἡμᾶς ἐν αὐτῷ κτίζων λεγέτω ὅτι καὶ ἔκτισέ με εἰς ἔργα καίτοι κτίσμα μὴ ὢν αὐτός.

56. Ἐπεὶ εἰ κατ' ἐκείνους ὡς κτιστῆς οὔσης τῆς οὐσίας τοῦ λόγου λέγει· κύριος ἔκτισέ με, κτίσμα ὢν οὐ δι' ἡμᾶς ἐκτίσθη. δι' ἡμᾶς δὲ μὴ κτισθέντος αὐτοῦ, οὐκ ἐκτίσθημεν ἐν αὐτῷ· μὴ κτισθέντες δὲ ἐν αὐτῷ οὐκ εἴχομεν αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἔξωθεν εἴχομεν, [g] εἰ ἄρα παρ' αὐτοῦ τὴν μάθησιν ὡς παρὰ διδασκάλου ἐδεξάμεθα. οὕτω δὲ ἡμῶν ὄντων, οὐδὲν ἧττον πάλιν ἡ ἁμαρτία τῆς σαρκὸς [h] ἐβασίλευσεν ἐμμένουσα καὶ μὴ ἐκβληθεῖσα ἐξ αὐτῆς.
P. 524. ἀλλὰ ὁ ἀπόστολος ἐναντιοῦται τούτοις πρὸ ὀλίγων τούτων φάσκων· αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ²). εἰ δὲ ἐν [i] Χριστῷ ἡμεῖς ἐκτίσθημεν, οὐκ ἔστιν ἄρα αὐτὸς ὁ κτιζόμενος, ἀλλ'

1) Ephes. 2, 14. 15. 2) Ephes. 2, 10.

Ceteri et editi διὰ τὸ καταργηθῆναι τὴν ἁμαρτίαν omissis intermediis. Felckm. 4. ibid. καταργῆσαι. Item ibid. Gobler. et Felckm. 1. καὶ ἀναβλέψαι. Seguer. ibidem ἀναβλέψαι τυφλούς, καὶ διὰ τὸ ἀναστῆναι etc. Editi et alii ἀναβλέψαι τοὺς τυφλούς, καὶ ἀναστῆναι.

a. Sic Seguer. Reg. Basil. Anglican. et Felckm. 5. In Seguer. tamen omittitur κτίζεται ante εἰ δὲ οὐ δι' ἑαυτὸν κτίζεται. Reg. sic item initio habet κτίζεται ἄρα οὐ δι' ἑαυτόν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς. Ceteri et editi ἐλήλυθεν· εἰ δὲ μὴ δι' ἑαυτὸν κτίζεται, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, οὐκ ἔστιν ἄρα.

b. Goblerian. et Felckm. 1. Anonymus omittunt ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους.

c. Seguer. ἐν αὐτῷ. Idem mox et Anglic. Goblerian. Felckm. 1. et 4. addunt ποιῶν εἰρήνην, quod in aliis et editione Commel. deest.

d. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1.

fiant. Non ergo propter seipsum venit, sed propter nostram salutem, P. 523.
nec non ut mortem destrueret, peccatum condemnaret, caeci viderent, omnesque e mortuis excitarentur. Quod si non propter seipsum sed propter nos venit, non igitur sui sed nostri causa creatur. Si porro non propter seipsum sed propter nos creatur, non ergo ipse est creatus, sed nostra assumta carne haec illa ait. Quod autem is sit Scripturarum sensus, licet ab Apostolo discere, qui epistola ad Ephesios ita scribit: *Qui medium septi parietem diruit, cum inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in decretis, abrogavit, ut duos crearet in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem.* Quod si duo in illo creantur, qui et sint in ipsius corpore, non immerito igitur duos in se ferens ipse quoque quasi creatus est. Namque creatos in seipso coniunxit, et ipse in illis erat, veluti illi. Sic porro duobus in illo creatis dicere maxime ei convenit: *Dominus creavit me.* Ut enim nostris infirmitatibus susceptis ipse infirmus esse dicitur, quamvis infirmus non sit, quippe qui sit Dei virtus, ut item peccatum et maledictio pro nobis factus est, licet ipse non peccaverit, sed quia ipse peccata nostra et maledictionem portavit; ita nos in seipso creans recte dixerit: *creavit me in opera,* licet ipse creatus non sit.

56. Nam si, ut illi sentiunt, quasi natura Verbi creata esset, dicit: *Dominus creavit me,* ut pote qui sit creatus, sane non propter nos creatus erit dicendus. Si vero ille propter nos non est creatus, in ipso non creati sumus; quod si in illo creati non sumus, eum igitur non in nobis sed extra nos haberemus, ut si nimirum doctrinam ab eo tanquam a magistro accepissemus. Quod si ita de nobis se res habet, procul dubio carnis peccatum nihilominus quam antea regnare perseverat, nec ex illa expulsum est. Verum his adversatur P. 524.
Apostolus, qui paulo ante ita ait: *Ipsius enim opus sumus creati in Christo Iesu.* Si ergo nos in Christo creati sumus, non igitur ille

et 5. At Basil. et Anglic. *ἄρα λέγεται φρρῶν.* Omnes mss. ibidem habent *ὡς αὐτός ἐστι.* Editi *ἄρα λέγεται ὡς φορῶν τοὺς δύο ἐν αὐτῷ, αὐτός ἐστι κτισθείς.* Anglic. et Reg. ibid. *ἐν ἑαυτῷ.*

e. Sic Seguer. et Reg. At Felckm. 2. et editio Commel. *οὕτω δύο κτισθέντων.* Ceteri *οὕτω τῶν δύο* etc. Mox Seguer. Reg. Felckm. 1. et 4. *λέγοιτο, κύριος.*

f. Seguer. Reg. Basil. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἐβάσταξεν.* Ceteri et editi *ἐβάστασεν.* Ibid. Seguer. *ἐν ἑαυτῷ.* Item ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *λεγέτω.* Reg. *λέγει.* Editi et alii *λέγεται.* *ὅτι* ibidem deest in Regio et Felckm. 5. Seguer. item ibid. *εἰς ἔργα.*

g. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. 4. 5. et Reg. Sed Reg. et Felckm. 5. *εἶ ἄρα αὐτοῦ.* Editio Commelin. *εἴχομεν ἄρα αὐτῷ τὴν μάθησιν ὡς παρὰ διδασκάλου. οὕτω δὴ ἡμῶν.* Seguer. et Felckm. 2. habent item *οὕτω δὴ ἡμῶν.* Ceteri mss. *οὕτω δὲ ἡμῶν.*

h. Seguer. *ἐβασίλευε μένουσα.* Ibidem iidem et Goblerian. Felckm. 1. et 4. *ἀπ' αὐτῆς.*

i. Seguer. *ἐν τῷ χριστῷ.*

P. 524. ἡμεῖς ἐσμεν ἐν αὐτῷ [a] κτιζόμενοι, καὶ δι᾽ ἡμᾶς ἐστιν ἡ τοῦ ἔκτισε φωνή. διὰ γὰρ τὴν ἡμῶν χρείαν καί τοι κτίστης ὢν ὁ λόγος ὑπέμεινε καὶ τὴν τῶν κτιζομένων [b] φωνήν, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, ᾗ λόγος ἐστίν, ἰδία ἡ φωνή, ἀλλ᾽ ἡμῶν τῶν ἐν αὐτῷ κτιζομένων ἐστὶ τὸ ἔκτισε. καὶ ὥςπερ πατρὸς ὄντος ἀεὶ ἀεί ἐστι καὶ ὁ τούτου λόγος, καὶ ὢν ἀεὶ ἀεὶ λέγει· ἐγὼ ἤμην, ᾗ προςέχαιρε, καθ᾽ ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ[1]), καί· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[2])· οὕτως ὅτε διὰ τὴν ἡμῶν χρείαν γέγονεν ἄνθρωπος, ἀκολούθως τὰ ἡμῶν ὡς ἡμεῖς [c] αὐτὸς λέγει· κύριος ἔκτισέ με, ἵνα αὐτοῦ ἐνοικήσαντος ἐν τῇ σαρκί, τελείως ἡ ἁμαρτία ἐξωσθῇ τῆς σαρκός, καὶ ἡμεῖς ἐλεύθερον ἔχωμεν τὸ φρόνημα. τί δὲ ἔδει γενόμενον αὐτὸν ἄνθρωπον εἰπεῖν; ἐν ἀρχῇ ἤμην ἄνθρωπος; ἀλλ᾽ οὔτε [d] γε ἥρμοζεν αὐτῷ τοῦτο οὔτε ἀληθὲς ἦν. ὥςπερ δὲ τοῦτο οὐκ ἔπρεπεν εἰπεῖν, οὕτως οἰκεῖον καὶ ἴδιον ἐπ᾽ ἀνθρώπου ἐστὶ [e] λέγειν τὸ ἔκτισε καὶ ἐποίησεν αὐτόν. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἡ αἰτία τοῦ ἔκτισε πρόςκειται, ἥτις ἐστὶ τῶν ἔργων ἡ χρεία. ἔνθα δὲ ἡ αἰτία πρόςκειται, αὕτη ἡ αἰτία πάντως διαλύει τὸ ἀνάγνωσμα καλῶς. καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἐν μὲν [f] τῷ ἔκτισε τὴν αἰτίαν τίθησι τὰ ἔργα, τὴν δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς γέννησιν ἀπολελυμένως σημαίνων εὐθὺς ἐπήγαγε· πρὸ δὲ πάντων [g] βουνῶν γεννᾷ με[3]), οὐ διατί, ὥςπερ ἐπὶ τοῦ ἔκτισέ με προςέθηκε λέγων εἰς ἔργα, ἀλλὰ ἀπολελυμένως [h] γεννᾷ με, ὥςπερ τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. καὶ γὰρ καὶ εἰ μὴ τὰ ἔργα ἔκτιστο, ἀλλ᾽ ἦν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, τὸ δὲ γενέσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον οὐκ ἂν ἐγένετο, εἰ μὴ τῶν ἀνθρώπων ἡ χρεία γέγονεν αἰτία. οὐκ ἔστιν ἄρα κτίσμα ὁ υἱός· εἰ γὰρ κτίσμα ἦν, οὐκ ἂν εἶπε γεννᾷ με, ὅτι τὰ μὲν κτίσματα ἔξωθέν ἐστιν ἔργα τοῦ ποιοῦντος, τὸ δὲ γέννημα οὐκ ἔξωθεν ὡς ἔργον, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πατρός ἐστιν ἴδιον τῆς οὐσίας. διόπερ τὰ μὲν κτίσματα, [i] ὁ δὲ λόγος τοῦ θεοῦ υἱὸς μονογενής.

57. Ἀμέλει ἐπὶ μὲν τῆς κτίσεως οὐκ εἴρηκε Μωσῆς· ἐν ἀρχῇ
P. 525. ἐγέννησεν οὐδὲ ἐν ἀρχῇ ἦν, ἀλλ᾽ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν[4]), [k] οὐδὲ ὁ Δαβὶδ ἔψαλεν· αἱ χεῖρές σου ἐγέννη-

1) Prov. 8, 30. 2) Ioan. 14, 10. 3) Prov. 8, 25. 4) Genes. 1, 1.

a. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. οἱ κτιζόμενοι.

b. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi ἰδίαν φωνήν. Quae sequuntur ibidem exstant in Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At in aliis et editis sic legitur ἰδίαν φωνήν, τὸ ἔκτισεν, ὥςπερ δὲ τοῦ πατρὸς ὄντος ἀεί, ἔστι καὶ ὁ τούτου λόγος ὢν ἀεί, καὶ ὢν ἀεὶ λέγει. Seguer. ibidem habet λόγος καὶ ὢν ἀεὶ λέγει.

c. Basil. αὐτὰ λέγει. Ibidem Anglic. omittit κύριος ἔκτισέ με.

d. Seguer. οὔτε ἥρμοζεν.

e. Sic Seguer. et Felckm. 4. In aliis et editis deest ἐστί.

f. Seguerian. Regius et Felckm. 4. et 5. τῷ ἔκτισε. Goblerian. et Felckm. 1. τὸ

est, qui creatur, sed nos ipsi sumus, qui in illo creamur, nostrique P. 524. causa vox illa *creavit* scripta est. Nam nostram ob necessitatem Verbum, etiamsi sit creator, vocem tamen rerum creatarum non renuit, nec ista vox eius propria est quatenus est Verbum, sed nostrum est istud vocabulum *creavit*, qui nempe in eo creamur. Ac quemadmodum ut Pater est semper, ita etiam eius Verbum semper est, et quatenus est semper, dicit: *Ego eram qua delectabatur; ego vero per singulos dies ante faciem eius laetabar*, et: *Ego in Patre et Pater in me est*, sic cum nostrae necessitatis causa factus est homo, convenienter admodum, ut nos, quae nostra sunt usurpat ipse, nempe *Dominus creavit me*, ut eo in carne habitante peccatum ex carne penitus exterminaretur, et nos liberum sensum haberemus. Ecquid vero illum hominem factum loqui decebat? In principio eram homo? At minime hoc ei congruebat nec verum erat. Ut autem eum ita loqui dedecebat, sic proprium est et conveniens de homine dici *creavit* et *fecit ipsum*. Hinc etiam causa cur huiusmodi dictio *creavit* adhibeatur, adiuncta est, quae nempe operum est necessitas. Ubi porro adiecta causa est, ea lectionis difficultatem penitus tollit. Namque hic causam, cur vox *creavit* sit adhibita, *opera* assignat. At cum de eius ex Patre generatione sermo aperte habetur, mox subditur: *Ante omnes colles gignit me.* Causa utique hic non additur, ut in voce *creavit*, ubi subiungitur *in opera*, sed absolute dicitur *gignit me*, ut et illud: *In principio erat Verbum.* Nam etiamsi nulla fuissent creata opera, nihilominus Verbum Dei erat, et Deus erat Verbum. Ipsum autem Verbum nequaquam homo factus esset, nisi causa fuisset hominum necessitas. Itaque Filius res creata non est; nam si res creata esset, non dixisset *Gignit me*, cum res creatae externa sint effectoris opera, res autem genitae non sint quid externum ut opus, sed sunt ex patre, cuius naturae sunt quid proprium. Hinc illae res sunt creatae, hic vero Verbum Dei et Filius unigenitus est.

57. Sane Moyses de rebus creatis non dixit: In principio genuit neque In principio erat, sed *In principio fecit Deus caelum et terram.* P. 525. Nec item David canebat: *Manus tuae* genuerunt me, sed *fecerunt me*

ἔκτισε. Editi et alii τῷ κτίσαι. Mox Seguer. et Reg. ἐκ πατρός.

g. Sic Seguer. Reg. Anglic. Felckm. 4. et 5. ut et Scriptura. Ceteri et editi πάντων τῶν βουνῶν. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. εἰς ἔργα. Editi et alii εἰς τὰ ἔργα.

h. Felckm. 2. et editio Commel. γεννᾷ με· ὥςπερ τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. τὸ δὲ γενέσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον.

i. Seguer. Reg. Anglic. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. ὁ δὲ λόγος. Basil. τὸ δὲ λόγος. Ceteri et editi τὰ δὲ λόγος. Mox Seguer. et Felckm. 4. οὐκ εἶπε Μωσῆς. Ibidem Goblerian. et Felckm. 1. omittunt οὐδὲ ἐν ἀρχῇ ἦν.

k. Seguer. οὐδὲ Δαβὶδ δὲ ἔψαλλεν. Ibidem idem et Gobler. Felckm. 1. et 4. addunt καὶ ἔπλασάν με, quae in aliis et editis desunt. Item ibidem Seguer. et Reg. ἐποίησεν ἐπὶ τῶν etc. Alii et editi ἐποίησέ με ἐπὶ τῶν.

P. 525. σάν με, ἀλλ' ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με[1]), πανταχοῦ τὸ ἐποίησεν ἐπὶ τῶν κτισμάτων λέγων· ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ τὸ ἔμπαλιν· οὐ γὰρ εἴρηκεν [a]ἐποίησα, ἀλλ' ἐγέννησα[2]) καὶ γεννᾷ με[3]) καὶ ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν[4]), καὶ ἐπὶ μὲν τῆς κτίσεως· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν[5]), ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος[6]). διαφέρει δὲ τοῦτο, ὅτι τὰ μὲν κτίσματα ὑπὸ τὴν ἀρχὴν πεποίηται, καὶ διαστηματικὴν ἀρχὴν [b]τοῦ εἶναι ἔχει· διόπερ καὶ τὸ λεγόμενον ἐπ' αὐτῶν ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ἶσόν ἐστι τῷ εἰπεῖν πάλιν ἐπ' αὐτῶν τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐποίησεν, ὥςπερ ὁ κύριος, εἰδὼς ὅπερ ἐποίησεν, ἐδίδαξεν ὅτε τοὺς Φαρισαίους ἐνέτρεπε λέγων· [c]ἀπ' ἀρχῆς δὲ ὁ κτίσας αὐτοὺς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς[7])· ἀπὸ γὰρ ἀρχῆς τινος τοῦ μὴ εἶναί ποτε γέγονε καὶ ἐκτίσθη τὰ [d]γενητά. τοῦτο καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐσήμαινεν, ἐν ψαλμοῖς λέγον· καὶ σὺ κατ' ἀρχάς, κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας[8]), καὶ [e]πάλιν· μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου, ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς[9]). δῆλον δέ ἐστιν, ὅτι τὸ κατ' ἀρχὰς γινόμενον ἀρχὴν ἔχει τοῦ κτίζεσθαι, καὶ ὅτι τὴν συναγωγὴν ἀπό τινος ἀρχῆς [f]ἐκτήσατο ὁ θεός. ὅτι δὲ τὸ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ἐκ τοῦ λέγειν ἐποίησεν τὸ ἤρξατο ποιεῖν ἐστιν, αὐτὸς Μωσῆς τοῦτο δηλοῖ, μετὰ τὴν [g]τῶν πάντων τελεσιουργίαν λέγων· καὶ εὐλόγησεν ὁ θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην καὶ ἡγίασεν αὐτήν, ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι[10]). οὐκοῦν τὰ μὲν κτίσματα [h]ἤρξατο γίνεσθαι, ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος, οὐκ ἔχων ἀρχὴν τοῦ εἶναι, εἰκότως οὐκ ἤρξατο τοῦ εἶναι οὐδὲ ἤρξατο γίνεσθαι, ἀλλ' ἦν ἀεί. καὶ τὰ μὲν ἔργα ἀρχὴν ἐν τῷ ποιεῖσθαι ἔχει, καὶ προάγει τῶν γινομένων ἡ ἀρχή, ὁ δὲ λόγος, οὐκ ὢν τῶν γινομένων, μᾶλλον [i]τῶν ἀρχὴν ἐχόντων αὐτὸς δημιουργὸς γίνεται. καὶ τῶν μὲν γενητῶν τὸ εἶναι ἐν τῷ γίνεσθαι μετρεῖται, καὶ ἀπό τινος ἀρχῆς ἄρχεται ταῦτα [k]διὰ τοῦ λόγου ποιεῖν ὁ θεός, ἵνα καὶ τὸ μὴ εἶναι πρὶν γενέσθαι ταῦτα γινώσκηται· ὁ δὲ λόγος τὸ εἶναι οὐκ ἐν ἄλλῃ ἀρχῇ ἔχει, ἀλλ' ἐν
P. 526. τῷ πατρὶ [l]τῷ καὶ κατ' ἐκείνους ἀνάρχῳ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἀνάρχως ὑπάρχῃ ἐν τῷ πατρί, γέννημα καὶ οὐ κτίσμα τυγχάνων αὐτοῦ.

1) Psal. 119 [118. LXX.], 73. 2) Psal. 2, 7. 3) Prov. 8, 25. 4) Psal. 45 [44. LXX.], 2. 5) Genes. 1, 1. 6) Ioan. 1, 1. 7) Matth. 19, 4. 8) Psal. 102 [101. LXX.], 26. 9) Psal. 74 [73. LXX.], 2. 10) Genes. 2, 3.

a. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At Reg. ὅτι ἐποίησα. Editi et alii ὅτι καὶ ἐποίησα.

b. Seguer. et Basil. τοῦ εἶναι ἔχει, τὸ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν. ἶσον γάρ ἐστι τῷ εἰπεῖν. Gobler. et Felckm. 1. τοῦ εἶναι ἔχει, τὸ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν. ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ, ἣν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἰσόν ἐστι τῷ εἰπειν. Ibid. Felckm. 4. τὸ λεγόμενον ἐπ' αὐτοῖς. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. ὥςπερ ὁ κύριος. Edit. Commel. ὅπερ.

c. Seguer. ἀπ' ἀρχῆς ὁ κτίσας.

d. Felckm. 5. γεννητά. Ibid. Seguer. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐσήμαινεν. Gobler. et Felckm. 1. πνεῦμα διὰ τοῦ Δαβὶδ ἔφη, καὶ σὺ κατ' ἀρχάς. Editi πνεῦμα ἐσήμανεν etc.

et formaverunt me, qui idem ubique de rebus creatis loquens verbo P. 525. *fecit* utitur, non autem ubi de Filio illi est sermo. Nec enim dixit *feci*, sed *genui* et *gignit me* et *eructavit cor meum Verbum bonum*. Igitur de rebus creatis dicitur: *In principio fecit*, de Filio autem: *In principio erat Verbum*. Id porro est discriminis, quod res creatae sub principio sunt factae habentque existendi principium temporis distinctum intervallis, ita ut haec verba *in principio fecit* idem valeant ac si diceretur *a principio fecit*, quemadmodum Dominus, qui quod fecerat recte ipse noverat, docuit, cum Pharisaeos his confutavit verbis: *Qui illos a principio creavit, masculum et feminam fecit eos*. Res enim factae ab aliquo principio, cum aliquando non essent, et conditae sunt et creatae, quod ipse Spiritus sanctus ita in Psalmis declaravit: *Et tu secundum principia, Domine, terram fundasti*, et iterum: *Memor esto congregationis tuae, quam possedisti a principio*. Manifestum autem est, id, quod fit *secundum principia*, principium habere, ex quo creatur, et Deum congregationem ab aliquo possedisse principio. Iam quod haec verba *In principio fecit* ex eo, quod dicitur *fecit*, idem sint ac *coepit facere*, ipse docet Moyses, qui post absolutam rerum omnium creationem sic loquitur: *Et benedixit Deus diei septimo et sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omnibus operibus suis, quae coepit Deus facere*. Itaque res creatae fieri coeperunt. At Dei Verbum cum principium, ex quo sit, nullum habeat, merito nec esse nec fieri coepit, sed semper fuit. Opera igitur principium, cum fiunt, habent, quod quidem principium rebus, quae fiunt, prius est; Verbum autem cum non sit ex numero rerum quae fiunt, ipse potius rerum principium habentium effector est. Deinde ipsum esse sive natura rerum factarum in eo ipso, quod fiunt, modum et mensuram habet, easque Deus ab aliquo principio per Verbum facere incoepit, ut nempe esset perspicuum, illas non fuisse priusquam fierent. At Verbum non in alio principio habet ut sit, quam solo in Patre, qui, ut illi etiam consentiunt, principii est expers, ut ipse quoque Filius sine principio existat in Patre, a quo genitus est, non P. 526. autem creatus.

e. Gobl. et Felckm. 1. *πάλιν* omittunt. Idem ibidem, Anglican. et Felckm. 4. *ἧς ἐκτίσω*.

f. Anglic. Gobler. Felckmanni 1. et 5. *ἐκτίσατο*.

g. Sic Seguer. In aliis et editis *τῶν* deest.

h. Seguer. et Reg. *ἤρξατο*. Editi et alii *ἤρξαντο*. Paulo post Segu. *ἤρξατο εἶναι*. Felckm. 4. *ἤρξατο, οὐδέ* etc.

i. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *τῶν ἀρχήν*. Editi et alii *τῶν τὴν ἀρχήν*.

k. Felckm. 2. et editio Commel. omittunt *διὰ τοῦ λόγου*. Ibid. Seguer. *ἵνα καὶ τὸ μὴ εἶναι*. In aliis et editis deest *καί*.

l. Seguer. *τῷ καὶ κατ' ἐκείνους*. Editi et alii *τῷ κατ' ἐκείνους*. Ibidem Seguer. et Reg. *αὐτὸς ἀνάρχως*. Ceteri et editi *αὐτὸς ἄναρχος*.

P. 526. 58. *Οὕτως ἄρα ἡ θεία γραφὴ τὴν διαφορὰν τοῦ γεννήματος οἶδε καὶ τῶν ποιημάτων, καὶ τὸ μὲν γέννημα υἱὸν οὐκ ἀπό τινος ἀρχῆς ἀρξάμενον ἀλλ' ἀΐδιον δείκνυσι, τὸ δὲ ποίημα ὡς ἔξωθεν ἔργον τοῦ πεποιηκότος τυγχάνον ἀρξάμενον τοῦ γίνεσθαι* [a] *σημαίνει. οὕτως γὰρ καὶ ὁ Ἰωάννης, περὶ τοῦ υἱοῦ θεολογῶν καὶ γινώσκων τὴν τῶν λέξεων διαφοράν, οὐκ εἶπεν· ἐν ἀρχῇ γέγονεν ἢ πεποίηται, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος*[1]), *ἵνα* [b] *τὸ γέννημα τῷ ἦν συνεξακούηται, καὶ μὴ ἐν διαστάσει τις λογίσηται, ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἀϊδίως ὑπάρχοντα τὸν υἱὸν πιστεύῃ. τούτων δὲ οὕτω δεικνυμένων, πῶς,* [c] *ὦ Ἀρειανοί, μὴ νοήσαντες τὰ ἐν τῷ δευτερονομίῳ ῥητὰ καὶ ἐν τούτῳ πάλιν ἀσεβεῖν εἰς τὸν κύριον* [d] *ἐτολμήσατε, λέγοντες ποίημα ἢ κτίσμα ἤτοι γέννημα εἶναι αὐτόν; ταὐτὸν γὰρ τὸ γέννημα καὶ τὸ ποίημα σημαίνειν φάσκετε. καὶ ἐντεῦθεν γὰρ οὐδὲν ἧττον ἀπαίδευτοι καὶ ἀσεβεῖς γνωσθήσεσθε. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ῥητόν ἐστι τοῦτο· οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ* [e] *ἐκτήσατό σε καὶ ἐποίησέ σε καὶ ἔκτισέ σε; καὶ μετ' ὀλίγα ἐν τῇ αὐτῇ ᾠδῇ φησι· θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες καὶ* [f] *ἐπελάθου θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε*[2]). *ἡ δὲ διάνοια πάνυ θαυμαστὴ τυγχάνει οὖσα. οὐ γὰρ εἴρηκε πρῶτον τὸ* [g] *ἐγέννησεν, ἵνα μὴ ἀδιάφορος ἡ λέξις ᾖ πρὸς τὸ ἐποίησε, καὶ πρόφασιν εὕρωσιν οὗτοι* [h] *λέγειν· Μωσῆς ἐξ ἀρχῆς μὲν εἶπεν εἰρηκέναι τὸν θεόν· ποιήσωμεν ἄνθρωπον*[3]), *αὐτὸς δὲ μετὰ ταῦτα ἔφησε· θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, ὡς ἀδιαφόρων τῶν λέξεων οὐσῶν, ταὐτὸν γὰρ* [i] *τὸ γέννημα καὶ ποίημά ἐστιν· ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐκτήσατο καὶ ἐποίησε λοιπὸν ὕστερον τὸ ἐγέννησεν ἐπήγαγε, ἵνα καὶ ἑρμηνείαν ὁ λόγος ἔχων φανῇ. ἐν μὲν γὰρ τῷ ἐποίησεν ἀληθῶς σημαίνει τῶν ἀνθρώπων τὸ κατὰ φύσιν, ὅτι ἔργα τέ ἐστι καὶ ποιήματα, ἐν δὲ τῷ ἐγέννησε δηλοῖ τὴν τοῦ θεοῦ γενομένην εἰς ἀνθρώπους μετὰ τὸ κτίσαι αὐτοὺς φιλανθρωπίαν,* [k] *καὶ ἐπειδὴ ἀχάριστοι γεγόνασιν ἐπὶ ταύτῃ, λοιπὸν Μωσῆς ὀνειδίζων αὐτοὺς πρῶτον μέν φησι· ταῦτα* [l] *κυρίῳ ἀνταποδίδοτε; εἶτα ἐπάγει· οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἐκτήσατό σε καὶ ἐποίησέ σε καὶ ἔκτισέ σε; καὶ δεύτερον πάλιν λέγει· ἔθυ-*

1) Ioan. 1, 1. 2) Deuter. 32, 6. 18. 3) Genes. 1, 26.

a. Gobler. et Felckmanni 1. *γίνεσθαι τυγχάνειν σημαίνει.* Ibidem Seguer. *οὕτως γὰρ καί.* Alii et editi *οὕτως καί.*

b. Sic Seguer. et Felckm. 4. At editi et alii *ἵνα τῷ γεννήματι τὸ ἦν.*

c. Sic Seguer. At alii et editi *ὦ* omittunt. Mox Seguer. *ῥητά.* Celeri et editi *ῥήματα.*

d. Reg. et Felckmanni 5. *ἐτόλμησαν.* Ibid. Seguer. et Felckmanni 4. *λέγοντες ποίημα.* Alii et editi *λέγοντες ἢ ποίημα.* Item ibidem Seguer. et Felckm. 4. *ἤτοι γέννημα,* quamquam iidem cum aliis mox habent *ταυτὸν γὰρ τὸ γέννημα.*

e. Reg. et Felckm. 5. *ἐκτίσατο* quod item vertit Nannius.

f. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. At alii et editi *ἀπελάθου.* Mox Seguer. *τυγχάνουσά ἐστι.*

g. Seguer. Reg. et Felckm. 4. *ἐγέννησεν.* Editi et alii *ἐγέννησα.*

58. Id igitur inter eum, qui genitus est, et res factas discrimen P. 528. novit divina Scriptura, quae et eum, qui genitus est, Filium esse nec ab aliquo coepisse principio sed aeternum esse declarat, rem autem factam, tanquam opus extra effectorem existens, fieri incoepisse docet. Hinc enim Ioannes de Filio disserens nec horum vocabulorum ignorans differentiam non dixit: In principio factus aut formatus est, sed *In principio erat Verbum*, ut per hanc vocem *erat* genitus esse agnosceretur, nullusque temporum fingeret intervalla, sed semper et ab aeternitate Filium extitisse crederemus. Quae cum ita esse probatum sit, qui fit, o Ariani, ut his, quae in Deuteronomio habentur, non intellectis, rursus impii in Dominum esse audeatis, cum dicitis illum factum vel creatum sive genitum esse? Contenditis enim, rem genitam et rem factam idem significare. At nihilo secius ex hoc ipso loco imperitiae et impietatis convincemini. Itaque hic est primus, de quo agitur, locus: *Numquid non hic ipse pater tuus possedit te et fecit te et creavit te?* et paulo post in eodem Cantico: *Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Dei te nutrientis.* Quorum quidem verborum sententia admirabilis plane est. Nec enim primùm dixit *genuit*, ne id vocabulum idem posset significare ac *fecit*, indeque ansam illi haberent ita loquendi: Moyses quidem narravit Deum a principio dixisse: *Faciamus hominem*; idem autem post haec dixit: *Deum qui te genuit dereliquisti*, ut pote cum hae voces utrumque promiscue significent, siquidem idem est res genita ac facta. Verum post verba *possedit* et *fecit* addidit verbum *genuit*, ut oratio suam secum interpretationem haberet. Nam dictione *fecit* vere id, quod naturae hominum proprium est, significat, eos nempe facta esse opera; at dictione *genuit* summam Dei erga homines benignitatem postquam illos creavit indicat, in quam quia se praebuerunt ingratos, eos merito obiurgat Moyses. Hinc primo ait: *Haeccine Domino rependitis?* deinde subiungit: *Numquid non hic ipse pater tuus possedit te, fecit te et creavit te?* Postea vero pergit: *Immolaverunt daemoniis et non Deo, diis quos ignorabant.*

h. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At editi et alii *καὶ λέγωσι· Μωσῆς μὲν ἐξ ἀρχῆς οὕτως εἶπεν εἰρηκέναι.* Mox Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. *αὐτὸς δὲ μετὰ ταῦτα.* Editi et alii *αὐτὸς καὶ μετὰ ταῦτα.* Seguer. ibidem *πάλιν ἔφησε.*

i. Seguer. *τὸ γένημα.* Gobler. Felckm. 1. et 4. *τὸ γέννημα.* In aliis et edit. Commel. deest *τό.* Mox pro *ἐκτήσατο,* ut habent editio Commel. et mss. aliquot, Seguer. Angl. Gobl. Felckm. 1. et 5 habent *ἐκτίσατο.* Ibid. Reg. *ὕστερον ἐπάγει.*

k. Felckm. 4. *καὶ λοιπὸν ἐπειδή.*

l. Reg. Basil. et Angl. *ταῦτα τῷ κυρίῳ.* Ibid. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. et 4. *εἶτα ἐπάγει· οὐκ αὐτός* etc. At alii et editio Commel. omittunt *εἶτα ἐπάγει.* Item ibid. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἐκτίσατό σε.* Ibid. Seguer. et Felckm. 4. *καὶ ἐποίησέ σε· καὶ δεύτερον* etc. Felckm. 5. *ἐποίησέ σε· καὶ ἔπλασέ σε. καὶ μετ᾽ ὀλίγα ἐν τῇ αὐτῇ ᾠδῇ φησιν ἔθυον.* Gobler. et Felckm. 1. *ἐποίησέ σε. καὶ πάλιν· ἔθυον.* Seguer. ibid. et Scriptura *ἔθυσαν.* Alii et editi *ἔθυον.*

p. 527. σαν δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ, θεοῖς οἷς οὐκ ᾔδεισαν· [a]καινοὶ πρόσφατοι ἥκασιν, οὓς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν· θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες[1]).

59. Ὁ μὲν γὰρ θεὸς οὐ μόνον ἀνθρώπους αὐτοὺς ἔκτισεν, ἀλλὰ καὶ υἱοὺς ἐκάλεσεν, ὡς γεννήσας αὐτούς. [b]τοῦ γὰρ υἱὸς καὶ ὧδε σημαντικόν ἐστι τὸ ἐγέννησεν, ὡς καὶ διὰ τοῦ προφήτου φησίν· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα[2]), καὶ ὅλως ὅτε ἡ γραφὴ υἱὸν σημᾶναι βούλεται, οὐ διὰ τῆς ἔκτισα ἀλλὰ πάντως διὰ τῆς ἐγέννησα λέξεως σημαίνει. καὶ τοῦτο πάλιν Ἰωάννης [c]φαίνεται λέγων· ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν[3]), πάνυ καλῶς ἐχούσης [d]καὶ ἐνταῦθα τῆς παρατηρήσεως. τὸ μὲν γὰρ γενέσθαι διὰ τὸ μὴ φύσει ἀλλὰ θέσει [e]αὐτοὺς λέγεσθαι υἱούς φησι, τὸ δὲ ἐγεννήθησαν διὰ τὸ ὅλως ὄνομα υἱοῦ καὶ αὐτοὺς εἰληφέναι εἴρηκεν. ἀλλ' ὁ λαός, ὡς ὁ προφήτης φησίν[4]), ἠθέτησαν τὸν εὐεργέτην. [f]αὕτη δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία ἐστίν, ὅτι ὧν ἐστι ποιητής, τούτων καὶ πατὴρ κατὰ χάριν ὕστερον γίνεται· γίνεται δέ, ὅταν οἱ κτισθέντες ἄνθρωποι, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, λάβωσιν εἰς τὰς καρδίας ἑαυτῶν τὸ πνεῦμα [g]τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κρᾶζον Ἀββᾶ ὁ πατήρ[5]). οὗτοι δέ εἰσιν, ὅσοι δεξάμενοι τὸν λόγον ἔλαβον ἐξουσίαν παρ' αὐτοῦ τέκνα θεοῦ γενέσθαι· ἄλλως [h]γὰρ οὐκ ἂν γένοιντο υἱοί, ὄντες φύσει κτίσματα, εἰ μὴ τοῦ ὄντος φύσει καὶ ἀληθινοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὑποδέξονται. διὸ ἵνα τοῦτο γένηται, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα [i]τὸν ἄνθρωπον δεκτικὸν θεότητος ποιήσῃ. ταύτην τὴν διάνοιαν καὶ παρὰ Μαλαχίου τοῦ προφήτου μαθεῖν ἔξεστι λέγοντος· οὐχὶ θεὸς εἷς ἔκτισεν ὑμᾶς; οὐχὶ πάντων ὑμῶν εἷς πατήρ[6]); καὶ ἐνταῦθα γὰρ πάλιν πρῶτον τὸ ἔκτισε καὶ δεύτερον τὸ πατὴρ ἔθηκεν, ἵνα δείξῃ [k]καὶ αὐτὸς ὅτι ἐξ ἀρχῆς μὲν κατὰ φύσιν ἐσμὲν κτίσματα, καὶ κτίστης ἡμῶν ἐστιν ὁ θεὸς διὰ τοῦ λόγου, ὕστερον δὲ υἱοποιούμεθα, καὶ λοιπὸν ὁ κτίστης θεὸς γίνεται καὶ πατὴρ ἡμῶν. οὐκοῦν τὸ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστιν [l]ἴδιον, καὶ οὐ τὸ κτίσμα ἀλλὰ τὸ

1) Deuter. 32, 6. 17. 18. 2) Esa. 1, 2. 3) Ioan. 1, 12. 13. 4) Esa. 1. 2. 3. 5) Galat. 4, 6. 6) Malach. 2, 10.

a. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. Anglic. et Reg., quorum tres ultimi habent καινοί et οὓς οὐκ ᾔδεισαν, alii vero κενοί et οἷς οὐκ ᾔδεισαν. Sed alii et editi sic hunc locum habent: θεοῖς οἷς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν aliis omissis. Ibidem Felckm. 4. post ἐγκατέλιπες addit καὶ ἐπελάθου τοῦ τρέφοντός σε.

b. Reg. Gobl. et Felckm. 1. τὸ γὰρ υἱός.

c. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. Alii vero et editi οἶδεν Ἰωάννης λέγων. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. addunt τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, quae in aliis et editione Commel. desunt. Solus Seguerian. ibidem habet οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός.

d. Sic Seguerian. Reg. Basil. Anglican. Felckm. 4. et 5. At in aliis et editis deest

Novi recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Deum, qui te genuit, dereliquisti. P. 527.

59. Deus enim non tantum homines creavit, sed etiam filios vocavit, tanquam si illos genuisset. Nam vox *genuit* filium indicat, uti per Prophetam dicit: *Filios genui et exaltavi.* Quocirca quoties Scriptura de filio loquitur, non vocem *creavi* usurpat, sed vocem *genui.* Id videtur Ioannes his verbis significare: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomen eius, qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex Deo geniti sunt;* quae verba e re fuerit observare. Siquidem verbum *fieri* adhibet, quia non natura sed adoptione filii esse dicuntur, dictione autem *geniti sunt* usus postea est, quia illi quoque nomen filii acceperunt. Sed populus, ut ait Propheta, repulit benefactorem. Haec est autem Dei benignitas, quod quorum effector est, horum etiam pater gratiâ postea fiat, quod tunc contingit, cum creati homines, ut ait Apostolus, *Spiritum* Filii eius *clamantem Abba Pater* in suis cordibus suscipiunt. Hi porro sunt, qui suscepto Verbo *potestatem* ab eo accepere *filios Dei fieri.* Nec enim alio modo filii possunt fieri, cum ex natura sua sint creati, nisi Spiritum eius, qui naturalis et verus est Filius, acceperint. Quod ut fieret, Verbum caro factum est, ut hominem ad divinitatem recipiendam idoneum redderet. Eandem hanc sententiam licet discere ex Malachia Propheta ita loquente: *Numquid non Deus unus creavit vos? Numquid non pater unus omnium vestrum?* Hic enim primùm posuit *creavit,* deinde *pater,* ut nempe ostenderet, nos a principio naturâ creatos esse, Deumque creatorem nostrum esse per Verbum, postea vero nos filios adoptione effici, tumque Deum creatorem nostrum etiam fieri patrem. Itaque Pater proprius est Filii, nec aliquid creatum sed Filius est quoque Patris proprius. Quocirca inde

καί. Mox Seguer. et Felckm. 4. *τὸ μὲν γὰρ γενέσθαι.* Editio Commel. et alii mss. *τὸ μὲν γενέσθαι.*

e. Sic Seguer. Reg. Basil. et Felckm. 4. At alii et editio Commel. *αὐτοῦ.*

f. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. Editi vero et alii *αὐτὴ δέ.* Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. omittunt *καὶ πατήρ.*

g. Sic Seguer. et Felckm. 4. At Basil. Anglic. et Reg. *τοῦ υἱοῦ κράζον.* Alii et editi *τοῦ θεοῦ κράζον.*

h. Sic Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. Editi vero et alii *ἄλλως δὲ οὐκ ἄν.*

i. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. Editi vero et alii *ἵνα τὸ ἀνθρώπινον δεκτικὸν θεότητος ποίησῃ, καὶ υἱὸν καλέσῃ.* Ibidem omnes mss. *ταύτην τὴν διάνοιαν.* Editi *ταύτην διάνοιαν.* Item ibid. Gobl. et Felckm. 1. *καὶ Μαλαχίας διδάσκει, οὐχί.* Iidem ibidem et Seguer. Reg. Basil. et Anglic. *εἷς* post *θεός* addunt, alii et editi omittunt. Ibid. Seguer. Basil. Anglic. et Felckm. 4. *ὑμᾶς.* Editi et alii *ἡμᾶς.* Gobler. et Felckm. 1. ibid. *ἡμῶν.* Ceteri et editi *ὑμῶν.* Mox *πάλιν* deest in Seguer. et Felckm. 4.

k. Sic Seguer. Reg. Basil. Anglic. Felckmanni 4. et 5. At alii et editio Commel. *καὶ αὐτά.*

l. Basil. *ἀΐδιον.* Ibidem Seguer. Angl. et Felckm. 4. addunt *καὶ οὐ τὸ κτίσμα, ἀλλὰ τὸ υἱὸς τοῦ πατρός ἐστιν ἴδιον,* quae in aliis et editis desiderantur.

p. 527. υἱὸς τοῦ πατρός ἐστιν ἴδιον. ὥςτε καὶ ἐκ τούτου δείκνυσθαι μὴ εἶναι ἡμᾶς φύσει υἱούς, ἀλλὰ τὸν ἐν ἡμῖν υἱόν, καὶ μὴ εἶναι πάλιν [a]ἡμῶν φύσει πατέρα τὸν θεόν, ἀλλὰ τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου, ἐν ᾧ καὶ δι' ὃν κράζομεν Ἀββᾶ ὁ πατήρ. ὥςπερ δὲ τοῦτο, οὕτως ὁ πατὴρ ἐν οἷς ἐὰν βλέπῃ τὸν ἑαυτοῦ υἱόν, τούτους καὶ αὐτὸς υἱοὺς καλεῖ, p. 528. καὶ λέγει ἐγέννησα, ἐπειδήπερ τὸ μὲν γεννᾷ σημαντικόν [b]ἐστιν υἱοῦ, τὸ δὲ ποιεῖν δηλωτικόν ἐστι τῶν ἔργων. διὰ τοῦτο γοῦν ἡμεῖς οὐ πρῶτον γεννώμεθα, ἀλλὰ ποιούμεθα, γέγραπται γάρ· ποιήσωμεν ἄνθρωπον[1]), ὕστερον δὲ δεξάμενοι τὴν τοῦ πνεύματος χάριν λεγόμεθα τό τε λοιπὸν καὶ γεννᾶσθαι. ἀμέλει καὶ ἐν τῇ ᾠδῇ [c]Μωσῆς ὁ μέγας μετὰ διανοίας καλῆς πρῶτον τὸ ἐκτήσατο καὶ ὕστερον τὸ ἐγέννησεν εἴρηκεν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀκούσαντας τὸ ἐγέννησεν ἐπιλαθέσθαι αὐτοὺς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἑαυτῶν φύσεως, ἀλλ' ἵνα γινώσκωσιν ὅτι ἐξ ἀρχῆς μέν εἰσι κτίσματα, ὅταν δὲ κατὰ χάριν λέγωνται γεννᾶσθαι ὡς υἱοί, ἀλλ' οὐδὲν ἧττόν εἰσι πάλιν οἱ ἄνθρωποι ποιήματα κατὰ φύσιν.

60. Ὅτι δὲ οὐ ταὐτόν ἐστι κτίσμα καὶ γέννημα, ἀλλὰ διεστήκασιν ἀλλήλων τῇ τε φύσει καὶ τῇ ἐκ τῶν λέξεων σημασίᾳ, αὐτὸς ὁ κύριος ἐν αὐταῖς ταῖς παροιμίαις δείκνυσιν. εἰρηκὼς γὰρ [d]τὸ κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ ἐπήγαγε· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με[2]). εἰ μὲν οὖν ἦν φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ κτίσμα ὁ λόγος, καὶ μὴ διαφορὰ ἦν τοῦ γεννήματος πρὸς τὸ κτίσμα, οὐκ ἂν ἐπήγαγε τὸ γεννᾷ με, ἀλλ' ἤρκεῖτο τῷ ἔκτισεν, ὡς τῆς λέξεως ταύτης σημαινούσης τὸ ἐγέννησε· νῦν δὲ εἰρηκώς· ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ ἐπήγαγεν οὐχ ἁπλῶς [e]τὸ γεννᾷ με, ἀλλὰ μετὰ συμπλοκῆς τοῦ δὲ συνδέσμου, ὡς ἀσφαλιζόμενος ἐν τούτῳ τὴν τοῦ ἔκτισε λέξιν, λέγων· πρὸ δὲ πάντων [f]βουνῶν γεννᾷ με. τὸ γὰρ γεννᾷ με τῷ ἔκτισε συμπεπλεγμένως ἐπιφερόμενον μίαν ποιεῖ τὴν διάνοιαν, καὶ δείκνυσιν ὅτι τὸ μὲν ἔκτισε διά τι εἴρηται, τὸ δὲ γεννᾷ με πρὸ τοῦ ἔκτισέν ἐστιν. ὥςπερ γὰρ εἰ ἔμπαλιν εἰρήκει· κύριος γεννᾷ με, καὶ ἐπέφερε· πρὸ δὲ [g]πάντων βουνῶν ἔκτισέ με, πάντως προηγεῖτο τοῦ ἐγέννησε τὸ ἔκτισεν· οὕτως εἰρηκὼς πρῶτον ἔκτισεν, εἶτα ἐπαγαγών· πρὸ δὲ πάντων γεννᾷ με, ἐξ ἀνάγκης δείκνυσι προηγεῖσθαι [h]τὸ ἐγέννησε τοῦ ἔκτισε. καὶ γὰρ καὶ λέγων·

1) Gen. 1, 26. 2) Prov. 8, 22. 25.

a. Reg. ἡμᾶς mendose. Editio Comm. ὑμῶν. Ceteri omnes ἡμῶν.

b. Seguer. Reg. Basil. Anglic. Felckm. 4. et 5. ἐστιν υἱοῦ. Editi et alii ἐστι τοῦ υἱοῦ. Seguer. ibid. omittit δηλωτικόν ἐστι.

c. Seguer. πάλιν Μωσῆς. Gobler. et Felckm. 1. ἐν τῇ ᾠδῇ πρῶτον τὸ ἐκτίσατο. Ibid. Seguerian. Basil. Anglic. et Felckmanni 4. ἐκτήσατο. Editi et alii ἐκτίσατο.

d. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. In aliis et editis τό deest. Mox Seguer.

perspicuum etiam est, nos non naturâ filios esse, sed Filium, qui in P. 527. nobis est, nec vicissim Deum patrem nostrum natura esse, sed Verbi, quod in nobis est, in quo et per quod clamamus *Abba Pater*. Similiter Pater illos, in quibus suum Filium viderit, filios vocat, et dicit *genui*, quandoquidem verbum *gignere* filium significat, ut verbum *facere* P. 528. ad opera refertur. Hinc nos non primùm gignimur, sed fimus, unde scriptum est: *Faciamus hominem*. Postea vero gratia Spiritus accepta gigni dicimur. Certe magnus Moyses in Cantico optime priore in loco dixit *possedit*, deinde *genuit*, ne audientes *genuit* nostrae naturae, qualis ab initio fuit, oblivisceremur, sed ut disceremus, nos ab initio creatos esse, atque cum gigni gratiâ dicimur, nihilominus nos ex natura homines factos esse.

60. Quod autem non idem sit res creata et genita, sed inter se et naturâ et verborum significatione differant, ipse Dominus in iisdem Proverbiis declarat. Nam postquam dixit: *Dominus creavit me initium viarum suarum*, subdidit: *Ante omnes colles gignit me*. Quod si Verbum naturâ et substantiâ creatum esset, nihilque rem genitam inter et creatam differret, non subiunxisset *gignit me*, sed satis habuisset dictionem *creavit* usurpare, quippe quae idem ac *genuit* significaret. Verum ubi dixit: *Creavit me initium viarum suarum in opera sua*, non simpliciter addidit *genuit me*, sed cum coniunctione *vero*, ut hoc modo dictionem *creavit* confirmaret, cum dicit: *Ante omnes vero colles gignit me*. Nam verbum *creavit* cum vocabulo *gignit me* coniunctum unam perficit sententiam, indicatque aliquam ob causam dictum esse *creavit*; ut et *gignit me* esse ante *creavit*. Quemadmodum enim si rursus dixisset: *Dominus gignit me*, deindeque addidisset: *ante omnes vero colles creavit me*; profecto *creavit* prius esset quam *genuit*; ita quandoquidem primùm dixit *creavit*, deinde subiunxit: *ante omnes vero gignit me*, necessario ostendit, *genuit* prius esse quam *creavit*. Namque dicendo: *ante omnes vero gignit me*, se alium

Reg. et Felckm. 5. *πάντων βουνῶν*. Alii et editi *πάντων τῶν βουνῶν*.

e. Seguer. *ἁπλῶς, γεννᾷ με*.

f. Seguer. Reg. et Felckm. 5. *πάντων βουνῶν*. Editi et alii *πάντων τῶν βουνῶν*. Ibidem Seguer. *τῷ γὰρ γεννᾷ με τὸ ἔκτισε*. Felckm. 2. et editio Commel. *βουνῶν γεννᾷ με. τὸ ἔκτισε συμπεπλεγμένως*.

g. Seguer. *πάντων ἔκτισέ με*. Reg. Basil. Anglic. et Felckm. 4. *πάντων βουνῶν ἔκτισέ με*. Alii et editi *πάντων τῶν βουνῶν ἔκτισέ με*. Ibid. Seguer. *τὸ ἔκτισε τοῦ ἐγέννησεν*. Editi *τὸ τοῦ ἐγέννησε* etc. Ceteri mss. ut in textu.

h. Seguer. *τό, ἐγέννησε*. Editi et alii *τὸ γέννημα*.

P. 528. πρὸ πάντων γεννᾷ με, ἄλλον ἑαυτὸν εἶναι τῶν πάντων σημαίνει,
δειξάσης ἐν τοῖς πρὸ τούτων τῆς ἀληθείας, [a] ὅτι περ τῶν κτισμά-
των οὐδὲν ἕτερον τοῦ ἑτέρου προγέγονεν, ἀλλ' ἀθρόως ἅμα πάντα
[b] τὰ γεννητὰ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ προστάγματι ὑπέστη. διὰ τοῦτο γοῦν
οὐδὲ τὰ ἐπὶ τοῦ ἔκτισε ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ γεννᾷ με κεῖται· ἀλλ'
ἐπὶ μὲν τοῦ ἔκτισε κεῖται ἀρχὴν ὁδῶν, ἐπὶ δὲ τοῦ γεννᾷ με οὐκ
εἶπεν· ἀρχὴν γεννᾷ με, ἀλλὰ πρὸ πάντων γεννᾷ με. [c] ὁ δὲ πρὸ
πάντων ὢν οὐκ ἔστιν ἀρχὴ τῶν πάντων, ἀλλ' ἄλλος ἐστὶ τῶν πάν-
των. εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶ τῶν πάντων, ἐν οἷς καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν πάν-
των σημαίνεται, [d] δῆλον ὅτι ἄλλος ἐστὶ τῶν κτισμάτων, καὶ συνί-
P. 529. σταται φανερῶς, ὅτι ἄλλος ὢν ὁ λόγος τῶν πάντων καὶ πρὸ πάν-
των ὢν ὕστερον κτίζεται ἀρχὴ τῶν ὁδῶν εἰς [e] ἔργα διὰ τὴν ἐναν-
θρώπησιν, ἵνα ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ὅς ἐστιν ἀρχή, πρωτότοκος
ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα [f] γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων[1]).

61. Τοιαύτης τοίνυν οὔσης τῆς διαφορᾶς τοῦ ἔκτισε καὶ τοῦ γεννᾷ με καὶ τῆς ἀρχῆς ὁδῶν καὶ τοῦ πρὸ πάντων, τῶν μὲν ἀνθρώπων κτίστης ὢν ὁ θεὸς [g] οὕτως, ὥςπερ εἴρηται, γίνεται καὶ ὕστερον πατὴρ διὰ τὸν ἐν αὐτοῖς οἰκοῦντα λόγον αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου τὸ ἔμπαλιν· πατὴρ γὰρ [h] ὢν αὐτοῦ φύσει ὁ θεὸς γίνεται μετὰ ταῦτα καὶ κτίστης αὐτοῦ καὶ ποιητής, ὅταν τὴν κτισθεῖσαν καὶ ποιηθεῖσαν ἐνδύσηται σάρκα ὁ λόγος καὶ γένηται ἄνθρωπος. ὥςπερ γὰρ οἱ ἄνθρωποι λαμβάνοντες τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ γίνονται τέκνα δι' αὐτοῦ, οὕτως ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ὅτε καὶ αὐτὸς ἐνεδύσατο τῶν ἀνθρώπων τὴν σάρκα, τότε λέγεται καὶ κτίζεσθαι καὶ πεποιῆσθαι. εἰ μὲν οὖν ἡμεῖς κατὰ φύσιν υἱοί, δῆλον ὅτι κἀκεῖνος κατὰ φύσιν κτίσμα καὶ ποίημα· εἰ δὲ ἡμεῖς θέσει καὶ κατὰ χάριν γινόμεθα υἱοί, [i] δῆλον ὅτι καὶ ὁ λόγος διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς χάριν γενόμενος ἄνθρωπος εἴρηκε· κύριος ἔκτισέ με. εἶτα ἐπειδὴ τὸ κτιστὸν ἐνδυσάμενος γέγονεν ἡμῖν ὅμοιος κατὰ τὸ σῶμα, [k] διὰ τοῦτο εἰκότως καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ πρωτότοκος ἐκλήθη. εἰ γὰρ καὶ μεθ' ἡμᾶς [l] δι' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν διὰ τὴν τοῦ σώματος ὁμοίωσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ [m] πρωτότοκος λέγεται καὶ ἔστιν ἡμῶν, ἐπειδὴ πάντων τῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων κατὰ τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδάμ, πρώτη τῶν ἄλλων ἐσώθη καὶ ἠλευθερώθη ἡ ἐκείνου σάρξ, ὡς αὐτοῦ τοῦ λόγου σῶμα γενομένη, καὶ

1) Coloss. 1, 18.

a. Seguer. ὅτι τῶν.

b. Seguerian. Reg. et Felckm. 5. τὰ γεννητά. Ceteri et editi τὰ γένη.

c. Seguer. omittit. ὁ δέ. Mox idem et Reg. Gobl. Felckm. 1. 4. et 5. addunt εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶ τῶν πάντων, quae in aliis et editis desiderantur. Gobler. et Felckm. 1. ἄλλως.

d. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et editi δηλονότι.

e. Seguerian. et Felckm. 1. εἰς ἔργα. Ceteri et editi εἰς τὰ ἔργα.

ab omnibus esse declarat, cum ex supra dictis constet, nullam e rebus P. 528. creatis prius altera factam esse, sed res omnes factas uno eodemque mandato simul extitisse. Hinc nec eadem adiuncta sunt dictionibus *creavit* et *gignit me*, sed post *creavit* additur *principium viarum*; at non dixit: principium gignit me, sed *ante omnes gignit me*. Atqui is, qui ante omnes est, non est omnium principium, sed alius est ab omnibus. Quod si alius est ab omnibus, inter quae ipsum quoque principium omnium comprehenditur, haud dubium est, quin alius sit a rebus creatis. Et proinde cum Verbum aliud sit ab omnibus atque P. 529. ante omnia existat, evidens est, ipsum postea humana assumta natura creari principium viarum in opera, ut, quemadmodum ait Apostolus, ille, qui principium et primogenitus est ex mortuis, idem ipse in omnibus primatum teneat.

61. Quapropter cum id discriminis intercedat inter *creavit* et *gignit me* atque *principium viarum* et *ante omnes*, concludendum est, Deum, qui hominum creator est, per suum Verbum, quod in illis habitat, eorundem patrem postea fieri. De Verbo autem contraria omnino est ratio. Siquidem Deus, qui Verbi Pater naturâ est, eius post haec creator et effector factus est, cum scilicet Verbum creatam et factam carnem induit et homo factus est. Nam sicut homines spiritu Filii accepto filii per ipsum efficiuntur; ita Dei Verbum cum humanam carnem induit, tunc et creari et factum esse dicitur. Itaque si nos naturâ filii sumus, fatendum quoque est, Verbum naturâ et creatum et factum esse. Sed si nos adoptione tantum et gratia filii efficimur, clarum pariter est, Verbum propter gratiam nobis donandam factum hominem dixisse: *Dominus creavit me*. Deinde quandoquidem creato corpore assumto nostri secundum corpus similis factus est, ideo non immerito et frater noster et primogenitus appellatus est. Nam tametsi post nos homo propter nos factus est, ac proinde frater noster ob corporis similitudinem; verum ea ratione dicitur et est noster primogenitus, quatenus omnibus hominibus Adae peccato perditis eius caro ut pote Verbi corpus facta prima omnium servata est et liberata, indeque nos, ut qui cum Verbo corpore sumus coniuncti, per idem eius corpus salvi efficimur. In illo siquidem nobis Dominus

f. Gobl. et Felckm. 1. *γένηται πᾶσιν πρωτεύων*. Mox Seguer. et Reg. *οὔσης διαφορᾶς*.

g. Sic mss. At editi *οὗτος*.

h. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. Alii vero et editi *γάρ* omittunt.

i. Seguer. *φανερὸν ὅτι*.

k. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. Alii vero et editi *σῶμα τοῦτο, εἰκότως*.

l. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. At alii et editi omittunt *δι' ἡμᾶς*.

m. Seguer. Reg. et Felckm. 4. *πρωτότοκος*. Ceteri et editi *πρῶτος*.

P.529. λοιπὸν ἡμεῖς ὡς σύσσωμοι τυγχάνοντες κατ' ἐκεῖνο σωζόμεθα. ἐν ἐκείνῳ γὰρ ἡμῶν καὶ ὁδηγὸς ὁ κύριος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα γίνεται, λέγων· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ θύρα[1]), καὶ δι' ἐμοῦ δεῖ πάντας εἰςελθεῖν. ὅθεν καὶ πρωτότοκος λέγεται πάλιν ἐκ τῶν νεκρῶν, οὐχ ὅτι πρῶτος ἡμῶν ἀπέθανε, προετεθνήκειμεν γὰρ ἡμεῖς, ἀλλ' ὅτι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεξάμενος θάνατον καὶ τοῦτον καταργήσας ἀνέστη [a]πρῶτος ὡς ἄνθρωπος, ὑπὲρ ἡμῶν ἀναστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα· λοιπὸν γὰρ ἀναστάντος ἐκείνου, καθ' ἑξῆς καὶ ἡμεῖς ἀπ' ἐκείνου καὶ δι' ἐκεῖνον ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγειρόμεθα.

62. Εἰ δὲ [b]καὶ πρωτότοκος τῆς κτίσεως[2]) λέγεται, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξισούμενος τοῖς κτίσμασι καὶ πρῶτος αὐτῶν κατὰ χρόνον πρωτότοκος λέγεται (πῶς γάρ, ὅπουγε μονογενής ἐστιν αὐτός;), ἀλλὰ
P.530. διὰ τὴν πρὸς τὰ κτίσματα συγκατάβασιν τοῦ λόγου, καθ' ἣν καὶ πολλῶν γέγονεν ἀδελφός. ὁ γάρ τοι μονογενής, οὐκ ὄντων ἄλλων ἀδελφῶν, μονογενής ἐστιν, ὁ δὲ πρωτότοκος διὰ τοὺς [c]ἄλλους ἀδελφοὺς πρωτότοκος λέγεται. διὰ τοῦτο γοῦν οὐδαμοῦ τῶν γραφῶν εἴρηται πρωτότοκος τοῦ θεοῦ οὐδὲ κτίσμα τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὸ μονογενὴς καὶ τὸ υἱὸς καὶ ὁ λόγος καὶ ἡ σοφία εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει καὶ τὴν [d]ἰδιότητα· ἐθεασάμεθα γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός[3]), καί· ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ[4]), καί· εἰς τὸν αἰῶνα, κύριε, ὁ λόγος σου διαμένει[5]), [e]καί· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν[6]), καί· Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία[7]), καί· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός[8]), καί· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος[9]). τὸ δὲ πρωτότοκος εἰς τὴν κτίσιν ἔχει τὴν [f]συγκατάβασιν· αὐτῆς γὰρ καὶ πρωτότοκος ἐλέχθη. καὶ τὸ ἔκτισε δὲ εἰς τὰ ἔργα τὴν χάριν ἔχει· εἰς αὐτὰ γὰρ καὶ κτίζεται[10]). εἰ μὲν [g]οὖν μονογενής ἐστιν, ὥςπερ οὖν καὶ ἔστιν, ἑρμηνευέσθω τὸ πρωτότοκος, εἰ δὲ πρωτότοκός ἐστι, μὴ ἔστω μονογενής. οὐ δύναται γὰρ ὁ αὐτὸς μονογενής τε καὶ πρωτότοκος εἶναι, εἰ μὴ ἄρα πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο, ἵνα μονογενὴς μὲν διὰ τὴν ἐκ πατρὸς γέννησιν, ὥςπερ εἴρηται, πρωτότοκος δὲ διὰ τὴν εἰς τὴν κτίσιν συγκατάβασιν [h]καὶ τὴν τῶν πολλῶν ἀδελφοποίησιν. ἀμέλει τῶν δύο τούτων ῥητῶν ἀντικειμένων ἀλλήλοις, κρατεῖν ἄν τις εἴποι δικαίως ἐπὶ

1) Ioan. 14, 6; 10, 9. 2) Coloss. 1, 15. 3) Ioan. 1, 14. 4) 1. Ioan. 4, 9. 5) Psal. 119 [118. LXX.], 89. 6) Ioan. 1, 1. 7) 1. Cor. 1, 24. 8) Matth. 3, 17. et 17, 5. 9) Matth. 16, 16. 10) Prov. 8, 22.

a. Seguerian. πρῶτον. Alii et editi πρῶτος.
b. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. In aliis et editis καί deest.
c. Seguer. πολλούς. Paulo post idem τῶν γραφῶν λέγεται. Mox idem κτίσμα θεοῦ.
d. Basil. ἀϊδιότητα.

ad regnum caelorum et ad suum Patrem se ducem praebuit, cum ait: P. 529. Ego sum via et ianua, ac per me omnes introire oportet. Quapropter primogenitus ex mortuis dicitur, non quod primus nostrum mortuus est, nos enim prius mortui fueramus, sed quia morte pro nobis suscepta et destructa primus ut homo revixit, cum suum corpus pro nobis ex mortuis excitavit. Hinc enim postquam revixit ille, iam nos deinceps et ab illo et propter illum revocamur quoque ad vitam.

62. Quod si *primogenitus creaturae* dicitur, non veluti rerum creatarum aequalis aut iisdem prior tempore hoc appellatur nomine (qui enim id fieri posset, cum ipse sit unigenitus?), sed ob singularem Verbi erga res creatas benignitatem, qua etiam multorum factus est P. 530. frater. Siquidem is unigenitus dicitur, cui nulli alii sunt fratres, is autem dicitur primogenitus, cui alii sunt fratres. Hinc nullo in loco Scripturarum legitur *primogenitus Dei* aut *creatura Dei*, sed ista *Unigenitus*, *Filius*, *Verbum* et *Sapientia* ad Patrem referuntur, ad quem tanquam quid proprium pertinent. *Vidimus* enim *gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre*, et: *Misit Deus Filium suum unigenitum*, et: *In saeculum, Domine, Verbum tuum permanet*, et: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum*, et: *Christus Dei virtus et Dei sapientia*, et: *Hic est Filius meus dilectus*, et: *Tu es Christus Filius Dei viventis*. *Primogenitus* autem appellatur ex summa sua erga creatam naturam humanitate; eius quippe dictus etiam est primogenitus. Dictione autem *creavit* significatur gratia, quam in opera contulit; namque in illa creatur. Si ergo unigenitus est, uti revera est, vox ista *primogenitus* est sane explicanda. Sed si primogenitus est, unigenitus dici non debet. Idem enim non potest unigenitus et primogenitus esse, nisi ad diversa respiciat, ita ut unigenitus quidem dicatur, quatenus ex Patre genitus est, quemadmodum dictum est, primogenitus vero, quatenus singulari erga creatam naturam benignitate usus est multosque sibi fratres reddidit. Certe cum duo illa nomina inter se sint contraria, haud immerito possit affirmari, nomen unigeniti proprie magis Verbo convenire, quandoquidem nullum

e. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. omittunt *καὶ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος* nec ea legit Nannius.

f. Felckm 2. et editi *κατάβασιν*. Alii mss. *συγκατάβασιν*.

g. Sic Seguer. Reg. Anglic. et Felckm. 4. Sed Anglic. *τὸ* omittit ante *πρωτότοκος*. Felckm. 2. *μονογενής ἐστιν, ἑρμηνευέσθω πρωτότοκος*. Alii et edit. Comm. *εἰ μὲν οὖν μονογενής ἐστιν· μὴ ἔστω πρωτότοκος*.

h. Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. 4. et 5. addunt *καὶ τὴν τῶν πολλῶν ἀδελφοποίησιν*, quae in aliis et in edit. Commel desunt.

P. 530. τοῦ λόγου τὸ τοῦ μονογενοῦς μᾶλλον ἰδίωμα, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἕτερον λόγον ἢ ἄλλην σοφίαν, ἀλλὰ τοῦτον μόνον ἀληθινὸν υἱὸν εἶναι τοῦ πατρός. καὶ γάρ, ὥςπερ ἔμπροσθεν εἴρηται, οὐ μετά τινος συμπεπλεγμένης αἰτίας, ἀλλὰ ἀπολελυμένως [a]μὲν εἴρηται ἐπ' αὐτοῦ τὸ ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός[1]), τὸ δὲ πρωτότοκος συμπεπλεγμένην ἔχει πάλιν τὴν τῆς κτίσεως αἰτίαν, ἣν ἐπήγαγεν ὁ Παῦλος λέγων· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα[2]). εἰ δὲ πάντα τὰ [b]κτίσματα ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη, ἄλλος ἐστὶ τῶν κτισμάτων, καὶ κτίσμα μὲν οὐκ ἔστι, κτίστης δὲ τῶν [c]κτισμάτων.

63. Οὐ διὰ τὸ ἐκ πατρὸς ἄρα πρωτότοκος ἐκλήθη, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν αὐτῷ γεγενῆσθαι τὴν κτίσιν. καὶ ὥςπερ πρὸ τῆς κτίσεως ἦν αὐτὸς ὁ υἱός, δι' οὗ γέγονεν ἡ κτίσις, οὕτως καὶ πρὸ τοῦ [d]κληθῆναι πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως ἦν οὐδὲν ἧττον αὐτὸς ὁ λόγος πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος[3]). ἀλλὰ καὶ τοῦτο μὴ νοήσαντες οἱ δυςσεβεῖς περιέρχονται λέγοντες· εἰ πρωτότοκός ἐστι
P. 531. πάσης κτίσεως, δῆλον ὅτι καὶ αὐτὸς εἷς ἐστι τῆς κτίσεως. ἄφρονες, εἰ ὅλως [e]πάσης τῆς κτίσεως πρωτότοκός ἐστιν, ἄρα πάσης τῆς κτίσεως ἄλλος ἐστίν. οὐ γὰρ εἴρηκε· πρωτότοκός ἐστι [f]τῶν ἄλλων κτισμάτων, ἵνα μὴ ὡς εἷς τῶν κτισμάτων εἶναι νομισθῇ, ἀλλὰ πάσης τῆς κτίσεως γέγραπται, ἵνα ἄλλος τῆς κτίσεως εἶναι δειχθῇ. ὁ γοῦν [g]Ῥουβὴμ[4]) οὐκ εἴρηται πρωτότοκος πάντων τῶν τέκνων τοῦ Ἰακώβ, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Ἰακὼβ καὶ τῶν ἀδελφῶν, ἵνα μὴ ἄλλος [h]παρὰ τὰ τέκνα τοῦ Ἰακὼβ εἶναι νομισθῇ. ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ὁ ἀπόστολος οὐκ εἴρηκεν· ἵνα γένηται πρωτότοκος πάντων, ἵνα μὴ [i]ἄλλο παρὰ τὸ ἡμῶν σῶμα φορεῖν νομισθῇ, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς[5]) διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς σαρκός. εἰ τοίνυν καὶ ὁ λόγος εἷς ἦν τῶν κτισμάτων, εἶπεν ἂν ἡ γραφὴ καὶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι πρωτότοκος τῶν ἄλλων κτισμάτων ἐστί· νῦν δὲ λεγόντων τῶν ἁγίων, ὅτι πρωτότοκός ἐστι [k]πάσης τῆς κτίσεως, ἄντικρυς δείκνυται ἄλλος ὢν πάσης τῆς κτίσεως καὶ μὴ κτίσμα ὁ τοῦ θεοῦ υἱός. εἰ γάρ κτίσμα ἐστίν, ἔσται καὶ [l]αὐτὸς ἑαυτοῦ πρωτότοκος. πῶς οὖν δύναται, ὦ Ἀρειανοί, καὶ πρῶτος ἑαυτοῦ καὶ δεύτερος εἶναι; ἔπειτα εἰ κτίσμα ἐστί, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις δι' αὐ-

1) Ioan. 1, 18. 2) Coloss. 1, 16. 3) Ioan. 1, 1. 4) Genes. 35, 23. 5) Rom. 8, 29.

a. Sic Seguer. Basil. et Felckm. 4. In aliis et editis μέν deest. Ibidem Seguer. et Felckm. 4. τὸ μονογενής.

b. Anglic. κτιστά.

c. Seguer. et Reg. τῶν πάντων. Editi et alii τῶν κτισμάτων.

d. Seguer. Felckm. 2. et 4. πρὸ τοῦ κληθῇ. Ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. πάσης τῆς κτίσεως. Editi et alii πάσης κτίσεως.

e. Seguer. Gobler. Felckmanni 1. et 4. ὅλως πάσης τῆς κτίσεως· Basiliens. item πάσης τῆς κτίσεως. Editi et alii εἰ ὅλως ἄρα πάσης κτίσεως.

f. Goblerian. Felckm. 1. πάντων τῶν ἄλλων. Ibidem Seguer. μὴ ὡς εἷς τῶν

aliud est verbum, nulla alia sapientia, sed solus ipse verus est Patris P. 380 Filius. Etenim, ut supra observavimus, nulla adiuncta causa, sed absolute de illo dictum est: *unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* At cum *primogenitus* dicitur, causa annectitur, creata nempe natura, ut Paulus ipse his indicat verbis: *quia in ipso creata sunt omnia.* Si porro universae res creatae in illo sunt creatae, alius certe est a rebus creatis, nec ipse res est creata, sed rerum creatarum creator.

63. Non ergo primogenitus vocatus est, quia ex Patre est genitus, sed quia in illo factae sunt res creatae. Quocirca quemadmodum ante res creatas ipse erat Filius, per quem res creatae factae sunt; ita antequam primogenitus omnium rerum creatarum dictus est, nihilominus ipsum Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Verum ea impii cum non intelligant, haec dictitando circumcursant: „Si omnium rerum creatarum primogenitus est, profecto ipse quoque una P. 381 „est e rebus creatis.“ Stulti! nam contra, si omnium plane rerum creatarum primogenitus est, ergo alius est a rebus omnibus creatis. Nec enim dixit: primogenitus aliarum rerum creatarum, ne tanquam una e rebus creatis esse putaretur; sed scriptum est: *omnium rerum creatarum,* ut alius ab illis esse ostenderetur. Hinc Ruben non dictus est primogenitus omnium liberorum Iacob, sed ipsius Iacob et fratrum, ne alius a liberis Iacob esse existimaretur. Quin etiam de ipso Domino non dixit Apostolus: Ut fiat primogenitus omnium, ne aliud corpus a nostro habere crederetur, sed *in multis fratribus* ob suae carnis cum nostra similitudinem. Igitur si etiam Verbum una esset e rebus creatis, sane Scriptura dixisset, ipsum esse aliarum rerum creatarum primogenitum. Verum cum sancti dicant, primogenitum illum esse rerum omnium creatarum, evidens profecto est, Filium Dei alium esse ab omnibus creatis rebus, non autem creatum esse. Alioquin si creatus esset, ipse sui ipsius esset primogenitus. Qui ergo fieri potest, Ariani, ut idem ipse seipso prior et posterior sit? Insuper,

κτισμάτων εἶναι νομισθῇ. Editi *μὴ εἷς τῶν κτισμάτων νομισθῇ.*

g. Reg. Basil. et Felckm. 1. *Ῥουβίν.*

h. Felckm. 2. *παρὰ τέκνα.* Gobler. et Felckmanni 1. *παρὰ τὰ τέκνα νομισθῇ.* Seguer. *παρὰ τὰ τέκνα τοῦ Ἰακὼβ νομισθῇ.*

i. Reg. et Felckm. 5. *ἄλλος.* Ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *σῶμα φορεῖν νομισθῇ.* Reg. Basil. Anglic. et Felckm. 5. *σῶμα εἶναι νομισθῇ.* Editio Commel. *σῶμα εἶναι νομισθείη.* Paulo post Seguer. *εἰ τοίνυν καὶ ὁ λόγος εἷς* et mox *γραφὴ καὶ περὶ αὐτοῦ.* Editi et alii *εἰ τοίνυν εἷς* et *γραφὴ περὶ αὐτοῦ.*

k. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *πάσης τῆς κτίσεως.* In ceteris et editis deest *τῆς.* Ibidem Seguer. Gobler. Reg. Anglic. Felckmanni 1. 4. et 5. addunt *ἄντικρυς δείκνυται ἄλλος ὢν πάσης τῆς κτίσεως,* quae in aliis et editione Commel. desunt. Anglic. ibidem *πάσης κτίσεως.*

l. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. In aliis et editis deest *αὐτός.* Mox Gobl.

P. 531. τοῦ γέγονε καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκε, πῶς δύναται καὶ κτίζειν τὴν κτίσιν καὶ [a] εἷς εἶναι τῶν ἐν αὐτῷ συνεστηκότων; ἀτόπου δὲ τῆς τοιαύτης αὐτῶν ἐπινοίας φαινομένης, ἐλέγχονται παρὰ τῆς ἀληθείας, ὅτι πρωτότοκος μὲν ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ἐκλήθη διὰ τὴν τῆς σαρκὸς συγγένειαν, πρωτότοκος δὲ ἐκ τῶν νεκρῶν διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν εἶναι τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν, πρωτότοκος δὲ πάσης κτίσεως διὰ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ πατρός, δι' ἣν ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ οὐ μόνον τὰ πάντα [b] συνέστηκεν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις, περὶ ἧς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, ἀπεκδεχομένη τὴν ἀποκάλυψιν τῶν [c] υἱῶν τοῦ θεοῦ ἐλευθερωθήσεταί ποτε ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ[1]). οὕτως δὲ αὐτῆς ἐλευθερωθείσης, ἔσται [d] καὶ αὐτῆς μετὰ καὶ πάντων τῶν τεκνοποιηθέντων πρωτότοκος ὁ κύριος, ἵν' ἐν τῷ λέγεσθαι [e] πρῶτον αὐτὸν τὰ μετ' αὐτὸν διαμείνῃ, ὥςπερ ἔκ τινος ἀρχῆς τοῦ λόγου συνημμένα.

P. 532. 64. Ἡγοῦμαι δὲ καὶ τοὺς ἀσεβεῖς αὐτοὺς ἐντραπήσασθαι ἐκ τῆς τοιαύτης διανοίας· εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχοι, [f] ὥςπερ εἴπομεν, ἀλλ' ὡς τῇ οὐσίᾳ κτίσμα ἐν κτίσμασιν πρωτότοκον αὐτὸν θελήσουσιν εἶναι πάσης τῆς κτίσεως, σκοπείτωσαν ὅτι καὶ τῶν ἀλόγων καὶ τῶν ἀψύχων [g] αὐτὸν ἀδελφὸν καὶ ὅμοιον ὑπονοήσουσιν εἶναι. πάσης γὰρ τῆς κτίσεως καὶ ταῦτα μέρη τυγχάνει ὄντα. ἀνάγκη δὲ τὸν πρωτότοκον μόνῳ μὲν τῷ χρόνῳ πρῶτον εἶναι, τῷ δὲ γένει καὶ τῇ ὁμοιότητι τὸν αὐτὸν εἶναι πρὸς πάντας. πῶς οὖν καὶ τοῦτο λέγοντες οὐ πᾶσαν ἀσέβειαν ὑπερβάλλουσιν; ἢ τίς ἀνέξεται τούτων [h] ταῦτα λεγόντων; ἢ πῶς καὶ μόνον αὐτοὺς ἐνθυμουμένους τοιαῦτα οὐ μισήσειεν ἄν τις; πᾶσι γάρ ἐστι δῆλον, ὅτι [i] οὔτε δι' ἑαυτὸν ὡς κτίσμα ὢν οὔτε διὰ τὸ συγγένειάν τινα κατ' οὐσίαν πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν ἔχειν πρωτότοκος [k] αὐτῆς ἐκλήθη, ἀλλ' ὅτι καὶ κατ' ἀρχὴν μὲν δημιουργῶν ὁ λόγος τὰ κτίσματα συγκαταβέβηκε τοῖς γενητοῖς, ἵνα γενέσθαι ταῦτα δυνηθῇ. οὐκ ἂν γὰρ [l] ἤνεγκεν αὐτοῦ τὴν φύσιν ἄκρατον καὶ πατρικὴν οὖσαν λαμπρότητα, εἰ μὴ φιλανθρωπίᾳ πατρικῇ συγκαταβὰς ἀντελάβετο καὶ κρατήσας

1) Rom. 8, 19. 21.

et Felckmanni 1. πῶς οὖν δύναται, ὦ οὗτοι.

a. εἷς abest a Felckm. 2. et 4. Ibidem Seguer. τῶν ἐν αὐτῷ. Alii et editi τῶν ἐν αὐτῇ.

b. Segu. Gobl. Felckm. 1. et 4. συνέστησεν.

c. Seguer. et Felckm. 4. τῶν υἱῶν, ut et habet Scriptura. Editi et alii τῶν τέκνων. Ibidem ποτε abest a Segueriano, Gobler. Felckm. 1. et 4.

d. Gobler. et Felckm. 1. ἔσται αὐτῆς μετὰ πάντων. Felckmanni 5. ἔσται καὶ αὐτῆς μετὰ δὲ πάντων.

e. Felckm. 5. πρωτότοκον. Ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. τὰ μετ' αὐτὸν διαμείνῃ, ὥςπερ ἔκ τινος ἀρχῆς τοῦ λόγου συνημμένα. Felckm. 1. mendose τὰ μὴ ἐν αὐτόν pro τὰ μετ' αὐτόν. Basiliens. vero τὰ μετ' αὐτὸν ὥςπερ ἔκ τινος ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ λόγου συνημ-

si creatus est, resque universae creatae per ipsum factae sunt et in ipso consistunt, quomodo et res creatas creare et una ex rebus, quae in ipso consistunt, potest esse? Quae illorum commenta cum absurda esse luculenter pateat, certe a veritate ipsa convincuntur, quae quidem nos docet, illum primogenitum in multis fratribus ob carnis cognationem vocatum fuisse, primogenitum vero ex mortuis, quia ex ipso et post ipsum mortuorum est resurrectio, denique primogenitum omnis creaturae propter Patris in homines benignitatem, per quam non solum omnia in ipsius Verbo constituta sunt, verum ipsa etiam creatura, quae, ut ait Apostolus, *revelationem filiorum Dei expectans, liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.* Cuius hoc pacto liberatae nec non omnium, qui filii facti fuerint, Dominus primogenitus futurus est, ut cum ipse primus dicitur, ea quae post ipsum sunt, perseverent, ut pote quae ex Verbo tanquam ex aliquo principio pendeant. P. 531.

64. Sane nec ego dubitem, quin ipsos etiam impios pudeat suae huiusmodi sententiae. Nisi enim ita se res habeat, uti supra diximus, sed eum naturâ creatum inter res creatas velint esse rerum omnium creatarum primogenitum, animadvertant se eo progressuros, ut illum brutarum animantium rerumque inanimatarum fratrem et similem esse opinentur. Siquidem hae quoque partes sunt rerum omnium creatarum. Necesse est autem primogenitum solo tempore primum esse, genere verò et similitudine eundem esse ac omnes, quorum est primogenitus. An non porro, cum haec dicunt, omnem praetergrediuntur impietatem? Quis vero haec illos dicentes ferat? aut potius quis vel talia cogitantes odio non prosequetur? Palam enim omnibus est, neque eum propter se, tanquam si creatus esset, neque ob aliquam cognationem, quam secundum naturam cum omnibus rebus creatis habeat, earum esse primogenitum appellatum; sed quatenus Verbum, cum res creatas initio effecit, se ad eas benigne accommodavit, ut fieri possent. Nec enim eius naturam, quae purus et paternus est splendor, ferre potuissent, nisi se ad illas paterna benignitate accommo- P. 532.

μένα. Felckm. 5. *τὰ μετ' αὐτὸν συνημμένα ὥσπερ ἔκ τινος ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ λόγου διαμείνῃ.* Reg. *πρῶτον αὐτὸν, συνημμένα ὥσπερ ἔκ τινος ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ λόγου διαμείνῃ.* Alii et editi *τὰ μετὰ ταῦτα διαμείνῃ, ὥσπερ ἔκ τινος ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ λόγου συνημμένα.*

f. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. *ὡς προείπομεν.* Ceteri et editi *ὥσπερ εἴπομεν.* Paulo post Felckm. 4. *θέλουσιν* idemque et Seguer. ac Felckm. 5. *πάσης τῆς κτίσεως.* Editi et alii *πάσης κτίσεως.*

g. Felckm. 2. et editi *ἀψύχων αὐτῶν.* Ceteri mss. *ἀψύχων αὐτόν.* Ibid. Seguer. Reg. Basil. Angl. Felckm. 4. et 5. *ὑπονοήσουσιν.* Editi et alii *ὑπονοοῦσιν.*

h. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et editi *τοιαῦτα.*

i. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *οὔτε δι' ἑαυτόν.* Reg. et Felckmanni 5. *οὐ δι' ἑαυτόν.* Basil. et Angl. *οὐδὲ δι' αὐτόν.* Ceteri et editi *οὐδὲ δι' ἑαυτόν.*

k. Segu. et Reg. *αὐτῆς.* Alii et editi *αὐτός.*

l. Seguer. *ἤνεγκαν.*

P. 632. αὐτὰ εἰς οὐσίαν ἤνεγκε. καὶ δεύτερον δὲ πάλιν, ὅτι [a]καὶ συγκαταβάντος τοῦ λόγου υἱοποιεῖται καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις δι' αὐτοῦ, ἵνα καὶ αὐτῆς, καθάπερ εἴρηται, πρωτότοκος κατὰ πάντα γένηται, ἔν τε τῷ κτίζειν καὶ ἐν τῷ εἰςάγεσθαι ὑπὲρ πάντων εἰς [b]αὐτὴν τὴν οἰκουμένην. οὕτω γὰρ γέγραπται· ὅταν δὲ εἰςαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προςκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ[1]). [c]ἀκουέτωσαν οἱ χριστομάχοι καὶ σπαραττέτωσαν ἑαυτούς, ὅτι τὸ εἰςελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν οἰκουμένην ἐποίησε καὶ πρωτότοκον πάντων κληθῆναι, ὥςτε τοῦ μὲν πατρὸς εἶναι μονογενῆ τὸν υἱὸν διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ μόνον [d]αὐτὸν εἶναι, τῆς δὲ κτίσεως πρωτότοκον διὰ τὴν τῶν πάντων υἱοποίησιν. ὡς δὲ ἐν ἀδελφοῖς πρωτότοκος καὶ ἐκ νεκρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων[2]) ἀνέστη, οὕτως ἐπειδήπερ ἔπρεπεν ἐν πᾶσιν αὐτὸν πρωτεύειν, διὰ τοῦτο καὶ ἀρχὴ ὁδῶν κτίζεται, ἵνα [e]ταύτης ἐπιβάντες καὶ εἰςελθόντες δι' αὐτοῦ λέγοντος· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ θύρα[3]), μεταλαβόντες τε
P. 633. τῆς περὶ τοῦ πατρὸς γνώσεως, ἀκούσωμεν καὶ ἡμεῖς· μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ[4]), [f]καί· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται[5]).

65. Τῆς ἀληθείας τοίνυν δειξάσης μὴ εἶναι κατὰ φύσιν κτίσμα τὸν λόγον, ἀκόλουθον λοιπὸν εἰπεῖν, πῶς καὶ ἀρχὴ τῶν ὁδῶν[6]) εἴρηται. ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη ἡ διὰ τοῦ Ἀδὰμ ὁδὸς ἀπώλετο, καὶ ἀντὶ τοῦ παραδείσου ἐξεκλίναμεν εἰς τὸν θάνατον, ἠκούσαμέν τε· γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ[7]), διὰ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος τοῦ θεοῦ λόγος βουλήσει τοῦ πατρὸς ἐνδιδύσκεται τὴν κτισθεῖσαν σάρκα, ἵνα ἣν ἐνέκρωσεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος διὰ τῆς παραβάσεως, ταύτην αὐτὸς ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἰδίου σώματος ζωοποιήσῃ, καὶ ἐγκαινίσῃ ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, [g]ὡς εἴρηκεν ὁ ἀπόστολος, διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ[8]). ὅπερ καὶ ἐν ἑτέρῳ σημαίνων φησίν· ὥςτε εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· [h]τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά[9]). εἰ δὲ καινὴ κτίσις γέγονεν, ἔδει ταύτης τῆς κτίσεως πρῶτόν τινα εἶναι· ἄνθρωπος μὲν οὖν ψιλὸς καὶ μόνον χοϊκός, οἷοι γεγόναμεν ἡμεῖς

1) Hebr. 1, 6. 2) 2. Cor. 15, 20. 3) Ioan. 10, 9. et 14, 6. 4) Psal. 119 [118. LXX.], 1. 5) Matth. 5, 8. 6) Prov. 8, 22. 7) Genes. 3, 19. 8) Hebr. 10, 20. 9) 2. Cor. 5, 17.

a. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. ὅτι καὶ συγκαταβάντος. In aliis et editis καί deest. Ibidem Regius υἱοποιεῖται ἡ κτίσις, ἵνα καί etc. Mox Seguer. Gobl. Felckm. 1. καθάπερ εἴρηται. Felckm. 4. καθὰ εἴρηται. Editi et alii καθὰ προείρηται. Ibid. Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 4. κατὰ πάντα γένηται. Alii et editi κατὰ πάντα γεγένηται.

b. Felckmanni 2. et editi εἰς τήν etc. Ceteri mss. εἰς αὐτὴν τήν etc. Ibidem Felckm. 5. οὕτω γέγραπται. Item ibid. Segnerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. ὅταν εἰςαγάγῃ.

dasset, iisdemque naturam ut essent dedisset. Alia autem ratio est, P. 532. quod eiusdem Verbi benignitate res creatae filiorum dignitatem per ipsum consequuntur, ut illarum, sicuti diximus, modis omnibus primogenitus fieret, tum cum eas creat, tum cum ipse in orbem terrarum omnium causa introducitur. Namque ita scriptum est: *Cum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Audiant Christi inimici seque ipsi discerpant, quod nimirum eius in orbem terrarum ingressus causa est cur omnium primogenitus sit appellatus. Quocirca Patris quidem unigenitus est Filius, quoniam solus ipse ex illo est; est autem rerum creatarum primogenitus, quia omnes adoptione filii efficiuntur. Ut porro inter fratres primogenitus est, idemque ex mortuis primitiae eorum, qui dormierunt, revixit; ita quia eum in omnibus primum locum decebat obtinere, ideo etiam principium viarum creatur, ut per illud incedentes et per Filium, qui ait: *Ego sum via et ianua,* ingressi, factique cognitionis Patris participes, nos etiam audiamus: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege* P. 533. *Domini,* et: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

65. Cum igitur ipsa declaret veritas, Verbum naturâ non esse creatum, consequens est ut iam explicemus, quare principium viarum appellatum fuerit. Nempe quoniam perierat prima per Adamum via, nec amplius in Paradisum tendebamus, sed ad mortem deflexeramus, audieramusque: *Terra es et in terram reverteris,* idcirco clementissimum Dei Verbum volente Patre creatam carnem induit, ut quam primus homo violata lege morte affecerat, eidem sui corporis sanguine vitam redderet, *nobisque viam novam et viventem per velamen,* ut ait Apostolus, *id est per carnem suam innovaret.* Quod idem alibi his verbis significat: *Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce omnia nova facta sunt.* Si porro nova creatura facta est, sane inter novas has res creatas primum aliquem esse oportuit; atqui merus homo et tantummodo terrestris, quales nos post violatam legem facti

c. Seguer. ἀκουσάτωσαν. Alii et editi ἀκουέτωσαν.

d. αὐτόν abest a Felckm. 4. Ibidem Felckm. 2. et editi τῆς δὲ κτίσεως πρωτότοκος. Ceteri mss. habent πρωτότοκον.

e. Basiliens. et Felckm. 5. ταύτῃ. Mox Felckm. 2. et editio Commel. ἐγώ εἰμι ὁ λόγος pro ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός ut habent alii mss. Ibidem Seguer. μεταλαβόντες τῆς τοῦ πατρὸς etc. Gobler. Felckm. 1. et 4. μεταλαβόντες τῆς περὶ τοῦ πατρός etc. Editi et alii μεταλαβόντες τε τῆς περὶ τοῦ πατρός etc. Item ibid. Seguer. ἀκούωμεν. Gobler. Felckmanni 1. et 4. ἀκούομεν. Ibidem Reg. ποτε καὶ ἡμεῖς. Felckm. 5 ποτε ἡμεῖς.

f. Felckm. 5. addit οἱ πορευόμενοι ἐν νομῷ κυρίου, quae desunt in aliis et editione Commel. Ibidem Gobler. et Felckmanni 1. omittunt ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. In Felckm. 4. deest tantum τὸν θεόν.

g. Gobler. et Felckm. 1. omittunt ὡς εἴρηκεν ὁ ἀπόστολος. Mox idem et Seguer. habent τουτέστι τῆς σαρκός.

h. Sic mss. At editi καὶ τά etc. Mox τὰ πάντα deest in Seguer. Ibid. Felckm. 5. εἰ δὲ καὶ καινή.

P.533. ἐκ τῆς παραβάσεως, οὐκ ἠδύνατο εἶναι· καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κτίσει ἄπιστοι γεγόνασιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ δι' αὐτῶν ἀπώλετο ἡ πρώτη· χρεία δὲ ἦν ἄλλου τοῦ ἀνανεοῦντος καὶ τὴν πρώτην καὶ τὴν καινὴν γενομένην διατηροῦντος. οὐκοῦν [a]φιλανθρώπως οὐχ ἕτερός τις ἀλλ' ὁ κύριος ἀρχὴ τῆς καινῆς κτίσεως κτίζεται ὁδός, καὶ εἰκότως λέγει· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ [b]εἰς ἔργα αὐτοῦ, ἵνα μηκέτι κατὰ τὴν πρώτην ἐκείνην ὁ ἄνθρωπος πολιτεύηται, ἀλλ' ὡς ἀρχῆς οὔσης καινῆς κτίσεως καὶ τὸν Χριστὸν [c]ἔχοντες ταύτης ἀρχὴν ὁδῶν τούτῳ λοιπὸν ἀκολουθῶμεν λέγοντι· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός[1]). τοῦτο γὰρ διδάσκων [d]καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Κολοσσαεῖς ἔλεγεν· αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος, τῆς ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων[2]).

66. *Εἰ γάρ, καθάπερ εἴρηται, διὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν [e]λέγεται καὶ διὰ ταύτην αὐτὸς ἀρχή, τότε δὲ γέγονεν ἀνάστασις ὅτε τὴν ἡμετέραν σάρκα φορῶν δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θανάτῳ· φανερὸν ἂν εἴη ὅτι καὶ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν [f]οὐ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἀλλὰ τῆς ἐνσωμάτου παρουσίας αὐτοῦ σημαντικόν ἐστι. τοῦ γὰρ σώματος [g]ἴδιον ἦν ὁ θάνατος· καὶ ὥσπερ τοῦ σώματος ἴδιός ἐστιν ὁ θάνατος, οὕτως τῆς σωματικῆς
P.534. [h]παρουσίας ἴδιον ἂν εἴη τὸ λεγόμενον κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. τοῦ γὰρ σωτῆρος οὕτω κατὰ σάρκα κτισθέντος καὶ ἀρχῆς [i]γενομένου τῶν ἀνακτιζομένων καὶ ἔχοντος ἡμῶν τὴν ἀπαρχὴν ἣν προσέλαβεν ἀνθρωπίνην σάρκα, ἀκολούθως μετ' αὐτὸν καὶ ὁ μέλλων λαὸς κτίζεται, λέγοντος τοῦ Δαβίδ· γραφήτω [k]αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν, καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν κύριον[3]), καὶ πάλιν [l]ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη· καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ κύριος[4]). οὐκέτι γὰρ ἀκουσόμεθα· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ [m]φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε[5]), ἀλλά· ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθε[6])· ὥστε λέγειν ἡμᾶς· αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, [n]κτισθέντες ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς[7]). πάλιν τε ἐπειδὴ τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ὁ ἄνθρωπος τέλειος κτισθείς, ἐλλειπὴς

1) Ioan. 14, 6. 2) Coloss. 1, 18. 3) Psal. 102 [101. LXX.], 19. 4) Psal. 22 [21. LXX.], 31. 32. 5) Genes. 2, 17. 6) Ioan. 14, 3. 7) Ephes. 2, 10.

a. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At editi et alii οὐκοῦν ὁ φιλάνθρωπος.

b. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. addunt εἰς ἔργα αὐτοῦ, quae in aliis et editione Commel. desiderantur. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. ὁ ἄνθρωπος πολιτεύηται. In aliis et editis ὁ deest.

c. Seguer. et Reg. ἔχοντες. Editi mendose ἔχοντος.

d. Seguer. et Felckm. 4. διδάσκων ὁ μακάριος. Gobler. et Felckm. 1. διδάσκων ὁ ἀπόστολος. Alii vero et editi διδάσκων καὶ ὁ μακάριος.

e. Basil. ἀνάστασιν, ὅτε τὴν ἡμετέραν omissis intermediis. Mox mss. φανερὸν

sumus, is esse non poterat. Namque in prima creatione infideles P. 533. facti sunt homines, ac per eos prima illa periit creatura, et proinde opus alio erat, qui et primam renovaret et novam factam conservaret. Itaque non aliquis alius, sed Dominus mira benignitate principium novae creaturae creatur via, unde iure merito ait: *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera sua,* ut non iam secundum priorem illam vivat homo, sed ut existente iam principio novae creaturae, Christumque eius viarum principium habentes, ipsum deinceps sequamur dicentem: *Ego sum via.* Id ipse beatus Apostolus epistola ad Colossenses his verbis docet: *Ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens.*

b. Sic Regius codex, cuius hactenus meminimus in his adversus Arianos Orationibus. In alio item codice Regio optimae notae, ubi haec et sequens Oratio contra Arianos exstat, inscribitur similiter λόγος τρίτος in indice codicis. Nam ante ipsam Orationem nullus praefixus est titulus, sed initio tantum paginae haec legitur inscriptio: βιβλίον δογματικὸν τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου κατὰ Ἀρειανῶν; id est: *Liber dogmaticus sancti Patris nostri, magni Athanasii, contra Arianos.* Hunc codicem, quia praestantior est, Reg. 1. appellabimus, alterum vero Reg. 2. In Basiliensi quoque codice haec Oratio inscribitur λόγος τρίτος, in aliis vero λόγος τέταρτος. Editi consuetum praeferunt titulum τοῦ ἐν ἁγίοις etc. λόγος τέταρτος.

c. Gobler. et Felckm. 1. ὄψιν. Mox Reg. 1. et Seguer. προεφασίζοντο. Editi et alii ἐπροφασίζοντο.

d. Reg. 1. et Seguer. καὶ τοσούτῳ.

Filium non esse natura et substantia creatum, sed proprie ex Patre P. 550.
genitum, eiusque esse sapientiam et Verbum verum, per quod omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil.

EIUSDEM CONTRA ARIANOS
ORATIO TERTIA.

1. Quandoquidem semel Ariani, ut videtur, animum induxerunt a veritate desciscere, in seipsos attrahere contendunt haec Scripturae verba: *Impius cum in profundum malorum venerit, contemnit.* Neque enim convicti quiescunt, nec haerentes erubescunt, sed veluti frontem gerentes meretricis omnem pudorem exuerunt, ut suam adversus omnes defendant impietatem. Postquam enim probatum a nobis est, illorum Scripturae locorum, nempe *Dominus creavit me* et *Tanto praestantior factus Angelis* et *primogenitus* et *Qui fidelis est ei qui fecit eum,* rectam esse significationem, iisdemque veram in Christum pietatem edoceri; nescio quonam pacto illi tanquam serpentis veneno perfusi, nec videntes quae videnda sunt, nec ea, quae legunt, intelligentes, sed tanquam ex impii sui cordis profundo ructantes, iam haec Domini verba: *Ego in Patre et Pater in me est,* exagitare coeperunt. „Quo„modo, inquiunt, iste in illo et ille in isto contineri potest? Vel qua „prorsus ratione Pater, qui maior est, in Filio, qui minor est, potest „comprehendi? Aut quid mirum est Filium in Patre esse, quando„quidem etiam de nobis scriptum est: *In ipso enim vivimus et mo„vemur et sumus?*" Sane hoc illis merito pro sua perversitate accidit, ut Deum corpus esse existiment, nec intelligant, quid sit verus Pater et verus Filius, quid lux invisibilis et aeterna eiusque invisibilis splendor, quid invisibilis item substantia, quid figura et imago non P. 551.
corporea. Namque si cognoscerent, non profecto tam impie Dominum

Mox Seguer. *καὶ τὸ, πρωτότοκος· καὶ τὸ, πιστόν.*

e. Regius primus et Seguer. *δεικνυόντων.* Ibidem Seguer. *τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν.* Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *πάλιν αὐτοί.* Alii et editi *πάλιν οὗτοι.*

f. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *καρδίας.* Alii et editi *κακίας.* Ibid. Reg. 1. et Seguer. *λοιπὸν καὶ διασύρειν.* In aliis et editis deest *καί.*

g. Regius primus et Seguer. *ἢ τί θαυμαστόν.* At alii et editi *καίτοι τί θαυμαστόν.*

h. Sic Regius primus, Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At Basil. et Anglic. *μήτε τίς ἐστιν.* Alii vero et editi *καὶ μὴ νοοῦντες τίς ἐστιν* etc. Ibidem Regius primus et Seguer. *μήτε τί ἐστι φῶς.* Ceteri et editi *μήτε τίς ἐστι φῶς.* Mox Regius primus, Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. *ἀΐδιον καὶ ἀπαύγασμα.* Edit. Commel. *ἴδιον ἀπαύγασμα.*

i. Sic Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. ut et legit Nannius. At alii et editio Commel. *ἀσώματος.* Mox Regius 1. et Seguer. *εἰκὼν ἀσώματος. εἰ γάρ* etc. Editi *εἰκὼν αὐτῆς. εἰ γάρ* etc. Gobler. vero et Felckm. 1. *χαρακτὴρ ἀσώματος. εἰ γάρ.*

k. Regius primus, Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *δόξης μετὰ γέλωτος ἐδυσφήμουν, οὔτε.* Editi aliique *δόξης οὔτω μετὰ γέλωτος ἐδυσφήμουν, οὐδέ.*

p. 551. ἐδυςφήμουν, οὔτε τὰ ἀσώματα σωματικῶς ἐκλαμβάνοντες τὰ καλῶς λεγόμενα παρεξηγοῦντο. ἤρκει μὲν οὖν καὶ μόνον [a] ἀκούοντας ταῦτα λέγοντος τοῦ κυρίου πιστεύειν, ἐπεὶ καὶ ἡ τῆς ἁπλότητος πίστις βελτίων ἐστὶ τῆς ἐκ περιεργίας πιθανολογίας. ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο βεβηλοῦν ἐπεχείρησαν πρὸς τὴν ἰδίαν αἵρεσιν, ἀναγκαῖον τὴν μὲν ἐκείνων κακόνοιαν διελέγξαι, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας διάνοιαν δεῖξαι, ἕνεκά γε τῆς τῶν πιστῶν ἀσφαλείας. οὐ γάρ, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀντεμβιβαζόμενοι εἰς ἀλλήλους εἰσὶν ἐν τῷ λέγεσθαι· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), ὥςπερ ἐν ἀγγείοις κενοῖς ἐξ ἀλλήλων [b] πληρούμενοι, ὥςτε τὸν μὲν υἱὸν πληροῦν τὸ κενὸν τοῦ πατρός, τὸν δὲ πατέρα πληροῦν τὸ κενὸν τοῦ υἱοῦ, καὶ ἑκάτερον αὐτῶν μὴ εἶναι πλήρη καὶ τέλειον. σωμάτων μὲν ἴδιον τοῦτό γε· διὸ καὶ τὸ μόνον εἰπεῖν τοῦτο πλέον ἐστὶν ἀσεβείας· πλήρης γὰρ καὶ τέλειός ἐστιν ὁ πατήρ, καὶ πλήρωμα θεότητός ἐστιν ὁ υἱός. οὐδ' αὖ πάλιν, ὥςπερ ἐν τοῖς ἁγίοις γινόμενος ὁ θεὸς [c] ἐνδυναμοῖ αὐτούς, οὕτως ἐστὶ καὶ ἐν τῷ υἱῷ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς δύναμις καὶ σοφία, καὶ τὰ μὲν γενητὰ μετοχῇ τούτου ἐν πνεύματι ἁγιάζεται, αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς οὐ μετουσίᾳ υἱός ἐστιν, ἀλλὰ γέννημα τοῦ πατρὸς ἴδιόν ἐστιν. οὐκ ἔστι δὲ πάλιν οὕτως ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, ὡς τὸ ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν[2]). αὐτὸς γὰρ ὡς ἐκ πηγῆς τοῦ πατρὸς [d] ἐστιν ἡ ζωή, ἐν ᾗ τὰ πάντα ζωογονεῖταί τε καὶ συνέστηκεν· οὐ γὰρ ἡ ζωὴ ἐν ζωῇ ζῇ, ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη ζωή, ἀλλ' αὐτὸς μᾶλλον ζωογονεῖ τὰ πάντα.

2. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ τοῦ συνηγόρου τῆς αἱρέσεως Ἀστερίου τοῦ σοφιστοῦ. γέγραφε γὰρ καὶ αὐτός, εἰς τοῦτο ζηλώσας τοὺς Ἰουδαίους, ταῦτα· εὔδηλον γὰρ ὅτι [e] διὰ τοῦτο εἴρηκεν ἑαυτὸν μὲν ἐν τῷ πατρί, ἐν ἑαυτῷ δὲ πάλιν τὸν πατέρα, ἐπεὶ μήτε τὸν λόγον, ὃν διεξήρχετο, ἑαυτοῦ φησιν εἶναι, ἀλλὰ τοῦ πατρός, μήτε οἰκεῖα τὰ ἔργα, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς δεδωκότος τὴν δύναμιν. τοῦτο δὲ εἰ καὶ παιδάριον [f] ἦν ἁπλῶς εἰρηκός, συγγνώμην εἶχεν ἐκ τῆς ἡλικίας· ἐπειδὴ δὲ ὁ καλούμενος σοφιστὴς καὶ πάντα γινώσκειν ἐπαγγελλόμενός ἐστιν ὁ γράψας, πόσης ἄξιος καταγνώσεως ὁ τοιοῦτος; πῶς δὲ καὶ οὐκ ἀλλότριον ἑαυτὸν τοῦ ἀποστόλου δείκνυσιν, ἐπαιρόμενος [g] ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις[3]) καὶ νομίζων ἐν τούτοις ἐξα-

1) Ioan. 14, 10. 2) Actor. 17, 28. 3) 1. Cor. 2, 4.

a. Reg. 1. et Seguer. ἀκούοντας. Gobl. et Felckm. 1. ἀκούοντες. Ceteri et editi ἀκούσαντας. Paulo post Reg. 1. et Segu. ἐκ πριεργίας. Alii et editi ἐκ περιεργασίας.

b. Sic Reg. 1. et Seguer. At editi et alii πληρουμένοις. Mox Reg. 1. et Seguer. τὸ κενὸν τοῦ πατρὸς.... τὸ κενὸν τοῦ υἱοῦ. Reg. 2. τὸ κενὸν τοῦ πατρὸς.... τὸ κοῖλον τοῦ υἱοῦ. Editi vero τὸ κοῖλον τοῦ πατρὸς.... τὸ κοῖλον τοῦ υἱοῦ.

c. Sic Regius 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Alii autem et editio Commel. ἐνεδυνάμου.

gloriae deriderent, neque res, quae corporeae non sunt, tanquam corporeas cogitantes ea, quae recte dicta sunt, ipsi prave interpretarentur. P. 551. Par erat utique, illos his vel solum auditis utpote Christi verbis credere, cum simplex fides curiosâ eloquentia sit praestantior. Verum quoniam hoc quoque Scripturae loco ad suam confirmandam haeresim profana temeritate abuti conantur, necessarium duximus et illorum convincere improbitatem, et quae vera sit huius loci interpretatio ad fidelium securitatem patefacere. Non enim, ut illi opinantur, his verbis: *Ego in Patre et Pater in me est* significatur, eos in se invicem immitti seseque veluti vacua quaedam vasa invicem implere, ita ut Pater Filii et Filius Patris vacuitatem repleat, neuterque illorum plenus et perfectus sit. Siquidem id proprium est corporum, nec absque summa impietate vel etiam dici queat. Plenus enim et perfectus est Pater, et ipse Filius plenitudo est Patris. Nec verò eodem modo, quo Deus est in Sanctis ut eos corroboret, ita est et in Filio. Ipse enim virtus est sive robur et sapientia Patris, eiusque communione res factae in Spiritu sanctificantur; ipse autem Filius non alicuius communione filius est, sed proprius est Patris fetus. Nec item Filius est in Patre eadem ratione, quam indicant haec verba: *In ipso vivimus et movemur et sumus.* Nam ipse ex Patre existit tanquam ex fonte vita, in qua omnia cùm vitam accipiunt tum consistunt. Non enim vita in vita vivit, alioquin vita non esset, sed potius vitam ipse omnibus impertit.

2. Iam vero argutias quoque Asterii sophistae, haeresis patroni, si placet, dispiciamus. Hic enim Iudaeos aemulatus ea, quae sequuntur, scripsit. „Perspicuum enim est, inquit, illum idcirco dixisse, „seipsum in Patre et Patrem in seipso esse, quod nec ipsum quidem „sermonem, quem proferebat, sui esse diceret, sed Patris, a quo „videlicet agendi virtutem acceperat.“ Profecto si puerulus ista loqueretur, veniam ex aetate posset consequi. Cum autem haec ille scribat, qui Sophista vocatur et omnia se profitetur cognoscere, qua quaeso damnatione dignus esse censendus est? An non etiam seipsum ab Apostolo alienum probat, quippe qui persuasibilibus sapientiae sermonibus glorietur, quibus et alios se decipere posse confidit, cum tamen

d. Sic Reg. 1. et Seguer. At alii et editi ἔστι ζωὴ, ἐν ᾧ τὰ πάντα ζωογονεῖται καὶ συνέστηκεν. Regius 2. tamen habet ζωογονεῖταί τε καὶ συνέστηκεν.

e. Sic Regius primus et Seguer. At alii et editi διὰ τοῦτο εἴρηκε μὲν ἑαυτόν. Basil. mox πάλιν omittit. Ibidem Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. μήτε τὸν λόγον. Alii et editi μηδὲ τὸν λόγον. Idem ibidem Reg. 1. et Seguer. φησιν εἶναι, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς, μήτε. At alii et editi φησιν, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς εἶναι μηδέ.

f. Felckm. 2. et editi ᾗ. Ceteri mss. ἦν.

g. Reg. 1. ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ut et habet Scriptura. Felckmanni 5. ἐν πειθοῖ σοφίας λόγον. Editi ἐν πειθοῖ σοφίας λόγοις.

P.552. πατᾶν δύνασθαι, μὴ νοῶν αὐτὸς ἃ λέγει μήτε περὶ [a]τίνων διαβεβαιοῦται[1]). ἃ γὰρ ὁ υἱὸς ἴδια καὶ ἁρμόζοντα μόνῳ υἱῷ λόγῳ καὶ σοφίᾳ ὄντι καὶ εἰκόνι τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας εἴρηκε, ταῦτα οὗτος εἰς πάντα τὰ κτίσματα καταφέρει, καὶ κοινὰ τῷ τε υἱῷ καὶ τούτοις ταῦτα ποιεῖ, [b]τὴν δὲ δύναμιν τοῦ πατρὸς λέγει λαμβάνειν δύναμιν ὁ παράνομος, ἵνα ἀκολουθήσῃ τῇ δυςσεβείᾳ αὐτοῦ εἰπεῖν ὅτι καὶ ὁ υἱὸς [c]ἐν υἱῷ υἱοποιήθη, καὶ ὁ λόγος ἔλαβε λόγου ἐξουσίαν. καὶ οὐκ ἔτι μὲν αὐτὸν ὡς υἱὸν θέλει εἰρηκέναι ταῦτα, ὡς δὲ μαθόντα καὶ αὐτὸν ὁμοίως συντάσσει πᾶσι τοῖς ποιήμασιν. εἰ γὰρ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰ ῥήματα τοῦ υἱοῦ, ἃ διεξήρχετο, ἀλλ' ὅτι τοῦ πατρὸς [d]ἦν, καὶ τὰ ἔργα, ἔλεγεν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ λέγει· ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ [e]κύριος ὁ θεός[2]), ὁ δὲ Σολομῶν· οἱ ἐμοὶ λόγοι εἴρηνται ὑπὸ θεοῦ[3]), καὶ ὁ μὲν Μωσῆς τοὺς παρὰ τοῦ θεοῦ διηκόνει λόγους, [f]ἕκαστος δὲ τῶν προφητῶν οὐ τὰ ἴδια ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἔλεγε· τάδε λέγει κύριος, καὶ τὰ ἔργα, ἃ ἐποίουν οἱ ἅγιοι, οὐκ ἴδια ἀλλὰ τοῦ δεδωκότος τὴν [g]δύναμιν θεοῦ ἔλεγον εἶναι, ὡς ὁ μὲν Ἡλίας καὶ Ἐλισσαῖος ἐπικαλούμενοι τὸν θεόν, ἵνα τοὺς νεκροὺς αὐτὸς ἐγείρῃ, ὅτε καὶ τῷ Ναιεμᾶν λέγει ὁ Ἐλισσαῖος, καθαρίσας αὐτὸν ἀπὸ τῆς λέπρας· ἵνα γνῷς ὅτι ἐστὶ θεὸς ἐν Ἰσραήλ[4]), ὁ δὲ Σαμουὴλ καὶ αὐτὸς ἐν ἡμέραις θερισμοῦ ηὔχετο τὸν θεὸν δοῦναι ὑετόν, οἵτε ἀπόστολοι ἔλεγον οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει ποιεῖν τὰ σημεῖα, ἀλλὰ τῇ τοῦ κυρίου χάριτι· δῆλον ὅτι κατ' αὐτὸν κοινὴ ἂν εἴη πάντων καὶ ἡ τοιαύτη φωνή, ὥςτε καὶ ἕκαστον λέγειν δύνασθαι· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, καὶ λοιπὸν μηκέτι ἕνα εἶναι [h]τοῦτον υἱὸν θεοῦ καὶ λόγον καὶ σοφίαν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ἕνα καὶ τοῦτον τυγχάνειν.

3. Ἀλλ' εἴπερ [i]ἦν οὕτως ὁ κύριος εἰρηκώς, ἔδει μὴ εἰπεῖν αὐτόν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, ἀλλὰ μᾶλλον· κἀγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ [k]δὲ καὶ ἐν ἐμοί ἐστι, ἵνα μηδὲ ἴδιον καὶ ἐξαίρετον ἔχῃ πρὸς τὸν πατέρα ὡς υἱός, κοινὴν δὲ μετὰ πάν-

1) 1. Tim. 1, 7. 2) Psal. 85 [84. LXX.], 9. 3) Prov. 31, 1 [post cap. 24. LXX.]. 4) 2. [4. LXX.] Reg. 5, 8. coll. 15.

a. Reg. 1. et Seguer. τίνων iidemque mox ἴδια. Alii et editi τίνος et οἰκεῖα.
b. Sic Reg. 1. Segu. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editio Commel. τήν τε δύναμιν.
c. Sic Reg. 1. et Segu. At alii et editi ἐν τῷ υἱῷ. Mox Regius 1. et Seguer. ἔλαβε λόγου ἐξουσίαν. Editio Commel. et aliquot mss. λόγον ἐξουσίαν.
d. Sic Regius 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At Reg. 2. Basil. Anglic. et Felckm. 5. ἦν τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἔργα, πῶς ἔλεγεν. Alii et editi ἦν τὰ ἔργα, πῶς ἔλεγεν.
e. Sic Reg. 1. et 2. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi ὁ κύριος θεός. Ibidem Reg. 1. Seguer. Basiliens. Gobler. et Felckm. 1. Σολομῶν. Alii et editi Σαλομῶν.
f. Reg. 1. ἕκαστός τε. Mox idem et

nec ipse ea, quae dicit, nec de quibus contendit intelligat. Ea enim, P. 553.
quae Filius soli Filio, qui Verbum et sapientia ac Patris naturae imago est, convenire et propria esse docuit, iste rebus omnibus creatis attribuit, illisque cum Filio pugnat esse communia, quin etiam virtutem virtuti Patris impertiri impius asseverat, ut ex impia eius doctrina efficiatur, Filium in filio factum esse filium et Verbum potentiam verbi accepisse. Nec item eum ut filium ista vult dixisse, sed ipsum, ut qui ea quoque didicerit, unà cum aliis operibus collocat. Si enim propterea quod verba, quae proferebat Filius, non eius essent sed Patris, ut et opera, idcirco dicebat: *Ego in Patre, et Pater in me est,* cum ipse quoque David dicat: *Audiam quid loquetur in me Dominus Deus,* et Salomon: *Sermones mei a Deo dicti sunt,* cum similiter Moyses sermonum Dei administer fuerit, singulique Prophetae non propria sed Dei verba annunciaverint, unde aiebant: *Haec dicit Dominus,* cum item opera ipsa, quae Sancti effecere, non sua esse sed Dei virtutem suppeditantis affirmarint, ut ex Elia et Elisaeo patet, qui Deum invocavere, ut mortuos ipse excitaret, unde idem Elisaeus postquam Naamani lepram sanasset, ei dixit: *Ut scias esse Deum in Israel,* Samuel quoque messis tempore Deum ut pluviam daret oravit, Apostoli denique se non propria virtute sed Dei gratia signa et prodigia facere fatebantur; ex his, inquam, dilucide secundum illum sequitur, vocem huiusmodi omnium quoque esse communem, singulosque posse dicere: *Ego in Patre, et Pater in me est,* nec proinde iam unum hunc esse Dei Filium et Verbum ac Sapientiam, sed eum unum quoque ex multis esse.

3. Atqui si haec esset verborum Domini sententia, non ita eum loqui oportuisset: *Ego in Patre et Pater in me est,* sed potius: Ego etiam sum in Patre et Pater in me etiam est, ut videlicet nihil se proprium et singulare apud Patrem tanquam Filium habere, sed com-

Reg. 2. Seguer. Gobler. Felckm. 1. *τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ.* In aliis et editione Commel. *τά* deest.

g. Sic Regius 1. et 2. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. At celeri et editi *δύναμιν τοῦ θεοῦ.* Paulo post Reg. 1. et Seguer. *αὐτὸς ἐγείρῃ· ὅτε καὶ τῷ Ναιμᾶν λέγει* Alii et editi *αὐτοῖς ἐγείρῃ· ὅτε καὶ τῷ Νεεμὰν ἔλεγεν.* Porro quae sequuntur Elisaei verba ad Naaman, non habentur in Scriptura; sed ipse Naaman sanatus et ad Elisaeum reversus ait: *ἰδοὺ ἔγνωκα ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς ἐν πάσῃ τῇ γῇ, ὅτι ἀλλ' ἢ ἐν τῷ Ἰσραήλ, Vere scio quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel.*

h. Sic Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. Editi autem et alii *εἶναι τὸν τοῦ πατρὸς υἱὸν καὶ λόγον.* Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἀλλ εἴπερ.* Editi et alii *ἀλλ' ἐπείπερ.*

i. Sic Regius 1. et Seguer. At alii et editi *ἦν οὗτος ὁ κύριος, ἔδει* etc.

k. Felckmanni 2 et editi *δὲ ἐν ἐμοί.* Celeri mss. *δὲ καὶ ἐν ἐμοί.* Mox Reg 1. et 2. et Seguer. *πρὸς τὸν πατέρα ὡς υἱός.* At alii et editi *πρὸς τὸν πατέρα ὁ υἱός.*

P. 552. των ἔχῃ τὴν αὐτὴν χάριν. ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν ὡς νομίζουσιν ἐκεῖνοι· μὴ φρονοῦντες γὰρ υἱὸν εἶναι γνήσιον ἐκ πατρὸς καταψεύδονται τοῦ γνησίου, ᾧ μόνῳ ἁρμόζει λέγειν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πα-
P. 553. τὴρ ἐν ἐμοί. ἔστι γὰρ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, ὥς γε νοεῖν ἔξεστιν, ἐπειδὴ σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ τοῦτο τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἴδιόν ἐστιν, ὡς ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα καὶ [a] ἐκ πηγῆς ποταμός, ὥςτε τὸν ὁρῶντα τὸν υἱὸν ὁρᾶν τὸ τοῦ πατρὸς ἴδιον, καὶ νοεῖν ὅτι τοῦ υἱοῦ τὸ εἶναι ἐκ τοῦ πατρὸς ὂν [b] οὕτως ἐν τῷ πατρί ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, ἐπειδὴ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἴδιον τοῦτο ὁ υἱὸς τυγχάνει ὤν, ὡς ἐν τῷ ἀπαυγάσματι [c] ὁ ἥλιος καὶ ἐν τῷ λόγῳ ὁ νοῦς καὶ ἐν τῷ ποταμῷ ἡ πηγή· οὕτως γὰρ ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν θεωρεῖ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τὸ ἴδιον, καὶ νοεῖ ὅτι ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ ἐστι. τοῦ γὰρ [d] εἴδους καὶ τῆς θεότητος τοῦ πατρὸς οὔσης τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ, ἀκολούθως ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί ἐστι καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ. διὰ τοῦτο [e] γὰρ καὶ εἰκότως εἰρηκὼς πρότερον· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[1]) ἐπήγαγε τὸ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[2]), ἵνα τὴν μὲν ταυτότητα τῆς θεότητος [f] τὴν δὲ ἑνότητα τῆς οὐσίας δείξῃ.

4. Ἓν γάρ εἰσιν, οὐχ ὡς ἑνὸς πάλιν εἰς δύο μέρη διαιρεθέντος καὶ μηδὲν ὄντων πλὴν ἑνός, οὐδὲ ὡς τοῦ ἑνὸς δὶς ὀνομαζομένου, [g] ὥςτε τὸν αὐτὸν ἄλλοτε μὲν πατέρα ἄλλοτε δὲ υἱὸν ἑαυτοῦ γίνεσθαι, τοῦτο γὰρ Σαβέλλιος φρονήσας αἱρετικὸς ἐκρίθη· ἀλλὰ δύο μέν εἰσιν, ὅτι ὁ πατὴρ πατήρ ἐστι, καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς υἱός ἐστι, καὶ ὁ υἱὸς υἱός ἐστι, καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς πατήρ ἐστι, μία δὲ ἡ φύσις· οὐ γὰρ ἀνόμοιον τὸ γέννημα τοῦ γεννήσαντος, εἰκὼν γάρ ἐστιν αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστι. διὸ οὐδὲ ἄλλος [h] θεὸς ὁ υἱός, οὐ γὰρ ἔξωθεν ἐπενοήθη, ἐπεὶ πάντως καὶ πολλοί, ξένης παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐπινοουμένης θεότητος· εἰ γὰρ καὶ ἕτερόν ἐστιν ὡς γέννημα ὁ υἱός, ἀλλὰ ταυτόν ἐστιν ὡς θεός, καὶ ἕν εἰσιν αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ τῇ ἰδιότητι καὶ οἰκειότητι τῆς φύσεως καὶ τῇ ταυτότητι τῆς μιᾶς θεότητος, ὥςπερ εἴρηται. [i] καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀπαύγασμα φῶς ἐστιν, οὐ δεύτερον τοῦ ἡλίου οὐδὲ ἕτερον φῶς οὐδὲ κατὰ μετουσίαν αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ὅλον ἴδιον αὐτοῦ γέννημα. τὸ δὲ

1) Ioan. 10, 30. 2) Ioan. 14, 10.

a. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐκ πηγῆς. Alii et editio Commel. ὡς πηγῆς.

b. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. οὕτως. Ceteri et editi οὗτος.

c. Reg. 1. et Seguer. ὁ ἥλιος. In aliis et editis ὁ deest. Ibidem Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. καὶ τῷ λόγῳ. Alii et editi καὶ ἐν τῷ λόγῳ.

d. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. εἴδους. In Anglic. quoque margine notatur γρ. εἴδους. Ceteri et edit. Comm. ἰδίου.

e. Reg. 1. et Seguerian. γὰρ εἰκότως. Alii et editi γὰρ καὶ εἰκότως.

muni cum omnibus gratia gaudere significaret. Verum non ita se res P. 552. habet, ut opinantur illi, qui cum eum verum ex Patre Filium esse non sentiant, falsa de vero fingunt, cui soli dicere convenit: *Ego in Patre et Pater in me est.* Filius enim in Patre est, quantum licet P. 553. intelligere, quia totum, quod est Filius, hoc naturae Patris proprium est, eo modo quo ex luce splendor et ex fonte fluvius exoritur, adeo ut qui Filium videt, id quod proprium est Patris videat, intelligatque Filium idcirco in Patre esse, quia ex Patre habet ut sit, et vicissim Patrem in Filio esse, quia Filius est id, quod proprium est ex Patre, sicuti sol est in splendore, mens in verbo et fons in fluvio. Ita enim qui Filium contemplatur, id quod naturae Patris proprium est simul contemplatur, Patremque in Filio esse intelligit. Nam cum forma et divinitas Patris hoc ipsum sit, quod est Filius, omnino sequitur, ut Filius sit in Patre et Pater in Filio. Quocirca cum antea dixisset: *Ego et Pater unum sumus*, hic recte ait: *Ego in Patre et Pater in me est*, ut scilicet eandem amborum divinitatem unamque naturam esse doceret.

4. Unum enim illi sunt, non quod unum in duas partes sit divisum, quae nihil sint praeter unum, neque quod unum bis nominetur, ita ut idem aliquando Pater, aliquando sui Filius fiat, quae cum sentiret Sabellius, haereticus est iudicatus. Verum duo quidem sunt, quia Pater Pater est, nec ipse est Filius, et vicissim Filius est Filius, nec ipse Pater est. Una vero illorum natura est; nec enim genitoris genitus est dissimilis, cum imago eius sit, et omnia, quae Patris sunt, sint quoque Filii. Hinc Filius alius non est Deus, quia non extrinsecus effictus est; alioquin complures dii inducerentur, si extranea excogitaretur divinitas praeter Patris divinitatem. Tametsi enim *aliud est Filius ut genitus, attamen idem est ut Deus, atque adeo ipse et Pater unum sunt cum naturae proprietate tum eadem et una divinitate, quemadmodum dictum est. Enimvero ipse quoque splendor lux est, nec sole posterior neque alia lux neque quatenus eius fit particeps, sed totus proprius eius est fetus. Huiusmodi porro fetus ne-

* Ita vertimus textum Graecum secuti, licet vulgo doceant Theologi Filium non *aliud*, sed *alium* esse a Patre. Verum ista dictione *aliud* idem hic significat sanctus Athanasius, quod Theologi dictione *alius*, ut patet.

f. Seguer. *τὴν ἑνότητα.*

g. Sic Reg. 1. Seguerian. Goblerian. et Felckm. 1. At alii et editi *οὐδὲ ὥστε.* Paulo post Felckm. 5. *Σαβέλιος.*

h. Reg. 1. et 2. Seguer. Basil. Anglic. Goblerian. Felckm. 1. et 5. *θεὸς ὁ υἱός.* Editi et alii *θεὸς υἱός.*

i. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *καὶ γὰρ τό.* Alii et editi *καὶ γὰρ καὶ τό.* Paulo post Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἀλλ' ὅλον ἴδιον.* Editi et alii *ἀλλ' ὂν ἴδιον.*

P. 553. τοιοῦτον γέννημα ἐξ ἀνάγκης [a]ἕν ἐστι φῶς, καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι δύο φῶτα εἶναι ταῦτα, ἀλλὰ δύο μὲν ἥλιον καὶ ἀπαύγασμα, ἓν δὲ τὸ ἐξ ἡλίου φῶς ἐν τῷ ἀπαυγάσματι φωτίζον τὰ πανταχοῦ. οὕτω καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ θεότης τοῦ πατρός ἐστιν, ὅθεν καὶ ἀδιαίρετός ἐστι, καὶ οὕτως εἷς θεός, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ. οὕτω γοῦν ἓν αὐτῶν ὄντων καὶ [b]μιᾶς αὐτῆς οὔσης τῆς θεότητος, τὰ αὐτὰ λέγεται περὶ τοῦ υἱοῦ, ὅσα λέγεται καὶ περὶ τοῦ πατρός,
P. 554. χωρὶς τοῦ λέγεσθαι πατήρ, [c]οἷον τὸ θεός· καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος[1]), τὸ παντοκράτωρ· τάδε λέγει ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ [d]ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ[2]), τὸ κύριος· εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός[3]), τὸ εἶναι φῶς· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς[4]), τὸ ἐξαλείφειν ἁμαρτίας· ἵνα δέ, φησίν, εἰδῆτε ὅτι ἔχει ἐξουσίαν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι [e]ἁμαρτίας[5]), καὶ ὅσα ἄλλα ἂν εὕροις. πάντα γάρ, φησὶν αὐτὸς ὁ υἱός, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ [f]ἐμά ἐστι[6]), καὶ πάλιν· τὰ ἐμὰ σά ἐστιν[7]).

5. Ὁ δὲ ἀκούων τὰ τοῦ πατρὸς λεγόμενα ἐφ' υἱοῦ ὄψεται καὶ οὕτως τὸν πατέρα ἐν τῷ υἱῷ, θεωρήσει δὲ καὶ τὸν υἱὸν ἐν τῷ πατρί, ὅταν τὰ λεγόμενα ἐφ' υἱοῦ [g]ταῦτα λέγηται καὶ ἐπὶ πατρός. διατί δὲ τὰ τοῦ πατρὸς ἐφ' υἱοῦ λέγεται, ἢ ὅτι ἐξ αὐτοῦ [h]γέννημά ἐστιν ὁ υἱός; διατί δὲ καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ ἴδιά ἐστι τοῦ πατρός, ἢ ὅτι πάλιν τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἴδιόν [i]ἐστι γέννημα ὁ υἱός; τῆς δὲ οὐσίας τοῦ πατρὸς ἴδιον ὢν γέννημα ὁ υἱὸς εἰκότως καὶ τὰ τοῦ πατρὸς λέγει ἑαυτοῦ εἶναι· ὅθεν πρεπόντως καὶ ἀκολούθως τῷ μὲν λέγειν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, ἐπήγαγεν· ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[8]), [k]τούτῳ δὲ πάλιν προσείρηκεν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[9]). καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς νοῦς ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις ῥητοῖς. ὁ γὰρ οὕτως ἐγνωκώς, ὅτι ἕν εἰσιν ὁ υἱὸς καὶ ὁ πατήρ, οἶδεν ὅτι αὐτὸς ἐν τῷ πατρί ἐστι καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ· ἡ γὰρ τοῦ υἱοῦ θεότης τοῦ πατρός ἐστι καὶ [l]αὐτὴ ἐν τῷ υἱῷ ἐστι, καὶ ὁ τοῦτο δὲ καταλαβὼν πέπεισται ὅτι ὁ ἑωρακὼς τὸν υἱὸν ἑώρακε τὸν πατέρα, ἐν γὰρ τῷ

1) Ioan. 1, 1. 2) Apocal. 1, 8. 3) 1. Corinth. 8, 6. 4) Ioan. 8, 12. 5) Luc. 5, 24. 6) Ioan. 16, 15. 7) Ioan. 17, 10. 8) Ioan. 10, 30. 38. 9) Ioan. 14, 9.

a. Sic Reg. 1. et Seguer. In editis vero et aliis ἓν deest.

b. Reg. 1. et Seguer. μιᾶς αὐτῆς οὔσης. Alii et editi μιᾶς οὔσης.

c. Seguer. Reg. 2. Gobler. et Felckm. 1. οἷον θεός· καὶ θεός etc. Sic etiam in Reg. 1. prima manu, sed altera manu scribitur οἷον τὸ θεός· καὶ θεός etc. Ceteri autem et editi οἷον θεός· τὸ, καὶ θεός etc.

d. Sic Reg. 1. et 2. et Seguer. In Reg. 2. tamen habetur τὸ κύριος εἷς· εἷς κύριος. At alii et editi ὁ ἐρχόμενος· τὸ κύριος εἷς· εἷς κύριος. Ibidem Χριστός abest a Reg. 1. et Seguer.

e. Sic Reg. 1. et 2. Seguer. et Scripturae. Alii et editi τὰς ἁμαρτίας.

cessario lux una est, nec dici potest, duas illas esse luces, sed duo P. 553.
quidem esse solem et splendorem, unam vero ex sole ortam lucem esse, quae in splendore orbem illuminat universum. Ita similiter Filii divinitas est quoque ipsa Patris, quam quidem ob causam individua est, atque hoc pacto unus est Deus, nec alius est praeter illum. Quia ergo unum illi sunt, unaque ipsa est divinitas, idcirco eadem de Filio quae de Patre dicuntur, Patris excepto nomine. Sic ergo Filius dicitur Deus: *Et Deus erat Verbum*, item omnipotens: *Haec dicit qui erat* P. 554.
et qui est et qui venturus est omnipotens, similiter Dominus: *unus Dominus Iesus Christus*, lux quoque esse dicitur: *Ego sum lux*, nec non peccata delere: *Ut autem sciatis*, inquit, *quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata*, et quaecumque alia similia inveneris. Nam *omnia*, inquit ipse Filius, *quaecumque habet Pater, mea sunt*, et rursus: *mea tua sunt*.

5. Porro is, qui ea, quae Patris sunt, Filio attribui audierit, hac ratione Patrem in Filio videbit, Filiumque similiter intuebitur in Patre, cum illa, quae de Filio dicuntur, eadem quoque de Patre dicantur. Cur vero ea, quae Patris sunt, Filio attribuuntur, nisi quia Filius ex illo genitus est? Cur item quae Filii sunt, eadem propria sunt Patris, nisi quia Filius eius naturae proprius est fetus? Quare cum Filius proprius sit naturae Patris fetus, iure merito ea, quae Patris sunt, sui esse asseverat. Quapropter bene ac congruenter post haec verba: *Ego et Pater unum sumus*, subiecit: *Ut cognoscatis quia Pater in me est et ego in Patre*, post quae rursus addidit: *Qui vidit me, vidit Patrem*, quorum utique trium locorum una eademque est sententia. Qui enim ita scit, unum esse Filium et Patrem, novit certe, eum in Patre et Patrem in Filio esse. Divinitas enim Filii Patris quoque ipsa est, eademque est in Filio; quod qui comprehenderit, is persuasum facile habebit, eum, qui Filium vidit, Patrem

f. Sic Reg. 1. et Seguer. At Reg. 2. et edit. Comm. *ἐμά ἐστιν· ὁ δὲ ἀκούων* omissis intermediis. Ibidem Reg. 1. et Seguer. *τὰ τοῦ πατρὸς, υἱοῦ λεγόμενα, ἐπόψεται οὕτω τὸν πατέρα.*

g. Reg. 1. et Seguer. *λέγῃ ταῦτα καὶ ἐπὶ πατρός.* Gobler. et Felckm. 1. *λέγηται καὶ ἐπὶ πατρός.* Alii et edit. Comm. *λέγηται ἐπὶ πατρός.*

h. Reg. 1. et Seguer. *ἐστι γέννημα· διατί.* Iidem ibidem et Reg. 2. Basil. Gobl. Felckm. 1. et 5. *τὰ τοῦ υἱοῦ* etc. In aliis vero et editione Commel. *τά* deest. Item ibidem Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἢ ὅτι πάλιν.* Alii et editio Commel. *ἤ* omittunt.

i. *ἐστι* deest in Seguer. et Reg. 1. qui ultimus habet *γέννημα ὁ υἱὸς, εἰκότως* omissis intermediis. Seguer. ibidem et Gobl. Felckm. 1. ac Ioannes Damascenus, qui hunc locum citat Oratione tertia de Imaginibus, *ἴδιον ὢν γέννημα.* Editi et alii *ἴδιον ὂν γέννημα.*

k. Reg. 1. et Seguer. *τούτῳ δὲ πάλιν προςείρηκεν.* Editi et alii *τούτου δὲ πάλιν προείρηκεν.* Mox Reg. 1. et Seguer. *εἷς καὶ ὁ αὐτὸς νοῦς.* At alii et editi *εἷς ὁ αὐτὸς νοῦς.*

l. Reg. 1. et Seguer. *αὐτή.* Ceteri et editi *αὕτη.* Mox Reg. 1. et Seguer. *πέπεισται.* Damasc. *ἐπίσταται.* Ceteri et editi *πεπίστευκεν.*

P. 554. υἱῷ ἡ τοῦ πατρὸς θεότης θεωρεῖται. [a]τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ παραδείγματος τῆς εἰκόνος τοῦ βασιλέως προςεχέστερόν τις κατανοεῖν δυνήσεται. ἐν γὰρ τῇ εἰκόνι τὸ εἶδος καὶ ἡ μορφὴ τοῦ βασιλέως ἐστί, καὶ ἐν τῷ βασιλεῖ δὲ τὸ ἐν τῇ εἰκόνι εἶδός ἐστιν· ἀπαράλλακτος γάρ ἐστιν ἡ ἐν τῇ εἰκόνι τοῦ βασιλέως ὁμοιότης, ὥςτε τὸν [b]ἐνορῶντα τῇ εἰκόνι ὁρᾶν ἐν αὐτῇ τὸν βασιλέα, καὶ τὸν πάλιν ὁρῶντα τὸν βασιλέα ἐπιγινώσκειν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τῇ εἰκόνι. ἐκ δὲ τοῦ μὴ διαλλάττειν τὴν ὁμοιότητα τῷ θέλοντι μετὰ τὴν εἰκόνα θεωρῆσαι τὸν βασιλέα [c]εἴποι ἂν ἡ εἰκών· ἐγὼ καὶ ὁ βασιλεὺς ἕν ἐσμεν, ἐγὼ γὰρ ἐν ἐκείνῳ εἰμὶ κἀκεῖνος ἐν ἐμοί, καὶ ὃ ὁρᾷς ἐν ἐμοί, τοῦτο ἐν ἐκείνῳ βλέπεις, καὶ ὃ ἑώρακας ἐν ἐκείνῳ, τοῦτο
P. 555. βλέπεις ἐν ἐμοί. [d]ὁ γοῦν προςκυνῶν τὴν εἰκόνα ἐν αὐτῇ προςκυνεῖ καὶ τὸν βασιλέα, ἡ γὰρ ἐκείνου μορφὴ καὶ [e]τὸ εἶδός ἐστιν ἡ εἰκών. ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ υἱὸς εἰκών ἐστι τοῦ πατρός, ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ νοεῖν ὅτι ἡ θεότης καὶ ἡ ἰδιότης τοῦ πατρὸς τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ ἐστι. καὶ τοῦτό ἐστιν [f]ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων¹) καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί²).

6. Οὐκ ἐκ μέρους δὲ ἡ τῆς θεότητος μορφή, ἀλλὰ τὸ πλήρωμα τῆς τοῦ πατρὸς θεότητός ἐστι τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ, καὶ [g]ὅλος θεός ἐστιν ὁ υἱός. διὰ τοῦτο καὶ ἴσα θεῷ ὢν οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ¹)· καὶ πάλιν ἐπειδὴ τοῦ υἱοῦ ἡ θεότης καὶ τὸ εἶδος οὐδενὸς ἄλλου ἢ τοῦ πατρός ἐστι, τοῦτό ἐστιν ὅπερ [h]εἶπε τὸ ἐγὼ ἐν τῷ πατρί²). οὕτως θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων³), τὸ γὰρ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἐστὶν ὁ υἱός, ἐν ᾧ ἡ κτίσις πρὸς τὸν θεὸν κατηλλάσσετο. οὕτως ἃ [i]εἰργάζετο ὁ υἱὸς τοῦ πατρός ἐστιν ἔργα, τὸ γὰρ εἶδος τῆς τοῦ πατρὸς θεότητός ἐστιν ὁ υἱός, ἥτις εἰργάζετο τὰ ἔργα. οὕτως δὲ ὁ βλέπων τὸν υἱὸν ὁρᾷ τὸν πατέρα, ἐν γὰρ τῇ πατρῴᾳ θεότητί ἐστι καὶ θεωρεῖται ὁ υἱός, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ πατρικὸν εἶδος δείκνυσιν [k]ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα. καὶ οὕτως ἐστὶν ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς δὲ ἐν υἱῷ ἰδιότης καὶ θεότης δείκνυσι τὸν υἱὸν ἐν τῷ πατρὶ καὶ [l]τὸ ἀεὶ ἀδιαίρετον αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀκούων δὲ καὶ βλέπων τὰ λεγόμενα περὶ τοῦ πατρὸς ταῦτα λεγόμενα περὶ τοῦ υἱοῦ, οὐ κατὰ χάριν ἢ μετοχὴν [m]ἐπιγενόμενα τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλ' ὅτι αὐτὸ

1) Philipp. 2, 6. 2) Ioan. 14, 10. 2) 2. Cor. 5, 19.

a. Sic mss. Damasc. et Concilium secundum Nicaenum act. 4. ubi hic locus affertur. Editio vero Commel. τοῦτο καί. b. Concil. Nicaen. ἐνορῶντα τὴν εἰκόνα. Damasc. ὁρῶντα τὴν εἰκόνα. Mox Gobl. Felckm. 1. et Concil. Nicaen. καὶ πάλιν τὸν ὁρῶντα.

c. Damasc. εἴποι ἂν τούτῳ ἡ εἰκών, ἐγὼ καὶ βασιλεὺς ἕν τί ἐσμεν.

d. Damasc. ὁ γὰρ προςκυνῶν. Mox Reg. 1. et Seguer. προςκυνεῖ καὶ τόν. In aliis et editis deest καί.

e. Damasc. τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐστιν etc.

vidisse, quippe cum Patris divinitas in Filio conspiciatur. Id autem P. 554. facilius imaginis Imperatoris exemplo poterit intelligi. Nempe in imagine species quidem et forma Imperatoris est, in Imperatore autem eadem species est, quae in imagine videtur. Perfecta enim similitudo est in Imperatoris imagine, ita ut et is, qui imaginem viderit, in ipsa Imperatorem intueatur, et vicissim qui Imperatorem viderit, agnoscat illum ipsum esse, qui in imagine conspicitur. Ex eo autem, quod nulla discrepent dissimilitudine, si quis post imaginem vellet Imperatorem videre, recte illi imago diceret: „Ego et Imperator unum sumus, P. 555. „ego enim in illo sum et ille in me: quodque in me vides, idem in „illo aspicis, et quod in illo vidisti, idem in me cernis.“ Itaque qui imaginem adorat, in ea quoque Imperatorem adorat, imago siquidem eius species et forma est. Cum igitur Filius imago quoque sit Patris, intelligere necesse est, divinitatem et proprietatem Patris hoc ipsum esse, quod est Filius. Hoc autem est, quod his verbis significatur: *Qui in forma Dei existens*, et: *Pater in me.*

6. Ceterum non ex parte tantum divinitatis forma est, sed hoc, quod est Filius, plenitudo est divinitatis Patris, ita ut Filius totus sit Deus. Hinc cum aequalis Deo esset, non rapinam arbitratus est Deo aequalem esse. Similiter quia Filii divinitas et species seu forma nullius alius quam Patris est, hoc ipsum est, quod dixit: *Ego in Patre.* Sic *Deus in Christo erat mundum reconcilians sibi.* Namque naturae Patris proprius est Filius, in quo natura creata cum Deo reconciliatur. Sic ea, quae Filius agebat, opera Patris erant, quia Filius species seu forma erat Patris divinitatis, quae ipsa opera efficiebat. Sic qui videt Filium, Patrem simul videt, quia in paterna divinitate et est et cernitur Filius, paternaque species, quae in illo est, Patrem in eodem exhibet, atque hoc modo Pater est in Filio. Proprietas autem et divinitas, quae ex Patre in Filio existit, Filium in Patre commonstrat, eundemque ab eo dividi nunquam posse ostendit. Quocirca qui audit et videt ea, quae de Patre dicuntur, de Filio quoque dici, non quod haec per gratiam eius accidant naturae, aut qua-

f. Sic Reg. 1. Seguer. et Anglic. ut et habet Scriptura. Alii autem et editi ὅ.

g. Anglic. ὅλως. Reg. 2. καὶ ὁ λόγος θεός ἐστιν ὁ υἱός. Felckm. 5. καὶ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ υἱός.

h. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. εἴπομεν. Alii et editi εἶπε. Ibidem post πατρί Felckm. 5. addit καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί.

i. Reg. 1. et Seguerian. εἰργάζετο et paulo post ἥτις εἰργάζετο. Ceteri et editi ἐργάζεται et ὅστις ἐργάζεται.

k. Sic Reg. 1. et Seguerian. At alii et editi δείκνυσιν ἑαυτῷ.

l. Basiliens. et Anglic. καὶ τὸ ἀεί etc. Alii et editio Commel. καὶ ἀεί. Ibid. in codice Seguer. abscissum est folium integrum.

m. Reg. 1. ἐπιγενόμενα. Editi ἐπιγενόμενα. Mox mss. αὐτὸ τὸ εἶναι. Editio vero Commel. αὐτὸ εἶναι.

p. 555. *τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ ἴδιον τῆς πατρικῆς οὐσίας ἐστὶ γέννημα, νοήσει καλῶς τὸ εἰρημένον, καθὰ προεῖπον· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί*[1]*), καί· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν*[2]*). ἔστι γὰρ ὁ υἱὸς οἷος ὁ πατὴρ τῷ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν, διὸ καὶ μετὰ τοῦ πατρὸς σημαίνεται· πατέρα γὰρ οὐκ ἄν τις εἴποι μὴ ὑπάρχοντος υἱοῦ. ὁ μέν τοι ποιητὴν λέγων τὸν θεὸν οὐ πάντως καὶ* [a]*τὰ γενόμενα δηλοῖ, ἔστι γὰρ καὶ πρὸ τῶν ποιημάτων ποιητής, ὁ δὲ πατέρα λέγων εὐθὺς* [b]*μετὰ τοῦ πατρὸς σημαίνει καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ ὕπαρξιν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν εἰς τὸν πατέρα πιστεύει,* [c]*εἰς γὰρ τὸ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας πιστεύει, καὶ οὕτως μία ἐστὶν ἡ πίστις εἰς ἕνα θεόν, καὶ ὁ προςκυνῶν δὲ καὶ τιμῶν τὸν υἱὸν ἐν υἱῷ προςκυνεῖ καὶ τιμᾷ τὸν πατέρα, μία γάρ ἐστιν ἡ θεότης, καὶ διὰ τοῦτο μία τιμὴ καὶ μία ἐστὶ προςκύνησις* [d]*ἡ ἐν υἱῷ καὶ δι᾽ αὐτοῦ γινομένη τῷ πατρί, καὶ ὁ οὕτω προςκυνῶν ἕνα θεὸν προςκυνεῖ, εἷς γὰρ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος*
p. 556. *πλὴν αὐτοῦ. ὅτε γοῦν μόνος λέγεται ὁ πατὴρ θεὸς καὶ ὅτι εἷς θεός ἐστι καὶ τὸ ἐγώ εἰμι*[3]*)* [e]*καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεὸς καὶ τὸ ἐγὼ πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα*[4]*), καλῶς λέγεται. εἷς γὰρ θεὸς καὶ μόνος καὶ πρῶτός ἐστιν. οὐκ εἰς ἀναίρεσιν δὲ τοῦ υἱοῦ* [f]*λέγεται, μὴ γένοιτο. ἔστι γὰρ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἑνὶ καὶ πρώτῳ καὶ μόνῳ ὡς τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου καὶ πρώτου καὶ μόνος λόγος καὶ σοφία καὶ ἀπαύγασμα ὤν,* [g]*ἔστι δὲ καὶ πρῶτος καὶ αὐτός, πλήρωμα τῆς τοῦ πρώτου καὶ μόνου θεότητος, ὅλος καὶ πλήρης ὢν θεός. οὐκοῦν οὐ δι᾽ αὐτὸν εἴρηται, ἀλλ᾽ εἰς ἀναίρεσιν τοῦ μὴ εἶναι ἕτερον, οἷός ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ τούτου λόγος· καὶ ἔστι μὲν* [h]*αὐτὸς ὁ νοῦς τοῦ προφήτου φανερὸς καὶ πᾶσι πρόδηλος.*

7. *Ἐπειδὴ δὲ οἱ ἀσεβεῖς καὶ ταῦτα φέροντες δυςφημοῦσι μὲν τὸν κύριον, ὀνειδίζουσι δὲ ἡμῖν λέγοντες· ἰδοὺ εἷς καὶ μόνος καὶ πρῶτος λέγεται ὁ θεός, πῶς ὑμεῖς λέγετε τὸν* [i]*υἱὸν εἶναι θεόν; εἰ γὰρ ἦν θεός, οὐκ ἂν ἔλεγεν· ἐγὼ μόνος*[5]*), οὐδὲ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεός*[6]*)· ἀναγκαῖον* [k]*τὸν νοῦν καὶ τούτων τῶν ῥητῶν ὡς δυνατόν ἐστιν εἰπεῖν, ἵνα πάντες γνῶσι καὶ ἐκ τούτων ὅτι ὄντως εἰσὶν οἱ Ἀρειανοὶ θεομάχοι. εἰ μὲν οὖν ἅμιλλα τῷ υἱῷ ἐστι πρὸς τὸν πα-*

1) Ioan. 14, 10. 2) Ioan. 10, 30. 3) Exod. 3, 14. 4) Deut. 32, 39. et Esa. 44. 6. 5) Deuter. 32, 39. [Vulg.] 6) Deuter. 6, 4.

a. Regius primus *τὰ λεγόμενα* ut et Nannius legit. Alii et editi *τὰ γενόμενα.*
b. Regius 1. *μετὰ τοῦ πατρός.* Editi *μετὰ πατρός.*
c. Haec verba *εἰς γὰρ τὸ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας πιστεύει* desunt in Gobler. et Felckm. 1.
d. Reg. 1. *ἡ ἐν υἱῷ.* Editi *ἡ* omittunt.
e. Reg. 1. Gobler. Felckm. 1. *καί, πλὴν ἐμοῦ.* Editi *καὶ τό, πλὴν ἐμοῦ.* Ibid. Reg. 1. *οὐκ ἔστι θεός.* Editi *οὐκ ἔστιν ἄλλος θεός.* Item Regius 1. ibidem *καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα.* Editi *καὶ τὸ ἐγὼ μετὰ ταῦτα.* Paulo post Reg. 1. *ὅτε γοῦν μόνος λέγεται.* Editi *ὅτε γοῦν καὶ μόνος* etc.

tenus sit horum particeps, sed quia hoc ipsum, quod est Filius, proprius est naturae Patris fetus: ille procul dubio optime, ut iam dixi, haec verba intelliget: *Ego in Patre et Pater in me est*, et: *Ego et Pater unum sumus.* Talis siquidem est Filius qualis Pater, eo quod omnia habeat, quae Patris sunt; quo fit, ut et ipse unà cum Patre significetur. Nemo enim patrem appellaverit, nisi existat filius. Nec vero qui Deum effectorem dicit, idcirco res effectas necessario significat, siquidem opifex etiam est ante opera. Sed qui Patrem dicit, omnino cum Patre Filium quoque existere significat. Unde qui credit in Filium, in Patrem credit, quippe qui in eum credat, qui proprius est naturae Patris, atque hoc pacto una est fides in unum Deum, et ille vero, qui Filium adorat et honorat, in Filio adorat et honorat Patrem, quia una est amborum divinitas. Qua de causa unus est honor unaque adoratio, qua Pater in Filio et per Filium colitur, et qui ita adorat, unum Deum adorat, quia unus est Deus, nec alius est praeter eum. Cum ergo solus Pater dicitur Deus, cum item dicitur unus esse Deus, et *Ego sum*, et *Praeter me non est Deus*, et *Ego primus et ego post haec*; haec inquam omnia recte dicuntur, quia unus et solus et primus est Deus. Nec vero huiusmodi verbis excluditur Filius. Absit. Ipse enim est in uno, primo et solo, tanquam unius, solius et primi solum item Verbum, sapientia et splendor. Ipse item primus est, quippe qui divinitatis primi et solius plenitudo sit, totusque et plenus Deus. Itaque non eius causa illa dicta sunt, sed ad declarandum non esse alium qualis est Pater eiusque Verbum, eamque Prophetae mentem esse clarum manifestumque est omnibus.

P. 555 | P. 556.

7. Verum quandoquidem impii haec circumferentes impie de Domino loquuntur, nobisque huiusmodi verbis obtrectant: „Ecce unus „et solus et primus dicitur Deus, quare ergo vos Filium Deum quo„que esse contenditis? si enim esset Deus, non diceret: *Ego solus*, „neque quod *unus est Deus*;“ eam ob rem operae pretium est etiam de huiusmodi dictis pro nostra facultate disserere, ut inde omnibus pateat, vere Arianos Dei hostes esse. Si igitur Filio contentio esset

f. Sic Reg. 1. At Reg. 2. *λέγει ταῦτα· μὴ γένοιτο. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ καὶ πρώτῳ, ὡς τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου καὶ πρώτου μόνος λόγος* etc. Editi *λέγει ταῦτα· μὴ γένοιτο. ἔστι δὲ καὶ πρῶτος αὐτὸς ἐν τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ καὶ πρώτῳ, ὡς τοῦ ἑνὸς καὶ πρώτου καὶ μόνου μόνος λόγος.*

g. Felckm. 2. et editi *ἔστι καὶ πρῶτος.* Ceteri mss. *ἔστι δὲ καὶ πρῶτος.* Paulo post Anglic. Gobler. et Felckm. 1. *ὅλως καὶ πλήρης.* Sic etiam in Reg. 1. prima manu scriptum erat, sed altera emendatum est.

h. Sic Reg. 1. Goblerian. et Felckm. 1. At alii et editi *οὗτος ὁ νοῦς.*

i. Reg. 1. *τὸν Χριστόν.*

k. Reg. 1. *τὸν νοῦν καὶ τούτων.* Goblerian. et Felckm. 1. *τὸν νοῦν καὶ περὶ τούτων.* Editi *τοίνυν καὶ π*[illegible] Ibidem Reg. 1. *ὡς δυνατὸ*[illegible]

p. 556. τέρα, τοιαύτας [a]ἀκουέτω φωνάς, καὶ εἰ ὥςπερ Δαβὶδ ἤκουσε περὶ τοῦ Ἀδωνίου καὶ τοῦ Ἀβεσσαλώμ, οὕτως καὶ ὁ πατὴρ βλέπει τὸν υἱόν, πρὸς ἑαυτὸν λεγέτω καὶ προφερέτω τοιαῦτα ῥήματα, μήποτε ὁ υἱὸς λέγων ἑαυτὸν θεὸν ἀποστήσῃ τινὰς ἀπὸ τοῦ πατρός· εἰ δὲ ὁ γινώσκων τὸν υἱὸν γινώσκει μᾶλλον [b]τὸν πατέρα, ἀποκαλύπτοντος τοῦτον αὐτῷ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ὄψεται μᾶλλον τὸν πατέρα, καθάπερ εἴρηται. ἐλθὼν δὲ ὁ υἱὸς οὐχ ἑαυτὸν ἀλλὰ τὸν πατέρα ἐδόξασεν, λέγων μὲν τῷ προςερχομένῳ· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεός [1]), [c]ἀποκρινόμενος δὲ τῷ ἐρωτῶντι, ποία ἐντολὴ ἐν τῷ νόμῳ μείζων, ὅτι ἄκουε Ἰσραήλ, κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστι [2]), καὶ τοῖς μὲν ὄχλοις λέγων· [d]ἐγὼ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα οὐχ ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με [e]πατρός [3]), τοὺς δὲ μαθητὰς διδάσκων, ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι [4]), καὶ ὁ ἐμὲ τιμῶν τιμᾷ τὸν πέμψαντά με [5])· καὶ εἰ τοιοῦτός ἐστιν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ποία ἐναντιότης, ἵνα καὶ τοιαύτην τις ὑπόνοιαν [f]λάβῃ περὶ τῶν τοιούτων ῥητῶν; ἄλλως τε εἰ λόγος ἐστὶ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός,
p. 557. τίς οὕτως ἐστὶν ἄφρων πλὴν τῶν χριστομάχων, ὡς νομίζειν ὅτι τὸν ἑαυτοῦ λόγον διαβάλλων καὶ ἀναιρῶν τὰ τοιαῦτα λελάληκεν ὁ θεός; οὐκ ἔστιν οὗτος ὁ νοῦς Χριστιανῶν, μὴ γένοιτο. [g]οὐ γὰρ διὰ τὸν υἱὸν ταῦτα γέγραπται, ἀλλ' εἰς ἀναίρεσιν τῶν πλασθέντων παρὰ τῶν ἀνθρώπων ψευδωνύμων θεῶν, καὶ ἡ διάνοια τῶν τοιούτων ῥητῶν ἔχει τὴν αἰτίαν εὔλογον.

8. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ προςκείμενοι τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς ἀφίστανται τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ, διὰ τοῦτο ἀγαθὸς ὢν [h]καὶ κηδόμενος τῶν ἀνθρώπων ὁ θεὸς ἀνακαλούμενος τοὺς πλανηθέντας φησίν· ἐγὼ θεὸς μόνος [6]), καί· ἐγώ εἰμι, [i]καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεός [7]), καὶ ὅσα τοιαῦτά ἐστι ῥητά, ἵνα τὰ μὲν μὴ ὄντα διαβάλῃ, ἐπιστρέψῃ δὲ πάντας εἰς ἑαυτόν. καὶ ὥςπερ ἂν εἴ τις ἡμέρας οὔσης καὶ ἡλίου φαίνοντος ζωγραφοίη ξύλον ἁπλῶς οὐδὲ κἂν φαντασίαν ἔχον φωτός, [k]καὶ λέγοι τὴν εἰκόνα ταύτην αἰτίαν εἶναι τοῦ φωτός, ὁ δὲ ἥλιος τοῦτο βλέπων εἰ λέγοι· ἐγὼ μόνος εἰμὶ τὸ φῶς τῆς ἡμέ-

1) Marc. 10, 18. et Luc. 18, 19. 2) Marc. 12, 29. 3) Ioan. 6, 38. 4) Ioan. 14, 28. 5) Ioan. 5, 23. 6) [?] 7) Exod. 3, 6. et Deuter. 32, 39.

a. Regius 1. ἀκουέτω φωνάς· καὶ εἰ ὥςπερ ὁ Δαβίδ etc. Editi ἀκουέτωσαν φωνάς· καὶ εἰ ὡς Δαβίδ etc. Ibidem Reg. 1. Gobl. et Felckm. 1. Ἀβεσσαλώμ. Reg. 2. Basil. et Anglic. Ἀβεσαλώμ. Editi Ἀβσαλώμ. Item ibidem Reg. 1. Gobler. et Felckm. 1. οὕτως καὶ ὁ πατὴρ βλέπει. Editio Commel. καὶ ὁ πατὴρ οὕτως βλέπει. Reg. 1. ibid. πρὸς ἑαυτὸν λεγέτω. Editi πρὸς αὐτὸν λεγέτω.

b. Sic Reg. 1. Gobler. et Felckm. 1. Editi vero μᾶλλον καὶ τόν.

c. Reg. 1. ἀποκρινόμενος δὲ τῷ ἐρωτῶντι, ποία etc. Editi ἀποκρινάμενος δὲ τῷ ἐρωτῶντι αὐτὸν, ποία.

d. Sic Reg. 1. et Anglic. At Gobler. et Felckm. 1. λέγων ὅτι ἐγὼ ἐκ τοῦ. Editi λέγων, ἐκ τοῦ.

cum Patre, non immerito huiusmodi ille audiret voces, et si quemadmodum David de Adonia et Absalone audivit, ita Pater Filium videret, recte item haec verba sibi ipsi diceret et proferret, ne forte Filius seipsum Deum dicendo aliquos a Patre abduceret. Sed si contra se res habet, illeque, qui Filium cognoscit, Patrem melius cognoscit, quem nempe illi Filius ipse patefacit, si inquam melius quoque in Verbo, uti dictum est, videbit Patrem, si item postquam advenit Filius, non seipsum sed Patrem honoravit, unde cuidam ad se accedenti ait: *Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus,* et interroganti, quodnam maius mandatum esset in lege, respondit: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est,* turbis similiter ait: *Ego de caelo descendi, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem Patris, qui misit me,* sic quoque docebat discipulos: *Pater meus maior me est,* et: *Qui me honorat, honorat eum qui misit me*; quod si Filius talem se erga Patrem praebet, quid illic est contrarium, ut quis illa Scripturae loca hoc modo velit intelligere? In primis vero, si Verbum Filius est Patris, quis praeter Dei hostes adeo demens sit, ut suspicetur Deum haec locutum esse, quo suum Verbum calumniaretur et tolleret? Non est haec Christianorum sententia, absit. Nec enim propter Filium ista scripta sunt, sed ad falsorum deorum, qui ab hominibus ficti sunt, eversionem, idque haud absque recta ratione.

(Margin: P. 556. beside the first line; P. 557. beside the line "Filius est Patris, … ut suspi-")

8. Quia enim qui falsis diis sunt addicti a vero Deo recedunt, ideo Deus, qui bonus est curamque hominum habet, cum errantes revocat, ait: *Ego Deus solus* et *Ego sum* et *Praeter me non est Deus,* aliaque id genus, cum ut ea, quae nulla sunt, exploderet, tum ut omnes ad seipsum converteret. Ac quemadmodum si quis per diem et sole lucente lignum temere pingeret, in quo ne species quidem esset luminis, diceretque hanc imaginem causam esse lucis, quod sol animadvertens si diceret: Ego solus sum lux diei, nec est alia lux praeter me, nemo profecto haec a sole dicta esse arbitraretur, ut suum

e. Sic Reg. 1. et 2. Gobler. Felckm. 1. et 4. At in editione Commel. deest *πατρός*.

f. Reg. 1. Segu. et Basil. *λάβῃ*. Ibid. Reg. 1. et Seguer. *ῥητῶν*. Alii et editi *λάβοι* et *ῥημάτων*.

g. Sic Reg. 1. Seguerian. Goblerian. et Felckm. 1. At alii et editi *οὐδὲ διά*.

h. Sic Reg. 1. et Seguer. Ceteri autem et editi *ὢν κηδόμενος*.

i. Sic Reg. 1. et 2. Seguer. Basil. Anglic. et Felckm. 5. In aliis vero et editis *καί* deest. Mox Reg. 1. et Seguer. *διαβάλῃ*. Alii et editi *διαβάλλῃ*. Ibidem Reg. 1. et 2. Seguer. *πάντας εἰς ἑαυτόν*. Editi *πάντα εἰς ἑαυτόν*. Item ibid. Reg. 1. et Seguer. *ὥσπερ ἂν εἴ τις ἡμέρας*. Alii et editi *ὥσπερ ἂν τῆς ἡμέρας*.

k. Haec verba *καὶ λέγοι τὴν εἰκόνα ταύτην αἰτίαν εἶναι τοῦ φωτός* desunt in Basil. Ibidem Reg. 1. et Seguer. *βλέπων εἰ λέγοι*. Alii et editi *βλέπων λέγοι*. Paulo post Reg. 1. et 2. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. *ἄλλο φῶς* et post pauca *τὸ ἑαυτοῦ ἀπαύγασμα*. Alii et editi *ἄλλο τὸ φῶς* et *τὸ αὐτοῦ ἀπαύν*

P. 557. ρας, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο φῶς τῆς ἡμέρας πλὴν ἐμοῦ, οὐ πρὸς τὸ ἑαυτοῦ ἀπαύγασμα βλέπων ταῦτα λέγει, ἀλλὰ πρὸς τὴν πλάνην διὰ τὴν εἰκόνα τοῦ ξύλου καὶ ἀνομοιότητα τῆς ματαίας φαντασίας· οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ ἐγώ εἰμι [a]καὶ ἐγὼ μόνος Θεὸς[1]) καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ[2]), ἵνα τῶν ψευδωνύμων ἀποστήσῃ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ μάθωσιν αὐτὸν λοιπὸν τὸν ἀληθινὸν Θεόν. ἀμέλει ταῦτα λέγων ὁ Θεὸς διὰ τοῦ λόγου ἑαυτοῦ ἔλεγεν· εἰ μὴ ἄρα καὶ τοῦτο προςθῶσιν οἱ νῦν Ἰουδαῖοι, ὅτι μὴ διὰ τοῦ λόγου ταῦτα λελάληκεν· ἀλλ᾽ οὕτως εἴρηται, κἂν μαίνονται οἱ διαβολικοί, [b]ἐγένετο γὰρ λόγος κυρίου πρὸς τὸν προφήτην, καὶ ταῦτα ἠκούετο. εἰ δὲ αὐτοῦ ἦν ὁ λόγος, καὶ [c]δι᾽ αὐτοῦ ταῦτ᾽ ἐλέγετο, καὶ οὐκ ἔστι τι ὃ λέγει καὶ ποιεῖ ὁ Θεός, ὃ μὴ ἐν τῷ λόγῳ λέγει καὶ ποιεῖ. οὐκ ἄρα δι᾽ αὐτὸν εἴρηται, ὦ θεομάχοι, ἀλλὰ διὰ τὰ ἀλλότρια καὶ μὴ ὄντα παρ᾽ αὐτοῦ. [d]καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν εἰρημένην εἰκόνα καὶ ὁ ἥλιος, εἰ τὰς φωνὰς ἔλεγεν ἐκείνας, οὐκ ἐκτὸς ἔχων τὸ ἑαυτοῦ ἀπαύγασμα, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἀπαυγάσματι δεικνὺς ἑαυτοῦ τὸ φῶς [e]ἤλεγχε τὴν πλάνην, καὶ εἶπεν ἂν τοιαῦτα. οὐκοῦν οὐκ εἰς ἀναίρεσιν τοῦ υἱοῦ οὐδὲ δι᾽ αὐτόν ἐστι τὰ τοιαῦτα ῥητά, ἀλλ᾽ εἰς ἀθέτησιν τοῦ ψεύδους. ἐξ ἀρχῆς γοῦν ὁ Θεὸς οὐκ εἶπε τῷ Ἀδὰμ τὰς τοιαύτας φωνάς, καί τοι ὄντος τοῦ λόγου σὺν αὐτῷ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· οὐ γὰρ ἦν χρεία μήπω γενομένων εἰδώλων. ὅτε δὲ ἀντῆραν ἄνθρωποι κατὰ τῆς ἀληθείας καὶ ὠνόμασαν ἑαυτοῖς
P. 558. οὓς ἤθελον θεούς, τότε δὴ καὶ τοιούτων χρεία γέγονεν ῥημάτων εἰς ἀναίρεσιν τῶν μὴ ὄντων θεῶν. ἐγὼ δ᾽ ἂν εἴποιμι προςθεὶς ὅτι καὶ πρὸς τὴν τῶν χριστομάχων ἀφροσύνην προείρηται τὰ τοιαῦτα [f]ῥητά, ἵνα γνῶσιν ὅτι ὃν ἂν ἔξωθεν τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ἐπινοήσωσι θεόν, οὗτος οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς [g]οὐδὲ τοῦ μόνου καὶ πρώτου εἰκὼν καὶ υἱός.

9. Ἐὰν τοίνυν καὶ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς ὁ πατὴρ λέγηται, οὐκ εἰς ἀθέτησιν τοῦ λέγοντος· ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια[3]) εἴρηται, ἀλλ᾽ εἰς ἀναίρεσιν [h]πάλιν τῶν μὴ πεφυκότων εἶναι ἀληθινῶν, οἷός ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ τούτου λόγος. οὕτως γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος εὐθὺς συνῆψε· καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν[4]). [i]εἰ δὲ κτίσμα ἦν, οὐκ ἂν συνῆψε καὶ συνηρίθμησεν ἑαυτὸν τῷ κτίσαντι αὐτόν.

1) [?] 2) Esai. 45, 21. 3) Ioan. 14, 6. 4) Ioan. 17, 3.

a. Reg. 1. et Seguer. καί, ἐγὼ μόνος. Gobler. et Felckm. 1. καὶ μόνος. Editi et alii καὶ τὸ, ἐγὼ μόνος.

b. Reg. 1. ἐγένετο λόγος. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐγένετο γὰρ λόγος. Editi ἐγένετο γὰρ ὁ λόγος.

c. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. qui paulo post λόγῳ λέγει. Alii et editi διὰ τοῦ λόγου et λόγῳ καὶ λέγει.

d. Reg. 1. et Seguer. καὶ γὰρ καὶ κατά. Alii et editi καὶ γὰρ κατά. Mox Seguer. εἰς τὰς φωνάς, mendose. Ibid. Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. ἔλεγεν ἐκείνας. Editi et alii εἰκόνας. Gobler. et Felckm. 1. ibid. pro ἔχων habent ἔσχον,

excluderet splendorem, sed tantum illius erroris tollendi causa, qui in P. 557.
lignea imagine inanisque figurae dissimilitudine obiiceretur; ita similiter dixit Deus: *Ego sum* et *Ego solus Deus* et *non est alius praeter me*, ut homines a falsis diis averteret, indeque discerent verum eum esse Deum. Ceterum cum haec Deus diceret, ea sine dubio per suum Verbum ipse dicebat, nisi forte hodierni Iudaei addant, ista Deum minime per suum Verbum locutum fuisse. Verum ita illa dicta sunt, quantumvis furant diabolici viri. Nam Verbum Domini factum est ad Prophetam, haecque audita sunt. Quod si eius erat Verbum, ac per ipsum haec dicebantur, nihilque est, quod vel dicat vel faciat Deus, nisi in Verbo; non igitur propter ipsum dicta ista sunt, o Dei hostes, sed propter aliena et quae ab ipso non sunt. Etenim, ut in eodem insistamus exemplo, si sol illa verba protulisset, non his utique dictis indicasset, se splendorem suum extra se habere, sed potius lumen suum in splendore esse ostendens errorem illum refellisset. Nec ergo pariter dicta illa sunt ad excludendum Filium, neque propter illum, sed ad confutandum mendacium. Hinc Deus initio mundi nusquam illis est usus vocibus, cùm Adamo loqueretur, quamvis Verbum, per quod omnia facta sunt, cum illo esset. Nec enim tum his opus erat, cum nondum idola fuerant inventa. Postea autem quam homines a veritate defecerunt sibique deos ad arbitrium confinxerunt, tunc ad P. 558.
falsos deos exterminandos verba huiuscemodi fuere necessaria. Mihi vero liceat etiam addere, illa ante haereticorum insaniam dicta esse, ut inde exploratum haberent, eum, quem extra Patris naturam Deum fingunt, non esse verum Deum neque solius primique imaginem et filium.

9. Quocirca etsi Pater solus verus Deus dicitur, non profecto dicitur ad repudiandum eum, qui dicit: *Ego sum veritas*, sed ad illos reiiciendos, qui naturà veri non sunt, qualis ipse est Pater eiusque Verbum. Sic enim Dominus ipse statim coniunxit: *Et quem misisti Iesum Christum*. Qui si res esset creata, non certe coniunxisset nec se cum suo creatore numerasset. Quae enim societas vero cum non

e. Gobler. et Felckm. 1. *ἔλεγε καὶ τὴν πλάνην*. Iidem ibidem et Reg. 1. ac Seguer. *ἂν τοιαῦτα*. Alii et editio Commel. *ἂν τὰ τοιαῦτα*.

f. Reg. 1. et Seguer. *ῥητά*. Editi et alii *ῥήματα*.

g. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. At alii et editi *οὔτε δὲ τοῦ μόνου*. Mox Reg. 1. et Seguer. *ἀληθινὸς θεὸς ὁ πατήρ*. In aliis et editis deest *θεός*.

h. Sic Reg. 1. et Seguer. At alii et editi *πάλιν* omittunt. Paulo post Reg. 1. et Seguer. *οὕτω γὰρ αὐτός*. Alii et editi *οὕτως γὰρ καὶ αὐτός*.

i. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *εἰ κτίσμα*. Editi et alii *εἰ δὲ κτίσμα*.

P.614. ταυτὰ τῇ ἀναλογίᾳ συνῆψεν ἅμα λέγων· ἐμὴ βουλὴ καὶ ἀσφάλεια, ἐμὴ φρόνησις, ἐμὴ δὲ ἰσχύς[1]). ὡς γὰρ ἰσχὺς καὶ ἀσφάλεια ταυτόν ἐστιν, ἡ αὐτὴ γὰρ δύναμίς ἐστιν, οὕτω ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν τὴν φρόνησιν καὶ τὴν [b]βουλὴν εἶναι, ἅπερ ἐστὶν ὁ κύριος. ἀλλ' οἱ ἀσεβεῖς οὐ θέλουσι μὲν λόγον καὶ βουλὴν ζῶσαν εἶναι τὸν υἱόν, περὶ δὲ τὸν θεὸν φρόνησιν καὶ βουλὴν καὶ σοφίαν ὡς ἕξιν συμβαίνουσαν καὶ ἀποσυμβαίνουσαν ἀνθρωπίνως γίνεσθαι μυθολογοῦσι, καὶ πάντα κινοῦσι, καὶ τὴν Οὐαλεντίνου ἔννοιαν καὶ θέλησιν προβάλλονται, ἵνα μόνον διαστήσωσι τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρός, καὶ μὴ εἴπωσιν ἴδιον αὐτὸν τοῦ πατρὸς εἶναι λόγον, ἀλλὰ κτίσμα. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀκουέτωσαν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ἤκουσεν[2])· ἡ ἀσέβεια Οὐαλεντίνου σὺν ὑμῖν εἴη εἰς ἀπώλειαν, ἕκαστος δὲ [c]Σολομῶνι μᾶλλον πειθέσθω, λέγοντι αὐτὸν εἶναι σοφίαν καὶ φρόνησιν τὸν λόγον. φησὶ γάρ· ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ [d]ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς [e]ἐν φρονήσει[3]). ὡς δὲ ὧδε ἐν φρονήσει, οὕτως ἐν ψαλμοῖς· τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν[4]). [f]ὡς δὲ τῷ λόγῳ οἱ οὐρανοί, οὕτως πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε[5]), καὶ ὡς ὁ ἀπόστολος γράφει Θεσσαλονικεῦσι· τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐστιν[6]). ὁ ἄρα τοῦ θεοῦ υἱὸς αὐτός ἐστιν ὁ λόγος καὶ ἡ σοφία, αὐτὸς ἡ φρόνησις καὶ ἡ ζῶσα βουλή, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ θέλημα τοῦ πατρός ἐστιν, αὐτὸς ἀλήθεια καὶ φῶς καὶ δύναμις τοῦ πατρός ἐστιν. εἰ δὲ ἡ βούλησις τοῦ θεοῦ ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἡ φρόνησις, ὁ δὲ υἱός ἐστιν ἡ σοφία, [g]ὁ ἄρα λέγων βουλήσει τὸν υἱὸν ἴσον λέγει τὴν σοφίαν ἐν σοφίᾳ γεγονέναι καὶ τὸν υἱὸν ἐν υἱῷ πεποιῆσθαι καὶ διὰ τοῦ λόγου τὸν λόγον ἐκτίσθαι. τοῦτο δὲ καὶ τῷ θεῷ μάχεται καὶ ταῖς [h]παρ' αὐτοῦ γραφαῖς ἐναντιοῦται· καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος οὐ βουλήσεως, ἀλλὰ αὐτῆς [i]τῆς πατρικῆς οὐσίας ἴδιον ἀπαύγασμα καὶ χαρακτῆρα τὸν υἱὸν κηρύττει, λέγων· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ[7]). εἰ δέ, [k]ὡς προειρήκαμεν, ἐκ βουλήσεως οὐκ ἔστιν ἡ πατρικὴ οὐσία καὶ ὑπόστασις, εὔδηλον ὡς οὔτε τὸ ἴδιον

1) Prov. 8, 14. 2) Actor. 8, 20. 3) Prov. 3, 19. 4) Psal. 33 [32. LXX.], 6. 5) Psal. 135 [134. LXX.], 6. 6) 1. Thessal. 5, 18. 7) Hebr. 1, 3.

a. Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. γοῦν et mox ταῦτα τῇ ἀναλογίᾳ συνῆψεν. Alii et editi οὖν et ταῦτα συνῆψεν.

b. Reg. 1. et Seguer. hic et paulo post βουλήν. Ceteri et editi βούλησιν.

c. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. At alii et edit. Comm. Σαλομῶνι.

d. Goblerian. et Felckm. 1. τῇ σοφίᾳ ᾠκοδόμησεν ἤγουν ἐθεμελίωσε τὴν γῆν.

e. Sic Reg. 1. Seguer. Anglican. atque ita legit Nannius. Gobler. et Felckm. 1. φρονήσει. καὶ Δαβίδ, τῷ λόγῳ. Alii et editio Comm. φρονήσει. οὕτως ἐν ψαλμοῖς, τῷ λόγῳ.

f. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm.

tem et prudentiam. De quo enim quis consultat, hoc idem prudentiâ perpendit, vicissimque quod quis prudentiâ perpendit, de hoc eodem consultat et deliberat. Hinc illa Salvator mutuâ inter se ratione veluti germana simul his verbis copulavit: *Meum est consilium et securitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.* Nam ut fortitudo et securitas idem est, cum eadem sit virtus et potentia, ita idem et prudentia et consilium, quae ipse Dominus est. At nolunt impii Filium Verbum et vivens consilium esse, sed prudentiam, consilium et sapientiam velut habitum quendam Deo humano more modo adesse modo abesse fingunt, omnemque lapidem movent, ac Valentini praetendunt cogitationem et voluntatem, ea tantum mente, ut Filium separent a Patre, nec proprium illum Patris Verbum, sed rem creatam esse fateantur. Haec itaque illos audire convenit similia his, quae olim ad Simonem Magum dicta sunt: Impietas Valentini vobiscum sit in interitum. Quisque autem Salomoni potius credat Verbum sapientiam et prudentiam esse dicenti, cuius haec nimirum sunt verba: *Dominus sapientia fundavit terram, et caelos in prudentia paravit.* Ut vero hic caelos in prudentia, ita in Psalmis Verbo Domini firmatos esse dicitur. Ut porro Verbo caeli firmati sunt, sic quaecunque voluit fecit, et ut Apostolus ad Thessalonicenses scribit: *Voluntas Dei in Christo Iesu est.* Igitur Dei Filius ipse est Verbum et sapientia, ipse prudentia et vivens est consilium, atque in eo voluntas Patris est. Ipse veritas, lux et virtus est Patris. Quod si voluntas Dei est sapientia et prudentia, si item Filius ipsa sit sapientia, igitur qui contendit Filium voluntate factum esse, idem omnino est ac si diceret, Sapientiam in sapientia factam esse, et Filium in filio esse effectum, ac Verbum per verbum creatum esse; quae utique Deo divinisque eius Scripturis maxime repugnant. Enimvero Apostolus Filium non voluntatis, sed proprium paternae naturae splendorem et figuram esse his verbis praedicat: *Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius.* Si ergo, ut supra diximus, paterna natura et substantia ex voluntate non est, liquet neque id, quod paternae substantiae proprium

P. 613. P. 614.

1. At ceteri et editi ἐστερεώθησαν· οὕτω πάντα ὅσα. Ibidem post ἠθέλησεν Reg. 1. et Seguer. omittunt ὁ κύριος quod in aliis et editis legitur.

g. Sic Reg. 1. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckmanni 1. atque ita legit Nannius. Alii et editio Commel. ὅρα μὴ ὁ λέγων.

h. Reg. 1. Seguer. Basil. Anglic. παρ' αὐτοῦ. Ceteri et editi παρ' αὐτῷ. Mox Reg. 1. et Seguer. καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος. Alii et editi καί posterius omittunt.

i. Sic Reg. 1. et Seguerian. At alii et editi τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς. Mox Reg. 1. et Seguer. τὸν υἱὸν κηρύττει. Ceteri et editi τὸν κύριον κηρύττει.

k. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi ὡς προεῖπον. Ibid. Reg. 1. et Seguer. ἐκ βουλήσεως οὐκ ἔστιν. Basil. Gobler. Felckm. 1. et Reg. 2. οὐκ ἐκ βουλήσεώς ἐστιν. Alii et editi οὐ βουλήσεώς ἐστι. Mox Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. ὡς οὔτε. Reg. 2. Basil. Anglic. Felckm. 1. et 5. ὡς οὐδέ. Ceteri et editi ὅτι οὐδέ.

P. 614. τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐκ βουλήσεως ἂν εἴη. [a]ὁποία γὰρ ᾗ καὶ ὡς ἐὰν ᾗ ἡ μακαρία ἐκείνη ὑπόστασις, τοιοῦτον καὶ οὕτως εἶναι καὶ τὸ ἴδιον ἐξ αὐτῆς γέννημα δεῖ. καὶ αὐτὸς γοῦν ὁ πατὴρ οὐκ εἶπεν· οὗτός ἐστιν ὁ βουλήσει μου γεγονὼς υἱός, οὐδὲ ὃν κατ' εὐδοκίαν ἔσχον υἱόν, ἀλλ' ἁπλῶς ὁ υἱός [b]μου, καὶ μᾶλλον ἐν ᾧ ηὐ-
P. 615. δόκησα[1]), δεικνὺς ἐκ τούτων, ὅτι φύσει μὲν οὗτός ἐστιν υἱός, ἐν αὐτῷ δὲ τῶν ἐμοὶ δοκούντων ἡ βούλησις ἀπόκειται.

66. Ἆρ' οὖν ἐπεὶ φύσει καὶ μὴ ἐκ βουλήσεώς ἐστιν ὁ υἱός, ἤδη καὶ ἀθέλητός ἐστι τῷ πατρί, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ πατρός ἐστιν ὁ υἱός; οὔμεν οὖν, ἀλλὰ καὶ [c]θελόμενός ἐστιν ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρός, καὶ ὡς αὐτός φησιν· ὁ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ[2]). ὡς γὰρ [d]τὸ εἶναι ἀγαθὸς οὐκ ἐκ βουλήσεως μὲν ἤρξατο, οὐ μὴν ἀβουλήτως καὶ ἀθελήτως ἐστὶν ἀγαθός, ὃ γάρ ἐστι, τοῦτο καὶ θελητόν ἐστιν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὸ εἶναι τὸν υἱὸν εἰ καὶ μὴ ἐκ βουλήσεως ἤρξατο, ἀλλ' οὐκ ἀθέλητον οὐδὲ παρὰ γνώμην ἐστὶν αὐτῷ. ὥσπερ γὰρ τῆς ἰδίας ὑποστάσεώς ἐστι θελητής, οὕτως καὶ ὁ υἱὸς ἴδιος ὢν αὐτοῦ τῆς οὐσίας οὐκ ἀθέλητός ἐστιν αὐτῷ. θελέσθω καὶ φιλείσθω τοίνυν ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρός, καὶ οὕτω τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ ἀβούλητον τοῦ θεοῦ τις εὐσεβῶς λογιζέσθω. καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τῇ θελήσει, ᾗ [e]θέλεται παρὰ τοῦ πατρός, ταύτῃ καὶ αὐτὸς ἀγαπᾷ καὶ θέλει καὶ τιμᾷ τὸν πατέρα, καὶ ἕν ἐστι θέλημα τὸ ἐκ πατρὸς ἐν υἱῷ, ὡς καὶ ἐκ τούτου θεωρεῖσθαι τὸν υἱὸν ἐν τῷ πατρὶ καὶ τὸν πατέρα ἐν τῷ υἱῷ. μὴ μέν τοι κατὰ Οὐαλεντῖνον προηγουμένην [f]τις βούλησιν ἐπεισαγέτω, μηδὲ μέσον τις ἑαυτὸν ὠθείτω τοῦ μόνου πατρὸς πρὸς τὸν μόνον λόγον προφάσει τοῦ [g]βουλεύεσθαι. μαίνοιτο γὰρ ἄν τις μεταξὺ τιθεὶς πατρὸς καὶ υἱοῦ βούλησιν καὶ σκέψιν. καὶ γὰρ ἕτερόν ἐστι λέγειν· βουλήσει γέγονεν, ἕτερον δέ, ὅτι ἴδιον ὄντα φύσει τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀγαπᾷ καὶ θέλει αὐτόν. τὸ μὲν γὰρ λέγειν· ἐκ βουλήσεως γέγονε, πρῶτον μὲν τὸ μὴ εἶναί ποτε τοῦτον σημαίνει, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἐπ' ἄμφω ῥοπὴν ἔχει, καθάπερ εἴρηται, ὥςτε δύνασθαί τινα νοεῖν ὅτι ἠδύνατο καὶ μὴ βούλεσθαι τὸν υἱόν. ἐπὶ υἱοῦ δὲ λέγειν· ἠδύνατο καὶ μὴ εἶναι, δυςσεβές ἐστι καὶ φθάνον εἰς τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν τὸ τόλμημα, [h]εἴγε τὸ ἴδιον αὐτῆς ἠδύνατο μὴ

1) Matth. 3, 17; 17, 5. 2) Ioan. 5, 20.

a. Sic uterque Reg. Seguer. Basil. Angl. Felckm. 2. et 5. At Gohler. et Felckm. 1. ὁποία γὰρ ἂν ᾗ ἡ μακαρία. Ceteri et editi ὁποία γὰρ ᾗ καὶ ἕως ἂν ᾗ ἡ μακαρία. Mox Felckm. 2. et editio Commel. omittunt καί post οὕτως εἶναι.

b. Reg. 1. et Seguer. μου omittunt.

c. Uterque Reg. et Seguer. θελόμενός ἐστιν. Alii et editi στελλόμενός ἐστιν, ut et legit Nannius.

d. Reg. 1. et Seguer. τὸ εἶναι. Iidem ibidem et Reg. 2. οὐκ ἐκ βουλήσεως, ut item legit Nannius. Alii et editi τοῦ εἶναι ἀγαθὸς ἐκ βουλήσεως μὲν ἤρξατο.

est, ex voluntate esse posse. Siquidem qualis cuiusve modi fuerit P. 614. beata illa natura, talem et eiusmodi necesse est esse proprium ex ipsa ortum fetum. Hinc Pater non dixit: Hic est voluntate mea factus filius, neque quem meo arbitrio habui filium, sed simpliciter *Filius meus*, et potius *in quo mihi complacui*; quorum quidem verborum significatio eiusmodi est: „Hic est natura Filius, in quo omnium quae P. 615. „mihi placent voluntas reposita est.“

66. Num ergo, quia ex natura non autem ex voluntate sit Filius, praeter voluntatem Patris et nolente Patre est Filius? Minime vero. Sed potius Pater vult Filium, atque ut ipse loquitur: *Pater diligit Filium et omnia ostendit illi.* Ut enim non ex voluntate bonus esse coepit, nec tamen contra mentem et sententiam est bonus, namque hoc ipse vult quod est; ita licet Filius ex voluntate esse non incoeperit, non tamen praeter voluntatem et mentem Patris est. Nam quemadmodum suam vult ipse substantiam, sic cum Filius proprius sit eius naturae, non praeter voluntatem eius est. Filium ergo velit et diligat Pater, eaque ratione pie quis cogitet Deum non nolle, sed velle. Etenim Filius eadem voluntate, qua eum vult Pater, Patrem ipse amat, vult et honorat, unaque est voluntas, quae ex Patre in Filio existit, ita ut inde Filius in Patre et Pater in Filio conspiciatur. Nemo igitur ex Valentini sententia antecedentem inducat voluntatem, nulliusque deliberationis obtentu seipsum medium inter solum Patrem solumque Filium audeat intrudere. Siquidem insanus ille fuerit, qui voluntatem et deliberationem inter Patrem et Filium collocaverit. Enimvero aliud est, si dicas: Voluntate factus est, et aliud, si dixeris: Eum Pater diligit et vult, ut pote qui naturâ proprius sui sit Filius. Nam qui dixit: Ex voluntate factus est, primo illum aliquando non fuisse significat. Deinde voluntas in utramque partem propendendi vim habet, uti supra dictum est, ac proinde cogitare liceret, Patrem potuisse nolle Filium. Atqui dicere, Filium potuisse non esse, summa certe impietas et audacia est, quae ipsam Patris naturam lacessat, si nimirum id, quod proprium eius est, potuerit non esse. Idem enim

e. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. θελεῖται. Reg. 1. τέληται.

f. Basil. τήν pro τις habet. Mox post μέσον Reg. 1. et Seguerian. addunt τις, quod in aliis et editis deest.

g. Uterque Regius, Seguer. Gobler. et Felckm. 1. βουλεύεσθαι. Ceteri et editio Commel. βούλεσθαι.

h. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. Sed Gobler. et Felckm. 1. habent ὡς εἰ ἔλεγεν, iidemque et Reg. 1. ἐδύνατο. At alii et editi sic hunc locum habent: εἴγε τὸ ἴδιον αὐτῆς λέγοιτο, ἠδύνατο μὴ εἶναι ἀγαθός etc. Paulo post Reg. 1. et Seguer. ut et legit Nannius οὕτως ἀεὶ γεννητικὸς τῇ φύσει ὁ πατήρ. Reg. 2. οὕτως καὶ ἀεὶ καὶ τῇ φύσει γεννητικὸς ὁ πατήρ. Alii autem et editi ἀγαθὸς ἀεὶ καὶ τῇ φύσει γεννητικὸς ὁ πατήρ. Ibidem Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. τὸ δὲ λέγειν. At in ceteris et editis deest λέγειν.

P.615. *εἶναι· ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ ἐλέγετο· ἠδύνατο καὶ μὴ εἶναι ἀγαθὸς ὁ πατήρ. ἀλλ' ὥςπερ ἀγαθὸς ἀεὶ καὶ τῇ φύσει, οὕτως ἀεὶ γεννητικὸς τῇ φύσει ὁ πατήρ· τὸ δὲ λέγειν· ὁ πατὴρ θέλει τὸν υἱὸν καὶ ὁ λόγος θέλει τὸν πατέρα, οὐ βούλησιν προηγουμένην δείκνυσιν, ἀλλὰ φύσεως γνησιότητα καὶ οὐσίας ἰδιότητα καὶ ὁμοίωσιν γνωρίζει.* [a] *ὡς γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπαυγάσματος ἄν τις εἴποι καὶ τοῦ φωτός, ὅτι τὸ ἀπαύγασμα οὐκ ἔχει μὲν βούλησιν προηγουμένην ἐν τῷ φωτί, ἔστι δὲ φύσει αὐτοῦ γέννημα, θελόμενον παρὰ τοῦ φω-*
P.616. *τὸς* [b] *τοῦ καὶ γεννήσαντος αὐτὸ οὐκ ἐν σκέψει βουλήσεως, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ὀρθῶς ἄν τις εἴποι, ὅτι ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ καὶ θέλει τὸν υἱόν, καὶ ὁ υἱὸς ἀγαπᾷ καὶ θέλει τὸν πατέρα.*

67. *Οὐκοῦν μὴ λεγέσθω θελήματος δημιούργημα ὁ υἱός, μηδὲ* [c] *τὰ Οὐαλεντίνου ἐπειςαγέσθω τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ βουλὴ ζῶσα καὶ ἀληθῶς φύσει γέννημα ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα. οὕτω γὰρ καὶ ὁ μὲν πατὴρ εἴρηκεν· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν* [1]*, ὁ δὲ υἱὸς ἀκολούθως· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί* [2]*. εἰ δὲ* [d] *ὁ λόγος ἐν καρδίᾳ, ποῦ ἡ βούλησις; καὶ εἰ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, ποῦ ἡ θέλησις; καὶ εἰ ἡ βούλησις αὐτός, πῶς ἐν βουλήσει ἡ βουλή; ἄτοπον γάρ· ἵνα μὴ καὶ ἐν λόγῳ ὁ λόγος καὶ ὁ υἱὸς ἐν υἱῷ καὶ ἡ σοφία ἐν σοφίᾳ* [e] *γίνηται, καθάπερ πολλάκις εἴρηται. πάντα γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός, καὶ οὐδὲν ἐν τῷ πατρὶ πρὸ τοῦ λόγου. ἀλλ' ἐν τῷ λόγῳ καὶ ἡ βούλησις, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ τοῦ βουλήματος εἰς ἔργον τελειοῦται, ὡς* [f] *ἔδειξαν αἱ θεῖαι γραφαί. ἐβουλόμην δὲ τοὺς ἀσεβεῖς οὕτως εἰς ἀλογίαν πεπτωκότας καὶ περὶ βουλήσεως σκεπτομένους νῦν ἐρωτῆσαι μηκέτι τὰς τικτούσας* [g] *αὐτῶν γυναῖκας, ἃς οὗτοι πρότερον ἠρώτων λέγοντες· εἰ εἶχες υἱὸν πρὶν γεννήσεις; ἀλλὰ τοὺς πατέρας καὶ εἰπεῖν αὐτοῖς· πότερον βουλευόμενοι γίνεσθε πατέρες ἢ κατὰ φύσιν καὶ τῆς ὑμῶν βουλήσεως; ἢ τῆς φύσεως καὶ οὐσίας ὑμῶν ἐστιν ὅμοια τὰ τέκνα; ἵνα κἂν παρὰ τῶν γονέων ἐντραπῶσι, παρ' ὧν τὸ λῆμμα τῆς γενέσεως ἀπήτησαν καὶ παρ' ὧν ἤλπισαν ἔχειν τὴν γνῶσιν. ἀποκριθήσονται γὰρ αὐτοῖς, ὅτι* [h] *ἃ γεννῶμεν οὐ τοῦ θελήματος ἀλλ' ἡμῶν ἐστιν ὅμοια, οὐδὲ προβουλευσάμενοι γινόμεθα γονεῖς, ἀλλὰ τῆς φύσεως ἴδιόν ἐστι τὸ γεννᾷν, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τῶν*

1) Psal. 45 [44. LXX.], 2. 2) Ioan. 14, 10.

a. Reg. 1. et Seguer. *ὡς γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ.* Alii et editi *ὥςπερ ἐπὶ τοῦ.*

b. Reg. 1. et Seguerian. *τοῦ καὶ γεννήσαντος.* Alii et editi *καί* omittunt. Paulo post uterque Reg. et Seguerian. *ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ.* Ceteri et editi *ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ.* Ibid. Reg. 1. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *εἴποι ὅτι.* Alii et editi *εἴποι τοῦτο, ὅτι.*

c. Reg. 1. et Seguer. *τά.* Alii et editi

est ac si diceretur, Patrem potuisse non esse bonum. Verum quemadmodum et semper et naturâ bonus est Pater, ita semper naturâ est generans. Hic autem loquendi modus: Pater vult Filium et Verbum vult Patrem, non antecedentem denotat voluntatem, sed naturae germanitatem essentiaeque proprietatem ac similitudinem designat. Ut enim de splendore et luce dici potest: Splendor non habet voluntatem in luce antecedentem, sed est naturalis eius fetus, quem vult lux, a qua gignitur, non voluntatis deliberatione, sed natura et veritate; ita de Patre et Filio recte dici possit: Pater amat et vult Filium, et Filius amat et vult Patrem.

P. 615. P. 616.

67. Ne igitur voluntatis opus appelletur Filius, nec Valentini error in Ecclesiam inducatur, sed vivens ille consilium verusque et naturalis Patris fetus esse dicatur, ut lucis splendor. Sic enim Pater ipse est locutus: *Eructavit cor meum Verbum bonum*; cui Filius his verbis concinit: *Ego in Patre et Pater in me est.* Itaque si Verbum est in corde, ubi est voluntas? Similiter si Filius est in Patre, ubi est arbitrium? Deinde si ipse est voluntas, quomodo consilium sive voluntas in voluntate est? Valde enim hoc absurdum est; ne scilicet Verbum in verbo, Filius in filio, et Sapientia in sapientia fieri existimetur, uti saepius dictum est. Namque Filius omnia ipse est, quae Patris sunt, nihilque ante Verbum est in Patre, sed in Verbo etiam est voluntas, et per ipsum ea, quae voluntatis sunt, opere perficiuntur, ut ex divina Scriptura didicimus. Vellem vero, ut impii, qui eo devenerunt amentiae et de voluntate disputant, vellem inquam, ut non iam interrogarent mulieres, quas ita prius percunctabantur: Habuistine filium priusquam genuisses? Verum patres potius hoc modo interrogent: „An deliberando patres efficimini, an vero secun„dum naturam vestrae etiam voluntatis? An liberi similes sunt ve„strae naturae et substantiae?" Haec igitur inquirant a parentibus, ut ab his ipsis confutentur, a quibus quae elicienda esset ex sua de nascendi modo quaestione conclusio tam impense flagitarunt, speraruntque rem ex ipsis plane cognituros. Haec scilicet illi sunt respon-

τό. Mox Basil. *ἀλλὰ καὶ βουλή.*

d. Sic Regius 1. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. At in aliis et editis *ὁ* deest.

e. Sic Regius 1. et Seguerian. At editi *γένηται.*

f. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Celeri autem et editi *ἐδίδαξαν.* Ibid. Reg. 1. et Seguerian. *ἐβουλόμην δὲ τούς.* Reg. 2 *ἐβουλόμην οὖν τούς.* Alii et editi *ἐβουλόμην τούς.*

g. Reg. 1. et Seguer. *ἑαυτῶν γυναῖκας ὡς αὐτοί.* Ibidem *πότερον* abest a Gobler. et Felckm. 1. pro quo Anglic. *πρότερον.* Item ibid. Reg. 1. et Seguer. *βουλευόμενοι* et mox *καὶ τῆς ὑμῶν.* Alii editique *βουλόμενοι* iidemque *καί* omittunt.

h. Reg. 1. et Seguer. addunt *ὅτι* quod in aliis et editis deest. Ibidem Felckm. 2. et editio Commel. *οὐ θελήματος ἡμῶν ἐστιν ὅμοια.*

p.616. [a]τεκόντων ἐσμὲν εἰκόνες. ἢ τοίνυν καταγινωσκέτωσαν ἑαυτῶν καὶ πανέσθωσαν πυνθανόμενοι γυναικῶν περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἢ μανθανέτωσαν [b]παρ' αὐτῶν, ὅτι οὐ βουλήσει γεννᾶται ὁ υἱός, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ. πρέπων δὲ καὶ ἁρμόζων τούτοις ὁ ἐξ ἀνθρώπων ἔλεγχος, ἐπειδὴ καὶ ἀνθρώπινα περὶ τῆς θεότητος διαλογίζονται οἱ κακόφρονες. τί τοίνυν [c]ἔτι μαίνονται οἱ χριστομάχοι; καὶ τοῦτο γὰρ αὐτῶν ὥςπερ οὖν καὶ τὰ ἄλλα προβλήματα δέδεικται καὶ ἠλέγχθη φαντασία καὶ [d]μυθοπλαστία μόνον ὄντα, καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλουσι, κἂν ὀψέποτε θεωρήσαντες εἰς ὅσον ἀφρο-
p.617. σύνης πεπτώκασι κρημνόν, ἀναδῦναι καὶ [e]φυγεῖν ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος νουθετούμενοι παρ' ἡμῶν. φιλάνθρωπος γὰρ ἡ ἀλήθεια κράζουσα διαπαντός· [f]εἰ ἐμοὶ μὴ πιστεύετε διὰ τὴν τοῦ σώματος περιβολήν, κἂν τοῖς ἔργοις πιστεύσατε, ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), [g]καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[2]), καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[3]). ἀλλ' ὁ μὲν κύριος συνήθως φιλανθρωπεύεται, καὶ θέλει πάντας ἀνορθοῦσθαι τοὺς κατεῤῥαγμένους, [h]ὡς ἡ αἴνεσις λέγει τοῦ Δαβίδ[4]), οἱ δὲ ἀσεβεῖς οὐ θέλοντες ἀκούειν κυριακῆς φωνῆς οὐδὲ φέροντες ὁρᾷν τὸν [i]κύριον ὑπὸ πάντων ὁμολογούμενον θεὸν καὶ θεοῦ υἱὸν περιέρχονται, οἱ ἄθλιοι, [k]ὡς οἱ κάνθαροι, μετὰ τοῦ πατρὸς ἑαυτῶν τοῦ διαβόλου προφάσεις εἰς ἀσέβειαν ζητοῦντες. ποίας οὖν ἄρα μετὰ ταῦτα [l]πάλιν ἢ πόθεν εὑρεῖν δυνήσονται, εἰ μὴ ἄρα [m]παρὰ μὲν Ἰουδαίων καὶ τοῦ Καϊάφα δανείσωνται τὰς δυςφημίας, παρ' Ἑλλήνων δὲ λάβωσι τὴν ἀθεότητα; αἱ γὰρ θεῖαι γραφαὶ τούτοις ἐκλείσθησαν, καὶ πανταχόθεν ἐξ αὐτῶν ἠλέγχθησαν ἄφρονες καὶ χριστομάχοι.

[a]ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΑΝΩΝ
ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

1. Ἐκ θεοῦ θεός ἐστιν ὁ λόγος, καὶ θεὸς γὰρ ἦν ὁ λόγος[5]). καὶ πάλιν· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς ὁ ὢν ἐπὶ πάν-

1) Ioan. 10, 38. 2) Ioan. 10, 30. 3) Ioan. 14, 9. 4) Psal. 146 [145. LXX.], 8. 5) Ioan. 1, 1.

a. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editio Commel. τέκνων. Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. πανέσθωσαν. Alii et editi πανσάσθωσαν.

b. Sic Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. At alii et editi καὶ παρ' αὐτῶν.

c. ἔτι et mox καί absunt a Reg. 1. et Seguer.

d. Sic Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. At alii et editi μυθοπλασία.

e. Reg. 1. et Seguer. φυγεῖν. Ceteri et editi φεύγειν.

f. Reg. 1. et Seguer. εἰ ἐμοὶ μὴ πιστεύετε et mox κἂν τοῖς ἔργοις. Gobl. et Felckmanni 1. item πιστεύετε. Alii et editi ἐὰν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε et omittunt κἂν.

g. Reg. 1. et Seguer. κἀγώ.

h. Gobl. et Felckm. 1. ὡς αἰνεῖ Δαβίδ.

suri: „Ea, quae gignimus, non voluntatis sunt, sed nostri sunt similia, P.616.
„neque prius deliberando patres efficimur, sed gignere proprium est „naturae, quandoquidem nos quoque ipsi parentum sumus imagines.“ Vel ergo seipsos condemnent, et mulieres de Filio Dei desinant interrogare; vel certe ab ipsis discant, non voluntate sed naturâ et revera filium gigni. Aequum enim est eos argumentis ex hominum natura petitis refelli, qui humana de divinitate improbe cogitant. Quid igitur adhuc insaniunt Christi hostes? Nam hanc illorum rationem ut et alias omnes ostendimus ac convicimus nihil nisi fabulas et mera commenta esse. Sero igitur saltem animadvertant, in quantam insipientiae voraginem sese praecipitaverint, ac nostris monitionibus excitati tandem P.617.
inde festinent emergere seque ex diaboli laqueis expedire. Siquidem benigna est veritas, quae assidue clamat: Si mihi ob corporis amictum non creditis, *operibus saltem credite, ut cognoscatis, quia ego in Patre et Pater in me est*, et *ego et Pater unum sumus*, et *qui vidit me, vidit Patrem.* Verum Dominus quidem pro more suo clementer agit et omnes elisos erigit, ut ait David, at impii dominicam vocem nolentes audire nec ferentes Dominum Deum et Dei Filium palam ab omnibus agnosci veluti scarabaei cum suo patre diabolo miseri circumeunt, ut nova impietatis confirmandae reperiant argumenta. Quid igitur ultra vel unde invenire possint, nisi a Iudaeis et Caïpha impia mutuentur maledicta et cum Gentilibus verum Deum negent? Siquidem clausae illis sunt divinae Scripturae, ex quibus videlicet et stulti et Christi hostes esse omni ex parte sunt convicti.

EIUSDEM CONTRA ARIANOS

ORATIO QUARTA.

1. Ex Deo Deus est Verbum, namque *Deus erat Verbum*. Et rursus: *Quorum patres, et ex quibus Christus, qui est super omnia*

i. Reg. 1. et Seguer. *κύριον*. Alii et editi *Χριστόν*.

k. Sic Reg. 1. et Seguer. At in Gobler. et Felckm. 1. deest *ὡς*, in aliis autem et editis *οἱ*. Ibidem Reg. 1. et Seguer. *πατρὸς ἑαυτῶν*. Ceteri et editi *πατρὸς αὐτῶν*.

l. *πάλιν* abest a Reg. 1. et Seguer.

m. Sic Gobler. et Felckm. 1. At Reg. 1. *παρὰ μὲν Ἰουδαίων τοῦ Καϊάφα*. Seguer. *παρὰ μὲν τῶν Ἰουδαίων τῶν τοῦ*. Alii et editio Commel. *παρὰ Ἰουδαίων καὶ τοῦ*. Ibid. Seguer. *δανείσωνται*. Alii et editi *δανείσονται*.

n. Seguer. hunc habet titulum: *τοῦ αὐτοῦ λόγος ε*. Regius quem primum Oratione superiore appellabamus *τοῦ αὐτοῦ* tantum, sed idem in Indice addit *λόγος τέταρτος*. Haec autem Oratio in altero Regio deest. Gobler. et Felckm. 1. *κατὰ Ἀρειανῶν λόγος ε*. Basil. *κατὰ Ἀρειανῶν λόγος ἕκτος*. Vide Admonitionem pag. 403. [pag. 141. hui. ed.] num. 2. Anglic. *κατὰ Ἀρειανῶν λόγος* nullo addito numero.

p.617. των θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν[1]). [a]καὶ ἐπειδὴ ἐκ θεοῦ θεός ἐστι καὶ τοῦ θεοῦ λόγος, σοφία, υἱὸς καὶ δύναμίς ἐστιν ὁ Χριστός, διὰ τοῦτο εἷς θεὸς ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς καταγγέλλεται. τοῦ ἑνὸς γὰρ θεοῦ υἱὸς ὢν ὁ λόγος εἰς αὐτόν, οὗ καὶ ἔστιν, ἀναφέρεται, ὥςτε δύο μὲν εἶναι πατέρα καὶ υἱόν, μονάδα δὲ θεότητος ἀδιαίρετον καὶ ἄσχιστον. λεχθείη δ' ἂν [b]καὶ οὕτως μία ἀρχὴ θεότητος καὶ οὐ δύο ἀρχαί, ὅθεν κυρίως καὶ μοναρχία ἐστίν. ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς ἐστι φύσει υἱὸς ὁ λόγος, οὐχ ὡς ἀρχὴ ἑτέρα καθ' ἑαυτὸν ὑφεστὼς οὐδ' ἔξωθεν ταύτης γεγονώς, ἵνα μὴ τῇ ἑτερότητι δυαρχία καὶ πολυαρχία γένηται, ἀλλὰ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἴδιος [c]υἱός, ἰδία σοφία, ἴδιος λόγος ἐξ αὐτῆς ὑπάρχων. κατὰ γὰρ τὸν Ἰωάννην ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν[2]), θεὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀρχή· καὶ ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. ὥςπερ δὲ μία ἀρχὴ καὶ κατὰ τοῦτο εἷς θεός, οὕτως ἡ τῷ ὄντι καὶ ἀληθῶς καὶ ὄντως οὖσα οὐσία καὶ ὑπόστασις μία ἐστὶν ἡ λέγουσα· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν[3]), καὶ οὐ δύο, ἵνα p.618. μὴ δύο ἀρχαί, ἐκ δὲ τῆς μιᾶς φύσει καὶ ἀληθῶς υἱός, ὁ λόγος, ἡ σοφία, ἡ δύναμις ἰδία ὑπάρχουσα αὐτῆς καὶ ἐξ αὐτῆς ἀχώριστος. ὥςπερ δὲ οὐκ ἄλλη, ἵνα μὴ δύο ἀρχαί, οὕτως ὁ ἐκ τῆς μιᾶς λόγος οὐ [d]διαλελυμένος ἢ ἁπλῶς φωνὴ σημαντική, ἀλλὰ οὐσιώδης λόγος καὶ οὐσιώδης σοφία, ἥτις ἐστὶν ὁ υἱὸς ἀληθῶς. εἰ γὰρ δὴ μὴ οὐσιώδης εἴη, ἔσται ὁ θεὸς λαλῶν εἰς ἀέρα καὶ σῶμα οὐδὲν πλέον ἔχων τῶν ἀνθρώπων. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, οὐκ ἂν εἴη οὐδὲ ὁ λόγος αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν. [e]ὥςπερ γὰρ μία οὐσία ἡ ἀρχή, οὕτως εἷς οὐσιώδης καὶ ὑφεστὼς ὁ ταύτης λόγος καὶ ἡ σοφία. ὡς γὰρ ἐκ θεοῦ θεός ἐστι καὶ ἐκ σοφοῦ σοφία καὶ ἐκ λογικοῦ λόγος καὶ ἐκ πατρὸς υἱός, οὕτως ἐξ ὑποστάσεως [f]ὑπόστατος καὶ ἐξ οὐσίας οὐσιώδης καὶ ἐνούσιος καὶ ἐξ ὄντος ὤν.

2. Ἐπεὶ εἰ μὴ οὐσιώδης σοφία καὶ ἐνούσιος λόγος καὶ ὢν υἱός, ἀλλὰ ἁπλῶς σοφία καὶ λόγος καὶ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, εἴη ἂν αὐτὸς ὁ πατὴρ σύνθετος ἐκ σοφίας καὶ λόγου. εἰ δὲ τοῦτο, ἀκολουθήσει τὰ προειρημένα ἄτοπα, ἔσται δὲ καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ πατήρ, καὶ ὁ υἱὸς αὐτὸς ἑαυτὸν γεννῶν καὶ γεννώμενος ὑφ' ἑαυτοῦ, ἢ ὄνομα μόνον ἐστὶ λόγος καὶ σοφία καὶ υἱός, οὐχ ὑφέστηκε δὲ καθ' οὗ λέγεται ταῦτα, μᾶλλον δὲ ὅς ἐστι ταῦτα. εἰ οὖν οὐχ ὑφέστηκεν, ἀργὰ ἂν εἴη καὶ κενὰ τὰ ὀνόματα, ἐκτὸς εἰ μὴ ἄν τις

1) Rom. 9, 5. 2) Ioan. 1, 1. 3) Exod. 3, 14.

a. Gobler. et Felckm. 1. καί omittunt.
b. καί abest ab Anglic.
c. Sic mss. At editio Commelin. υἱὸς ἴδιος υἱός, ἰδία etc.

Deus benedictus in saecula, amen. Quia porro ex Deo Deus est et P. 617. Dei Verbum, Sapientia, Filius et Virtus est Christus, idcirco unus Deus in divinis Scripturis annunciatur. Cum enim Verbum unius Dei sit filius, ad illum cuius est refertur, ita ut duo quidem sint Pater et Filius, unitas vero divinitatis individua sit nulloque modo separabilis; ac proinde dicendum est, unum esse divinitatis principium, non duo principia; unde proprie et monarchia est. Ex ipso autem principio Verbum filius naturâ existit, non ut aliud principium per seipsum subsistens, neque aliunde quam ex ipso uno principio natus, ne dyarchiam et polyarchiam id est duo vel plura principia diversitas inducat, sed unius principii proprius est Filius, propria sapientia, propriumque Verbum ex eo existens. Nam, ut docet Ioannes, in isto principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum. Deus enim principium est. Unde quia ex hoc principio est, idcirco etiam *Deus erat Verbum.* Porro quemadmodum unum est principium et proinde unus Deus, ita quae verissime est essentia et substantia, una est quae dicit: *Ego sum qui sum*, non autem duae, ne scilicet duo sint principia. Ex una P. 618. autem illa substantia existit naturâ et vere filius, Verbum, sapientia, propriaque eius virtus, nec ab ea separabilis. Ut vero non alia est essentia seu substantia, ne duo sint principia, sic Verbum, quod ex una existit, nihil fluxum nec vox tantum significans est, sed essentiale Verbum et essentialis est sapientia, quae vere Filius est. Nam nisi essentiale Verbum esset, sequeretur Deum verba sua per aërem effundere, corpusque ut homines habere. Quoniam vero homo non est, nec item eius Verbum quicquam hominum infirmitati simile habet. Ut enim principium una est essentia, ita unum est essentiale et subsistens eius Verbum et sapientia. Nam ut ex Deo Deus est, ex sapiente sapientia, ex rationali mente Ratio seu Verbum, et ex Patre Filius, ita ex substantia substantialis est, ex essentia essentialis, ac denique vere est, ut qui sit ab eo, qui est.

2. Alioquin nisi essentialis esset sapientia Verbumque essentiale et Filius qui vere sit, sed simpliciter sapientia, Verbum et Filius in Patre, sane ipse Pater ex sapientia et Verbo esset compositus. Quod quidem si verum est, supra allata absurda sequentur necessario, ipse autem suimet pater et filius futurus est, ipse seipsum est geniturus, et a seipso gignetur, vel certe merum nomen erit Verbum, Sapientia et Filius, ille autem, de quo haec dicuntur vel potius qui haec omnia est, nihil erit subsistens. Si itaque nihil est subsistens, vana igitur

d. Sic Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi διαλελυμένως.

e. Anglic. εἴπερ.

f. Reg. et Seguer. ὑποστατὸς ultima gravi.

P.618. εἴποι αὐτοσοφίαν εἶναι καὶ αὐτολόγον τὸν Θεόν. ἀλλ' εἰ τοῦτο, εἴη ἂν αὐτὸς ἑαυτοῦ πατὴρ καὶ υἱός, πατὴρ μέν, [a]ὅτε σοφός, υἱὸς δέ, ὅτε σοφία. ἀλλὰ μὴ ὡς ποιότης τις ταῦτα ἐν τῷ Θεῷ· ἄπαγε, ἀπρεπὲς τοῦτο, εὑρεθήσεται γὰρ σύνθετος ὁ Θεὸς ἐξ οὐσίας καὶ ποιότητος, πᾶσα γὰρ ποιότης ἐν οὐσίᾳ ἐστί. κατὰ τοῦτο δὲ ἡ θεία μονὰς ἀδιαίρετος οὖσα σύνθετος φανήσεται, τεμνομένη εἰς οὐσίαν καὶ συμβεβηκός. πευστέον οὖν τῶν προπετῶν· ὁ υἱὸς σοφία καὶ λόγος ἐκηρύχθη τοῦ Θεοῦ· πῶς τοίνυν ἐστίν; εἰ μὲν ὡς ποιότης, ἐδείχθη τὸ ἄτοπον, εἰ δὲ αὐτοσοφία ὁ Θεός, καὶ τὸ ἐκ τούτου ἄτοπον εἴρηται παρὰ Σαβελλίῳ. οὐκοῦν ὡς γέννημα κυρίως ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς κατὰ τὸ τοῦ φωτὸς παράδειγμα. ὡς γὰρ ἀπὸ πυρὸς φῶς, οὕτως ἐκ Θεοῦ λόγος [b]καὶ σοφία ἐκ σοφοῦ καὶ ἐκ πατρὸς υἱός. ταύτῃ γὰρ καὶ ἡ μονὰς ἀδιαίρετος καὶ ὁλόκληρος μένει, καὶ ὁ ταύτης υἱὸς λόγος οὐκ ἀνούσιος οὐδὲ οὐχ
P.619. ὑφεστώς, ἀλλ' οὐσιώδης ἀληθῶς. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, εἴη ἂν πάντα, ἃ λέγεται, κατ' ἐπίνοιαν καὶ ἁπλῶς λεγόμενα. εἰ δὲ φευκτέον τὸ ἐκ τῆς ἐπινοίας ἄτοπον, ἄρα ἀληθὴς λόγος οὐσιώδης ἐστίν. ὥςπερ γὰρ ἀληθῶς πατήρ, οὕτως ἀληθῶς σοφία. κατὰ τοῦτο οὖν δύο μέν, ὅτι μὴ κατὰ Σαβέλλιον ὁ αὐτὸς πατὴρ καὶ υἱός, ἀλλὰ ὁ πατὴρ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς υἱός, ἓν δέ, ὅτι υἱὸς τῆς οὐσίας τοῦ πατρός ἐστι φύσει, ἴδιος ὑπάρχων λόγος αὐτοῦ. τοῦτο ὁ κύριος ἔλεγεν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[1]). οὔτε γὰρ ὁ λόγος κεχώρισται τοῦ πατρός, οὔτε ὁ πατὴρ ἄλογος πώποτε ἦν ἢ ἐστι. καὶ ὁ λόγος οὖν Θεός, καὶ ὁ πατὴρ οὐκ ἄλογος· διὰ τοῦτο ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[2]) εἴρηκε.

3. *Καὶ πάλιν ὁ Χριστὸς λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστι.* πότερον οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ ὑπέστη καὶ ὑποστὰς προςκεκόλληται τῷ πατρί, ἢ ὁ Θεὸς αὐτὸν πεποίηκε καὶ [c]ὠνόμασεν ἑαυτοῦ λόγον; εἰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον, λέγω δὴ τὸ ἑαυτῷ [d]ὑπέστη καὶ Θεός ἐστι, δύο ἂν εἶεν ἀρχαί, οὐκ ἔσται δὲ εἰκότως οὐδὲ τοῦ πατρὸς ἴδιος διὰ τὸ μὴ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἀλλ' ἑαυτοῦ εἶναι· εἰ δὲ ἔξωθεν πεποίηται, εἴη ἂν κτίσμα. λείπεται δὴ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λέγειν αὐτόν. εἰ δὲ τοῦτο, ἄλλο ἂν εἴη τὸ ἔκ τινος καὶ ἄλλο τὸ ἐξ οὗ ἐστι. κατὰ τοῦτο ἄρα δύο. εἰ δὲ μὴ δύο εἴη, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ λέγοιτο,

1) Ioan. 10, 30. 2) Ioan. 14, 10.

a. Reg. Seguer. Basil. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. ὅτε σόφος [sic], υἱὸς δὲ ὅτε σοφία. Alii et editi ὅτι σόφος [sic], υἱὸς δὲ ὅτι σοφία.

b. Sic mss. At editio Commel. καὶ σοφία ἐκ πατρὸς υἱός.

c. Reg. et Seguer. ὠνόμακεν.

d. Reg. Gobler. et Felckm. 1. ὑπέστη.

et inutilia sunt illa nomina, nisi forte quis dicat, ipsum Deum sapien- P. 618.
tiam ipsam et Verbum ipsum esse. Quod si concedatur, vere ipse
suimet pater et filius erit, pater videlicet, cum sapiens dicitur, filius,
cum sapientia. Atqui ea in Deo non sunt ut qualitas. Apage igitur,
id indignum Deo. Ex his enim efficitur, Deum ex essentia et quali-
tate compositum esse. Siquidem omnis qualitas in essentia est, ac
proinde divina unitas, quae individua est, composita videbitur, ut pote
in essentiam et accidens divisa. Sic itaque temerarios hosce homines
interrogemus: Filius sapientia et Verbum Dei esse praedicatus est;
quonam igitur modo id ipse est? Si ut qualitas, id absurdum esse
iam ostendimus. Si vero ipse Deus sapientia ipsa est, certe quod
inde absurdi sequitur, dictum a Sabellio est. Quamobrem fatendum
est, eum tanquam fetum proprie ex ipso Patre esse iuxta lucis exem-
plum. Ut enim ab igne lux oritur, ita Verbum ex Deo est, Sapientia
ex Sapiente et ex Patre Filius. Hac enim ratione unitas individua et
integra manet, eiusque filius Verbum non aliquid est essentia vacuum
vel non subsistens, sed vere essentiale est. Alioquin nisi haec ita
esse concedatur, sane quicquid ipse dicitur cogitatione et verbo tenus P. 619.
existet; quae sententia si est repudianda, igitur verum Verbum essen-
tiale est. Namque ut vere Pater est, ita vere est Sapientia. Unde
efficitur, ut duo sint Pater et Filius, non vero idem, ut contendit Sa-
bellius; sed Pater pater est, et Filius filius. Unum autem sunt, quia
Filius essentiae Patris naturâ filius est propriumque eius Verbum ex-
stit. Id Dominus ipse aiebat: *Ego et Pater unum sumus.* Nec enim
Verbum separatum a Patre est, nec unquam Pater sine Ratione sive
Verbo fuit vel est. Verbum igitur Deus est, nec Pater sine Verbo
est; unde dixit: *Ego in Patre et Pater in me est.*

3. Praeterea Christus Verbum Dei est; num ergo ex se ipso ex-
stitit, deindeque existens cum Patre est copulatus, an vero Deus ipsum
fecit et sui ipsius Verbum appellavit? Si primum concedatur, id est
si seipso exstitit et est Deus, duo igitur erunt principia, nec ille Pa-
tris proprius erit, et merito quidem, ut pote qui non ipsius Patris
sed sui ipsius sit. Quod si extrinsecus factus est, res creata certe
erit. Restat itaque, ut eum ex ipso Deo esse dicamus; quod si ve-
rum est, *aliud sane fuerit id, quod est ex aliquo, et aliud id, ex
quo est, ac proinde fatendum est duo esse. Nam si duo non fuerint,

* Sic hic et mox Graecum secuti reddimus, non *alius*, ut solent loqui in scholis Theologi. Vide supra pag. 553. [p. 467. hui. ed.] num. 4.

Seguer. Basil. et Anglic. *ὑφέστη*. Editi *ὑφέστηκε*. Paulo post Reg. Basil. et Anglic. *μὴ αὐτοῦ τοῦ πατρός*. In aliis et editione Commel. *τοῦ* deest.

P.619. ἔσται [a] τὸ αὐτὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν καὶ γεννώμενον καὶ γεννῶν, ὅπερ ἄτοπον ἐπὶ Σαβελλίου δέδεικται. εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ μέν ἐστιν, οὐκ ἄλλο δέ, ἔσται καὶ γεννῶν καὶ μὴ γεννῶν, γεννῶν μέν, ὅτι ἐξ αὐτοῦ προφέρει, μὴ γεννῶν δέ, ὅτι μὴ ἄλλο αὐτοῦ ἐστιν. εἰ δὲ τοῦτο, εἴη ἂν κατ' ἐπίνοιαν λεγόμενος ὁ αὐτὸς πατὴρ καὶ υἱός. εἰ δὲ ἀπρεπὲς οὕτως, εἴη ἂν δύο, πατὴρ καὶ υἱός, ἓν δέ, ὅτι ὁ υἱὸς οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ [b] γεγέννηται. εἰ δὲ φεύγει τις τὸ λέγειν γέννημα, μόνον δὲ λέγει ὑπάρχειν τὸν λόγον σὺν τῷ θεῷ, φοβηθήτω ὁ τοιοῦτος μὴ φεύγων τὸ ὑπὸ τῆς γραφῆς λεγόμενον ἐμπέσῃ εἰς ἀτοπίαν, διφυῆ τινα εἰςάγων τὸν θεόν. μὴ διδοὺς γὰρ ἐκ τῆς μονάδος εἶναι τὸν λόγον, ἀλλ' ἁπλῶς κεκολλῆσθαι τῷ πατρὶ λόγον, δυάδα οὐσίας εἰςάγει μηδετέραν τῆς ἑτέρας πατέρα τυγχάνουσαν. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ δυνάμεως. φανερώτερον δ' ἂν τις ἴδοι τοῦτο, εἰ ἐπὶ πατρὸς λάβοι· εἷς γὰρ πατὴρ καὶ οὐ δύο, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑνὸς ὁ υἱός. ὥςπερ οὖν οὐ δύο πατέρες ἀλλ' εἷς, οὕτως οὐ δύο ἀρχαὶ ἀλλὰ μία, καὶ ἐκ τῆς μιᾶς οὐσιώδης ὁ υἱός.
P.620. πρὸς Ἀρειανοὺς δὲ ἀνάπαλιν ἐρωτητέον· τοὺς μὲν γὰρ Σαβελλίζοντας ἀπὸ τῆς περὶ υἱοῦ ἐννοίας ἐλεγκτέον, τοὺς δὲ Ἀρειανοὺς ἀπὸ τῆς περὶ πατρός.

4. Λεκτέον οὖν· ὁ θεὸς σοφὸς καὶ οὐκ ἄλογός ἐστιν, ἢ τοὐναντίον ἄσοφος καὶ ἄλογος. εἰ μὲν οὖν τὸ δεύτερον, αὐτόθεν ἔχει τὴν ἀτοπίαν, εἰ δὲ τὸ πρῶτον, ἐρωτητέον· πῶς ἐστι σοφὸς καὶ οὐκ ἄλογος; πότερον ἔξωθεν ἐσχηκὼς τὸν λόγον καὶ τὴν σοφίαν ἢ ἐξ ἑαυτοῦ; εἰ μὲν οὖν ἔξωθεν, ἔσται τις ὁ [c] προδεδωκὼς αὐτῷ, καὶ πρὶν λαβεῖν ἄσοφος καὶ ἄλογος. εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ, [d] δῆλον ὅτι οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων οὐδ' ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· ἀεὶ γὰρ ἦν, ἐπεὶ καὶ οὗ ἐστιν εἰκὼν ἀεὶ ὑπάρχει. ἐὰν δὲ λέγωσιν ὅτι σοφὸς μέν ἐστι καὶ οὐκ ἄλογος, ἰδίαν δὲ ἔχει ἐν ἑαυτῷ σοφίαν καὶ ἴδιον λόγον, οὐ τὸν Χριστὸν δέ, ἀλλ' ἐν ᾧ καὶ τὸν Χριστὸν ἐποίησε· λεκτέον ὅτι εἰ ὁ Χριστὸς ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ γέγονε, δῆλον ὅτι καὶ τὰ πάντα, καὶ αὐτὸς ἂν εἴη, περὶ οὗ λέγει Ἰωάννης· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο [1]), καὶ [e] ὁ ψαλμῳδὸς δέ· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας [2]), εὑρεθήσεται δὲ ὁ Χριστὸς ψευδόμενος· ἐγὼ ἐν τῷ πατρί [3]), ὄντος ἑτέρου ἐν τῷ πατρί, καί· ὁ λόγος δὲ σὰρξ ἐγένετο [4]) οὐκ ἀληθὲς κατ' αὐτούς· εἰ γὰρ ἐν ᾧ τὰ πάντα ἐγένετο αὐτὸς ἐγένετο σάρξ,

1) Ioan. 1, 3. 2) Psal. 104 [103. LXX.], 24. 3) Ioan. 14, 10. 4) Ioan. 1, 14.

a. Reg. 1. et Segu. τὸ αὐτὸ αὐτοαίτιον.
b. Basil. γεγένηται.
c. Reg. προςδεδωκώς.
d. Reg. et Seguer. δηλονότι.
e. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi καὶ Δαβίδ· πάντα etc.

sed haec de eodem dicantur, idem igitur sui causa et effectus erit, P.619.
idem quod gignitur et gignit; quod quidem absurdum ex Sabellii errore manare ostensum est. Quod si ex ipso quidem est nec tamen aliud ab eo, sequitur ut idem sit et gignens et non gignens, gignens, quia ex se illud profert, non gignens, quia aliud ab eo non est. Quod postremum si admittatur, colligitur eundem cogitatione tantum Patrem et Filium dici. Sed si id absurdum est, igitur duo erunt Pater et Filius. Unum item iidem erunt, quia Filius non extrinsecus sed ex Deo genitus est. Si quis autem Verbum fetum sive genitum dicere reformidat, ipsumque cum Deo existere putet tantummodo dicendum, caveat ille ne nomine Scripturae usitato uti refugiens in absurdam incidat opinionem, qua Deum duplicis naturae inducat. Si enim non concedit, Verbum ex unitate esse, sed tantum cum Patre fuisse copulatum, duas certe admittit essentias, quarum neutra alterius parens est. Idem etiam de virtute sive potentia dicendum est. Id autem facilius poterit intelligi, si in Patre spectetur. Unus enim est Pater, non duo, sed ex uno est Filius. Ut ergo non sunt duo patres, sed unus, ita non duo principia sunt, sed unum, et ex uno essentialis existit Filius. Rursus vero Arianos interrogemus. Nam quod ad Sa- P.620.
bellii sectatores attinet, illi ex Filii notitia refellendi sunt, Ariani vero ex Patris notione.

4. Sic igitur disserendum est: Vel Deus est sapiens, nec sine Verbo sive Ratione, vel contra sine sapientia est et Verbo seu Ratione? Si secundum admittitur, id per se absurdum esse liquet, si primum conceditur, rursus sciscitandum est, quonam modo sit sapiens nec sine Verbo seu Ratione, extrinsecusne sapientiam et Verbum, an vero ex seipso habeat. Si extrinsecus habet, aliquis igitur prius illi dedit, ipseque antequam acciperet, sine sapientia et Verbo sive Ratione erat. Quod si ex seipso habet Verbum, palam igitur est, ipsum ex nihilo non esse, neque fuisse aliquando cum non esset. Siquidem semper fuit, quippe cum ille, cuius imago est, semper existat. At si responderint, Deum sapientem quidem esse nec sine Verbo sive Ratione, sed propriam in seipso habere sapientiam propriumque Verbum, non autem Christum, sed in quo ipsum etiam Christum fecerit; dicendum, quod si Christus in illo Verbo factus sit, sine dubio omnia quoque in eodem facta sunt, ipsumque illud est Verbum, de quo Ioannes dicit: *Omnia per ipsum facta sunt,* et Psalmista: *Omnia in sapientia fecisti.* Quin et ipse Christus mentitus esse reperietur, cum ait: *Ego in Patre,* quandoquidem alius est in Patre. Falsum item ex illorum sententia erit, quod dicitur: *Verbum caro factum est.* Namque si

P. 620. ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ἐν τῷ πατρὶ λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, [a]ἄρα ὁ Χριστὸς οὐ γέγονε σάρξ, ἀλλ' ἴσως ὠνομάσθη λόγος ὁ Χριστός. καὶ εἰ τοῦτο, πρῶτον μὲν ἄλλος ἂν εἴη παρὰ τὸ ὄνομα, ἔπειτα οὐ δι' αὐτοῦ ἐγένετο τὰ πάντα, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ, ἐν ᾧ καὶ ὁ Χριστός. εἰ δὲ φήσαιεν ὡς ποιότητα εἶναι ἐν τῷ πατρὶ τὴν σοφίαν ἢ αὐτοσοφίαν εἶναι, ἀκολουθήσει τὰ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἄτοπα εἰρημένα· ἔσται γὰρ σύνθετος καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ υἱὸς καὶ πατὴρ [b]γινόμενος. πλὴν ἐλεγκτέον καὶ δυςωπητέον αὐτούς, ὅτι ὁ ἐν τῷ θεῷ λόγος οὐκ ἂν εἴη κτίσμα οὐδὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. ὄντος δὲ ἅπαξ ἐν θεῷ λόγου, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ Χριστὸς ὁ λέγων· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), ὁ διὰ τοῦτο καὶ μονογενὴς ὤν, ἐπειδὴ οὐκ ἄλλος τις ἐξ αὐτοῦ ἐγεννήθη. εἷς [c]οὗτος υἱός, ὅς ἐστι λόγος, σοφία, δύναμις, οὐ γὰρ σύνθετος ἐκ τούτων ὁ θεός, ἀλλὰ γεννητικός. ὥςπερ γὰρ τὰ κτίσματα λόγῳ δημιουργεῖ, οὕτως κατὰ φύσιν τῆς ἰδίας οὐσίας ἔχει γέννημα τὸν λόγον, δι' οὗ καὶ δημιουργεῖ καὶ κτίζει καὶ οἰκονομεῖ τὰ πάντα· τῷ
P. 621. γὰρ λόγῳ καὶ τῇ σοφίᾳ τὰ πάντα γέγονε, καὶ τῇ διατάξει αὐτοῦ διαμένει τὰ σύμπαντα[2]). τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ υἱοῦ· εἰ ἄγονος, καὶ ἀνενέργητος ὁ θεός, γέννημα γὰρ αὐτοῦ [d]ὁ υἱός, δι' οὗ ἐργάζεται, εἰ δὲ μή, αἱ αὐταὶ ἐρωτήσεις καὶ τὰ αὐτὰ ἄτοπα τοῖς ἀναισχυντοῦσιν ἀκολουθήσει.

5. Ἐκ τοῦ δευτερονομίου· ὑμεῖς δὲ οἱ προςκείμενοι κυρίῳ τῷ θεῷ [e]ὑμῶν ζῆτε πάντες ἐν τῇ σήμερον[3]). ἐκ τούτου δυνατὸν εἰδέναι τὴν διαφοράν, καὶ γνῶναι ὅτι οὐκ ἔστι κτίσμα ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. [f]ὁ μὲν γὰρ υἱὸς λέγει· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[4]), καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), τὰ δὲ γενητὰ ὅτ' ἂν προκόπτῃ πρόςκειται τῷ κυρίῳ. ὁ μὲν γὰρ λόγος ὡς ἴδιος ἐν τῷ πατρί ἐστι, τὰ δὲ γενητὰ ἔξωθεν ὄντα πρόςκειται ὡς τῇ μὲν φύσει ἀλλότρια, τῇ δὲ προαιρέσει προςκείμενα. [g]καὶ γὰρ καὶ υἱὸς μὲν ὁ φύσει ἕν ἐστι μετὰ τοῦ γεννῶντος, ὁ δὲ ἔξωθεν υἱοποιούμενος προςκείσεται τῷ γένει. διὰ τοῦτο καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει· ὅτι [h]ποῖον ἔθνος μέγα, ᾧ ἐστιν αὐτῷ θεὸς ἐγγίζων[5]); καὶ ἀλλαχοῦ· θεὸς ἐγγίζων ἐγώ[6])· τοῖς γὰρ γενητοῖς ἐγγίζει ὡς ξένοις αὐτοῦ

1) Ioan. 14, 10. 2) Psal. 119 [118. LXX.], 91. 3) Deuter. 4, 4. 4) Ioan. 10, 30. 5) Deuter. 4, 7. 6) Ierem. 23, 23.

a. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At Gobler. ἆρ' ὁ Χριστός.
b. Gobler. et Felckm. 1. γενόμενος.
c. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. οὗτος υἱός. Alii et editi ουτος ὁ υἱός.
d. Gobler. et Felckm. 1. ὁ θεός. Mox Reg. et Seguer. αὐταὶ αἱ ἐρωτήσεις.
e. Sic Seguer., Basil., Anglic. ut et habetur Deuteron 4, 4. At alii et editi ἡμῶν. Ibidem mss. omnes ζῆτε. Editi ζητεῖτε, male. Totum autem hunc locum perperam intellexit Nannius, cuius haec est versio in editione Commel. *Quod si illud non admittes, eaedem controversiae similes-*

illud Verbum caro factum est, in quo omnia facta sunt, nec Christus P. 620. est in Patre Verbum, per quod omnia facta sunt, igitur Christus non factus est caro, sed forte Christus Verbum appellatus est. Quod quidem si verum est, primo alius erit quam qui nomine significatur, deinde non per eum omnia facta erunt, sed in illo, in quo Christus quoque ipse factus est. Sin autem dixerint, sapientiam in Patre instar qualitatis esse, vel eum sapientiam ipsam esse, quae supra recensuimus absurda necessario consequentur, videlicet eum compositum esse, suique ipsius esse patrem et filium. Verum coarguendi illi sunt et confutandi. Siquidem Verbum, quod in Deo est, nec creatum nec ex nihilo potest esse. Si item Verbum in Deo est, ipse certe Christus fuerit, qui ait: *Ego in Patre et Pater in me est*; qui idem idcirco unigenitus est, quia nullus alius ex eo sit genitus. Unus hic est Filius, qui et Verbum, sapientia et virtus sive potentia est. Nec enim ex hic est compositus Deus, sed horum est genitor. Namque quemadmodum res creatas Verbo producit, ita secundum propriae essentiae naturam Verbum gignit, per quod omnia efficit, creat et administrat. Siquidem omnia Verbo et sapientia facta sunt, eiusque im- P. 621. perio universa perseverant. Idem autem de Filio dicendum; nimirum si nihil gignit Deus, nihil item agit sive efficit, nam eius fetus est Filius, per quem agit. Sin minus, ad easdem interrogationes eademque absurda impudentes hi homines revolventur.

5. Ex Deuteronomio: *Vos autem, qui adhaeretis domino Deo vestro, vivitis universi hodierna die.* Ex his verbis discrimen Filii et rerum creatarum licet perspicere, intelligereque Filium Dei creatum minime esse. Enim vero Filius dicit: *Ego et Pater unum sumus*; et: *Ego in Patre et Pater in me est*, res autem factae cum proficiunt, Domino adhaerent. Nempe Verbum tanquam proprium est in Patre, at res factae, ut pote quae extrinsecus existunt, adhaerent; nimirum naturâ alienae sunt, voluntate autem adhaerent. Etenim Filius, qui naturâ est, unum est cum genitore, qui vero extrinsecus adoptatur, generi adiungitur sive adhaeret. Hinc statim subdit: *Quae natio magna, cui Deus appropinquat?* Et alibi: *Deus appropinquans ego.* Nam

que importunitates impudentibus illis occurrent. Nos autem, qui Deo appositi addictique sumus, quaeramus eum in hoc ipso die. In aliis item editionibus non minus male emendatum est hoc modo: *Quod si illud etc. impudentibus istis occurrent, ex illo Deuteronomii:* Vos autem qui Deo appositi addictique estis, quaerite eum in hoc ipso die.

f. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi μὲν omittunt.

g. Regius καὶ γὰρ υἱός. Seguer. καὶ γὰρ καὶ υἱός. Ceteri et editi καὶ γὰρ καὶ ὁ υἱός. Mox Felckm. 2. et editio Commel. ὃ δὲ ἔξωθεν, mendose.

h. Sic manuscripti codices. At editi ποιῶν, perperam. Nannius item vertit *Qui fecit gentem magnam, cui appropinquat Deus.*

P.621. οὖσι, τῷ δὲ υἱῷ ὡς [a]ἰδίῳ οὐκ ἐγγίζει, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἐστι, καὶ ὁ υἱὸς οὐ πρόςκειται, ἀλλὰ σύνεστι τῷ πατρί, ὅθεν [b]καὶ πάλιν λέγει Μωσῆς ἐν αὐτῷ τῷ δευτερονομίῳ· τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσεσθε καὶ αὐτῷ προςτεθήσεσθε[1])· τὸ δὲ προςτιθέμενον ἔξωθεν προςτίθεται.

6. Πρὸς δὲ τὴν ἀσθενῆ καὶ ἀνθρωπίνην ἔννοιαν τῶν Ἀρειανῶν διὰ τὸ ὑπονοεῖν τὸν κύριον [c]ἐνδεᾶ, ὅταν λέγῃ· ἐδόθη μοι[2]) καὶ ἔλαβον[3]), καὶ ἐὰν λέγῃ ὁ Παῦλος· διὰ τοῦτο ὑπερύψωσεν αὐτόν[4]), καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ[5]), καὶ τὰ τοιαῦτα, λεκτέον ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν λόγος ὢν υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐφόρεσε σῶμα καὶ γέγονε [d]καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, ἵνα μεσίτης γενόμενος θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὰ μὲν θεοῦ ἡμῖν, τὰ δὲ ἡμῶν τῷ θεῷ διακονῇ. ὅταν οὖν λέγηται πεινᾶν καὶ δακρύειν καὶ κοπιᾶν καὶ Ἐλωῒ Ἐλωΐ[6]), ἀνθρώπινα ὄντα καὶ ἡμέτερα [e]πάθη δέχεται παρ' ἡμῶν καὶ τῷ πατρὶ ἀναφέρει, πρεσβεύων ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἐν αὐτῷ ἐξαφανισθῇ, ὅταν δὲ ὅτι ἐδόθη μοι ἐξουσία καὶ ἔλαβον καὶ διὰ τοῦτο ὑπερύψωσεν [f]αὐτὸν
P.622. ὁ θεός, τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ εἰς ἡμᾶς ἐστι χαρίσματα δι' αὐτοῦ διδόμενα. οὐ γὰρ ὁ λόγος ἐνδεὴς ἦν ἢ γέγονε πώποτε, οὐδὲ πάλιν οἱ ἄνθρωποι ἱκανοὶ ἦσαν ἑαυτοῖς διακονῆσαι ταῦτα, διὰ δὲ τοῦ λόγου δίδοται ἡμῖν· διὰ τοῦτο ὡς αὐτῷ διδόμενα ἡμῖν [g]μεταδίδοται, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐνηνθρώπησεν, ἵνα ὡς αὐτῷ διδόμενα εἰς ἡμᾶς διαβῇ. ἄνθρωπος γὰρ ψιλὸς οὐκ ἂν ἠξιώθη τούτων, λόγος δὲ πάλιν μόνος οὐκ ἂν ἐδεήθη τούτων. συνήφθη οὖν ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ τότε [h]ἐξουσίαν ἡμῖν μετέδωκε καὶ ὑπερύψωσεν. ἐν ἀνθρώπῳ γὰρ ὢν ὁ λόγος ὑπερύψωσε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ ὄντος τοῦ λόγου ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. ἐπεὶ οὖν τοῦ λόγου ὄντος ἐν σαρκὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος καὶ ἔλαβεν ἐξουσίαν, διὰ τοῦτο εἰς τὸν λόγον ἀναφέρεται ταῦτα, ἐπειδὴ δι' αὐτὸν ἐδόθη· διὰ γὰρ τὸν ἐν ἀνθρώπῳ λόγον ἐδόθη ταῦτα τὰ χαρίσματα, καὶ ὥςπερ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὕτως καὶ ὁ ἄνθρωπος τὰ διὰ τοῦ λόγου εἴληφε. πάντα γὰρ ὅσα ὁ ἄνθρωπος [i]εἴληφεν ὁ λόγος λέγεται εἰληφέναι, ἵνα δειχθῇ, ὅτι οὐκ ἄξιος ὢν ὁ ἄνθρωπος λαβεῖν ὅσον ἧκεν εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν ὅμως διὰ τὸν γενόμενον σάρκα λόγον εἴληφεν. ὅθεν ἐάν τι λέγηται δίδοσθαι τῷ κυρίῳ ἤ τι τοι-

1) Deuter. 13, 4. 2) Matth. 28, 18. 3) Ioan. 10, 18. 4) Philipp. 2, 9. 5) Ephes. 1, 20. 6) Marc. 15, 34.

a. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi οἰκείῳ.

b. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At Gobler. et Felckm. primus καί φησιν ἐν δευτερονομίῳ. Editio Commel. καὶ ἔφη ἐν δευτερονομίῳ.

c. Gobler. et Felckm. 1. ἐνδεῆ. Mox διὰ τοῦτο abest a Gobler. et Felckm. 1.

d. Sic Reg. Seguer. Basil. In aliis et editis καί deest.

e. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi τὰ πάθη.

bus factis appropinquat, quippe cum illae sint ipsi externae, at Filio P. 621. pote proprio non appropinquat, sed in eo est, nec adhaeret Filius, d una cum Patre est. Unde rursus Moyses in eodem Deuteronomio c loquitur: *Vocem eius audietis et ipsi vos adiungemini.* Quod au-:m adiungitur, extrinsecus adiungitur.

6. Iam quod pertinet ad levem et humanam Arianorum opina-.onem, qua nempe Dominum egenum fuisse ex his ipsius verbis su-.picantur: *Data est mihi, accepi,* ut et ex his Pauli locis: *Idcirco* :*xaltavit illum,* et *Sedit a dextris,* aliisque similibus, respondendum ɜst Dominum nostrum, qui idem Verbum et Filius Dei est, corpus gestasse, et filium quoque hominis factum fuisse, ut medius Deum inter et homines effectus, quae Dei sunt, nobis subministraret, quae nostri, Deo offerret. Quocirca cum esurire, flere, defatigari et clamare *Eloi Eloi* dicitur, quae quidem humanae nostrae sunt affectiones et miseriae, eas a nobis accipit ac Patri offert, et pro nobis intercedit, ut in ipso penitus deleantur. His autem Verbis: *Data est mihi potestas,* et *accepi,* et *idcirco exaltavit eum Deus,* munera in nos a Deo per illum collata significantur. Nec enim indigens erat P. 622. Verbum vel unquam factum est, nec rursus homines idonei erant qui ista sibi compararent; sed per Verbum nobis donata sunt, unde illa tanquam ipsi donata nobis impertiuntur. Siquidem eam ob rem homo factus est, ut illa velut sibi data in nos transferrentur. Nec enim purus homo dignus unquam fuisset, qui haec acciperet, nec item purum Verbum his posset indigere; coniunctum igitur nobis est Verbum, tuncque nos potestatis participes reddidit et exaltavit. Verbum siquidem in homine existens hominem exaltavit, et Verbo item in homine existente accepit homo. Quia ergo Verbo in carne existente exaltatus homo est potestatemque accepit, idcirco ista ad Verbum referuntur, quandoquidem propter ipsum data sunt. Haec enim dona propter Verbum in homine existens concessa sunt. Unde quemadmodum Verbum caro factum est, ita et homo quae accepit per Verbum accepit. Omnia enim, quae homo accepit, Verbum accepisse dicitur, ut videlicet ostenderetur, quoniam homo pro suae naturae conditione dignus non esset, qui illa acciperet, per Verbum carnem factum ea illum accepisse. Quocirca si quid Domino datum esse vel aliquid huiusce-

f. Sic Reg. Seguer. et Basil. Ceteri autem et editi *ἑαυτόν*.

g. Sic mss. omnes. Editi vero *δίδοται*. Ibidem Reg. et Seguer. *καὶ ἐνηνθρώπησεν*. In aliis et editis *καί* deest.

h. Sic Reg. et Seguer. At Basil. *τότε ἐξουσίας*. Alii et editi *τότε ἡ τῆς ἐξουσίας*, mendose.

i. Sic Reg. et Seguer. Editi vero *εἴληφεν· ὅσα γὰρ ὁ ἄνθρωπος εἴληφε, πάντα ὁ λόγος* etc.

p. 622. οὗτον, νοεῖν δεῖ μὴ αὐτῷ ὡς χρήζοντι ᵃδίδοσθαι, ἀλλὰ τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τοῦ λόγου. καὶ γὰρ πᾶς πρεσβεύων ὑπὲρ ἄλλου αὐτὸς τὴν χάριν λαμβάνει, οὐ χρήζων, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑπὲρ οὗ πρεσβεύει.

7. Ὥςπερ γὰρ ᵇτὰς ἀσθενείας ἡμῶν λαμβάνει[1]) οὐκ ἀσθενῶν καὶ πεινᾷ οὐ πεινῶν, ἀλλὰ τὰ ἡμῶν ἀναπέμπει εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι, οὕτως τὰς ἀντὶ τῶν ᶜἀσθενειῶν παρὰ θεοῦ δωρεὰς πάλιν αὐτὸς δέχεται, ἵνα συναφθεὶς ἄνθρωπος μεταλαβεῖν δυνηθῇ. λέγει γοῦν ὁ κύριος· πάντα ὅσα δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς, καὶ πάλιν· ὑπὲρ αὐτῶν ἐρωτῶ[2]). ἠρώτα γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν, τὰ ἡμῶν ἀναδεχόμενος, καὶ ἐδίδου ἃ ἐλάμβανεν. ἐπειδὴ οὖν συναφθέντος τοῦ λόγου τῷ ἀνθρώπῳ εἰς τὸν λόγον ἀποβλέπων ἐχαρίζετο ὁ πατὴρ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑψωθῆναι, τὸ ἔχειν πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ ὅσα τοιαῦτα, διὰ τοῦτο αὐτῷ τῷ λόγῳ πάντα ἀναφέρεται, καὶ ὡς αὐτῷ διδόμενά ἐστιν ἃ δι' αὐτοῦ ἡμεῖς λαμβάνομεν· ὡς γὰρ δι' ἡμᾶς ἐνηνθρώπησεν αὐτός, οὕτως ἡμεῖς δι' αὐτὸν ὑψούμεθα. οὐδὲν οὖν ἄτοπον, εἰ ὥςπερ δι' ἡμᾶς ᵈἐταπείνωσεν ἑαυτόν, οὕτως καὶ δι' ἡμᾶς λέγεται ὑπερυψῶσθαι. ἐχαρίσατο οὖν αὐτῷ[3]) ἀντὶ τοῦ ἡμῖν δι' αὐτόν, καὶ ὑπερύψωσεν ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ λόγος ἡμῶν ὑψουμένων καὶ λαμβανόντων καὶ βοηθουμένων ὡς αὐτὸς ὑψούμενος καὶ λαμβάνων καὶ βοηθούμενος
p. 623. εὐχαριστεῖ τῷ πατρί, τὰ ἡμέτερα εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων καὶ λέγων· πάντα ὅσα δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς[4]).

1) Ioan. 12, 36. 46. 2) Ioan. 1, 8. 3) Ioan. 1, 1. 4) Ioan. 10, 30. 5) Ioan. 1, 18. 6) Ioan. 12, 45.

a. Reg. et Seguer. φησίν addunt; alii et editi omittunt. Paulo post Seguer. et Basil. δειχθέντος ὅτι υἱός ἐστιν ὁ λέγων. Anglic. omittit quoque δῆλον.

b. Sic Reg. et Seguer. Basil. et Anglic., sed duo ultimi Ἰωάννης pro Ἰωάννου habent. At ceteri et editi ὡς ὁ Ἰωάννης ἔφη περὶ βαπτιστοῦ, οὐκ ἦν etc.

c. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis τόν deest. Ibidem Reg. Seguer. Basil. et Anglican. κόσμον· ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ etc. Sic item Gobler. sed γάρ omisso.

d. Gobler. et Felckm. 1. καί omittunt.

e. ὡς abest ab Anglic.

dum humanam naturam in terris mansit, lux erat in mundo, ut ipse ait: *Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Ego enim, lux,* inquit, *in mundum veni.* P. 631.

19. Quibus ita probatis perspicuum sane est, Filium esse ipsum Verbum. Porro si Filius lux est, quae venit in mundum, sine ulla controversia sequitur, ut per Filium factus fuerit mundus. Sic enim Evangelista initio Evangelii de Ioanne Baptista loquitur: *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.* Nempe, ut antea diximus, ipse Christus lux vera est, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum. Namque si in mundo ipse erat, et mundus per eum factus est, necesse igitur est ipsum Dei Verbum esse, per quod omnia facta fuisse idem testatur. Vel enim duos mundos admittere cogentur, ut unus per Filium et alius per Verbum factus sit, vel si unus est mundus et una creata natura, sequitur et unum et eundem Filium ac Verbum ante omnem creatam naturam exstitisse, quippe quae per ipsum facta fuerit. Quocirca si quemadmodum per Verbum, ita et per Filium omnia facta sunt, nihil contrarium esse apparebit, sed potius idem omnino erit dicere: *In principio erat Verbum,* et In principio erat Filius. Sed si, eo quod non dixerit Ioannes: In principio erat Filius, negant Filio convenire quae Verbi propria sunt, similiter igitur Verbo non conveniunt quae propria sunt Filii. Atqui demonstratum est, ad Filium haec pertinere verba: *Ego et Pater unum sumus,* ipsumque esse, *qui est in sinu Patris,* has similiter voces eius esse: *Qui videt me, videt eum, qui misit me,* Verbo item et Filio commune esse quod dicitur, mundum nempe per ipsum factum esse; ex quibus evidens sit Filium ante mundum exstitisse; siquidem necesse est opificem ante opera esse. Deinde ex illorum sententia sequitur, id, quod ad Philippum dictum est, non ad Verbum sed ad Filium pertinere. Nam, ut narrat Evangelista, dixit Jesus: *Tanto tempore vobiscum sum, nec cognovisti me, Philippe? Qui vidit me, vidit Patrem. Et quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem? Non credis, quia ego in Patre et Pater in me est? Verba, quae ego loquor vobis, a me ipso non loquor; Pater autem, qui in me manet,*

f. τό abest ab Anglic. Mox Reg. Seguer. et Basil. addunt ὑπάρχειν αὐτόν, quae alii et editi omittunt.

g. Reg. Seguer. et Gobler. γινομένων. Ceteri et editi γενομένων.

h. Sic Reg. Segu. Bas. et Angl., sed duo ultimi pro Ἰησοῦς habent Ἰωάννης. Ceteri et editi τοσοῦτον γὰρ, ἔφη, χρόνον.

i. Editio Commel. et aliquot mss. τὸν πατέρα, καὶ τὰ ἑξῆς. εἰ μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον etc. omissis intermediis, quae in Reg. Seguer. Basil. et Anglic exstant. Sed in Seguer. post ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ desunt quae sequuntur ante εἰ μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον.

k. Basil. et Anglic. ὁ et αὐτός omittunt, ut et αὐτά infra post τὰ ἔργα.

P. 632. πιστεύετέ μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. εἰ δὲ μή, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα πορεύομαι. καὶ ὅ τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω, ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ [1]). οὐκοῦν εἰ ὁ πατὴρ δοξάζεται ἐν τῷ υἱῷ, ὁ υἱὸς ἂν εἴη ὁ λέγων· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, αὐτὸς καὶ τὸ ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα. αὐτὸς γὰρ ὁ ταῦτα λέγων υἱὸν ἑαυτὸν δείκνυσιν, ἐπάγων· ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ.

20. Εἰ μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐφόρεσεν ὁ λόγος, αὐτὸν εἶναι λέγουσι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, καὶ μὴ τὸν λόγον υἱόν, ὁ ἄνθρωπος ἂν εἴη ἀκολούθως ὁ ἐν τῷ πατρί, [a] ἐν ᾧ καὶ ὁ πατὴρ ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἂν εἴη ὁ ἓν ὢν αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. ἀναγκασθήσονται δὲ καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου εἰπεῖν τὸν κόσμον γεγενῆσθαι, καὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐλθόντα μὴ κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ σῶσαι αὐτόν, αὐτὸν δὲ εἶναι καὶ πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι. [b] Ἰησοῦς γάρ, φησίν, εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι [2]). καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον κατ' αὐτοὺς τὸν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ μετὰ δύο καὶ τεσσαράκοντα γενεὰς [c] γενόμενον λέγειν πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ὑπάρχειν; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον, [d] εἰ ἡ σάρξ, ἣν ἐφόρεσεν ὁ λόγος, αὕτη ἐστὶν ὁ υἱός, λέγειν τὴν ἐκ Μαρίας σάρκα ταύτην εἶναι, δι' ἧς ὁ κόσμος ἐγένετο; πῶς δὲ σώσουσι καὶ τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν [3]); τὸ γὰρ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως τοῦ υἱοῦ σημαίνων ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπήγαγε λέγων· ἐν τῷ κόσμῳ ἦν. πῶς δὲ εἰ μὴ ὁ λόγος υἱός ἐστιν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος υἱός, δύναται τὸν κόσμον σῶσαι, εἷς ὢν καὶ αὐτὸς τοῦ κόσμου; εἰ δὲ αναισχυντοῖεν ἐπὶ τούτοις, ποῦ ἔσται ὁ λόγος, τοῦ ἀνθρώπου ὄντος ἐν τῷ πατρί; [e] πόστος δὲ ἔσται ὁ λόγος πρὸς τὸν πατέρα, τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ πατρὸς ἓν ὄντων; εἰ δὲ ὁ ἄνθρωπος μονογενής ἐστι, πόστος ἔσται ὁ λόγος; ἢ γὰρ δεύτερον εἶναι αὐτὸν λέξειέ τις, ἢ εἰ [f] ὑπὲρ τὸ μονογενές ἐστιν, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ πατήρ. ὥςπερ γὰρ εἷς ἐστιν ὁ πατήρ, οὕτως ἓν καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ μονογενές. τί δὲ καὶ πλέον ὁ λόγος ἔχει τοῦ ἀνθρώπου, εἴγε οὐχ ὁ λόγος υἱός ἐστι; διὰ μὲν γὰρ υἱοῦ καὶ τοῦ λόγου ὁ κόσμος γεγενῆσθαι γέγραπται, καὶ κοινόν ἐστι τῷ τε λόγῳ καὶ τῷ υἱῷ τὸ δημιουργεῖν τὸν κόσμον, τὸ δὲ ὁρᾶν τὸν πατέρα οὐκ ἔτι ἐν τῷ

1) Ioan. 14, 9—13. 2) Ioan. 8, 58. 3) Ioan. 1, 10.

a. Sic mss. omnes. Editio autem Commelin. ὁ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν αὐτῷ.

b. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi ἀμὴν γάρ, ἔφη ὁ Ἰησοῦς, λέγω etc.

ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in Patre sum et Pater in P.632. *me. Alioquin propter opera ipsa credite mihi. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quae ego facio, et ipse faciet, et maiora his faciet, quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio.* Itaque si Pater in Filio glorificatur, Filius sine dubio fuerit, qui ait: *Ego in Patre et Pater in me est,* et *Qui me vidit, vidit Patrem.* Qui enim haec loquitur, seipsum Filium esse probat, cum addit *ut glorificetur Pater in Filio.*

20. Si igitur contendunt, hominem, quem gestavit Verbum, Filium Dei unigenitum esse, non autem Verbum, sequitur ut homo sit ille, qui in Patre est et in quo Pater est, homo item ille fuerit, qui unum ipse et Pater est, quique in sinu est Patris, et lux vera est. Hinc fateri cogentur, mundum per hominem factum esse, et hominem eum esse, qui venit non ut iudicaret, sed ut mundum salvum faceret, ipsum denique esse priusquam Abraham fieret. *Iesus* enim, inquit, *dixit illis*: *Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.* An non vero perabsurdum dictu est, eum existere antequam fieret Abraham, quem ex semine Abrahae post quadraginta duas aetates natum esse volunt? Si item caro, quam Verbum gestavit, Filius est, an non vehementer repugnat contendere, hanc ipsam carnem, quam ex Maria accepit, esse per quam mundus factus est. Quid vero de his verbis dicturi sunt: *In mundo erat?* Namque Evangelista, ut significaret exstitisse Filium priusquam secundum carnem nasceretur, haec subiecit verba: *In mundo erat.* Porro si non Verbum est Filius, sed homo est Filius, quomodo mundum possit servare, cum ipse quoque sit ex mundo? Quod si nec his rationibus eorum comprimetur impudentia, respondeant, ubinam futurum sit Verbum, si homo est in Patre? Quotum autem Verbum erit cum Patre, cum homo et Pater unum sint? Quod si homo unigenitus est, quotum quaeso erit Verbum? Vel enim secundum esse respondebit aliquis, vel si supra unigenitum est, ipse certe Pater fuerit. Quemadmodum enim unus est Pater, ita unigenitus ex eo natus unus est. Quid praeterea Verbum homine amplius habet, si Verbum Filius non sit? Mundum quidem per Filium et Verbum factum esse scriptum est, communeque est Verbo et Filio mundum creare, at Patrem non a Verbo, sed a Filio

c. Basil. et Anglic. γενόμενον. Regius et Segu. λεγόμενον. Alii editique utrumque omittunt.

d. Sic Reg. et Seguer. ut et Nannius legit. Alii et editi εἴη, mendose.

e. Gobler. hic et mox πόσος.

f. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At in aliis et editis deest εἰ.

P.632. λόγῳ γέγραπται, ἀλλ' ἐν τῷ υἱῷ, καὶ τὸ σώζειν τὸν κόσμον οὐκέτι διὰ τοῦ λόγου ἐλέχθη, ἀλλὰ διὰ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ. εἶπε γάρ, φησίν, ὁ Ἰησοῦς· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνω-
P.633. κάς με, Φίλιππε; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[1]), καὶ τὸν πατέρα δὲ οὐχ ὁ λόγος γέγραπται γινώσκειν, ἀλλ' ὁ υἱός[2]), [a] ὁρᾷν δὲ τὸν πατέρα οὐχ ὁ λόγος εἴρηται, ἀλλ' ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός[3]).

21. Τί δὲ πλέον εἰς σωτηρίαν ἡμῶν ὁ λόγος συμβάλλεται μᾶλλον τοῦ υἱοῦ, εἴγε κατ' αὐτοὺς ἄλλος ἐστὶν ὁ υἱὸς καὶ ἄλλος ὁ λόγος; πιστεύειν γὰρ ἡμᾶς οὐκ εἰς τὸν λόγον, ἀλλ' εἰς τὸν υἱὸν πρόσταξίς ἐστι. φησὶ γὰρ [b] ὁ Ἰωάννης· ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ἔχει ζωὴν αἰώνιον, ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ οὐκ ὄψεται ζωήν[4]). καὶ τὸ ἅγιον δὲ βάπτισμα, ἐν ᾧ πάσης πίστεως ἡμῶν ἡ σύστασις ὁρμεῖ, οὐκ εἰς λόγον, ἀλλ' εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα δίδοται. εἴπερ οὖν κατ' αὐτοὺς ἄλλος ἐστὶν ὁ λόγος καὶ ἄλλος ὁ υἱός, καὶ οὐκ ἔστιν υἱὸς ὁ λόγος, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον τὸ βάπτισμα. πῶς οὖν σύνεστιν ὁ λόγος κατ' αὐτοὺς τῷ πατρί, οὐ συνὼν αὐτῷ ἐν τῇ τοῦ βαπτίσματος δόσει; ἀλλ' ἴσως ἂν εἴποιεν· ἐν τῷ τοῦ πατρὸς ὀνόματι περιέχεται καὶ ὁ λόγος. [c] διατί οὖν οὐχὶ καὶ τὸ πνεῦμα; ἢ ἐκτὸς τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα; καὶ ἄνθρωπος μέν, εἴπερ οὐκ ἔστιν υἱὸς ὁ λόγος, μετὰ τὸν πατέρα ὀνομάζεται, τὸ δὲ πνεῦμα μετὰ τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἔτι δὲ οὐδὲ εἰς τριάδα κατ' αὐτοὺς ἡ μονὰς πλατύνεται, ἀλλ' εἰς τετράδα, πατέρα [d] καὶ λόγον καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον. ἐν τούτοις δὴ αἰσχυνόμενοι εἰς ἕτεραν καταφεύγουσι, καί φασι μὴ τὸν ἄνθρωπον καθ' ἑαυτόν, ὃν ἐφόρεσεν ὁ κύριος, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον, τόν τε λόγον καὶ τὸν ἄνθρωπον, εἶναι υἱόν, συνημμένα γὰρ ἀμφότερα υἱός, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ὀνομάζεται. τί τοίνυν τίνος αἴτιον, καὶ πότερος πότερον υἱὸν κατεσκεύασεν; ἢ ἵνα λευκότερον εἴποιμι, [e] ἆρα διὰ τὴν σάρκα ὁ λόγος υἱός, ἢ διὰ τὸν λόγον ἡ σὰρξ υἱὸς λέγεται; ἢ οὐδ' ὁπότερον τούτων, ἀλλ' ἡ [f] ἀμφοῖν σύνοδος; εἰ μὲν οὖν ὁ λόγος διὰ τὴν σάρκα, ἀνάγκη τὴν σάρκα εἶναι υἱόν, καὶ ἀκολουθεῖ τὰ ἄτοπα, ὅσα προείρηται ἐκ τοῦ λέγειν τὸν ἄνθρωπον υἱόν· εἰ δὲ διὰ τὸν λόγον ἡ σὰρξ υἱὸς λέγεται, καὶ πρὸ τῆς σαρκὸς πάντως ὁ λόγος ὢν υἱὸς ἦν. πῶς γὰρ οἷόν τε υἱοποιεῖν τινα ἑτέρους μὴ ὄντα αὐτὸν υἱόν, ὄντος μάλιστα πατρός; εἰ μὲν οὖν ἑαυτῷ υἱοποιεῖ, πατὴρ αὐτὸς ἂν εἴη, εἰ δὲ τῷ πατρί,

1) Ioan. 14, 9. 2) Matth. 11, 27. 3) Ioan. 1, 18. 4) Ioan. 3, 36.

a. Basil. et Anglic. καὶ ὁρᾷν.
b. Sic Reg. Seguer. et Basil. Alii autem et editi ὁ omittunt.
c. Sic Reg. Seguer. Basil. Anglican. et Gobler. At editio Commel. διότι.
d. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. recte

videri declarat Scriptura, nec item mundus per Verbum, sed per uni- P. 632. genitum Filium salvus fieri dicitur. Namque, inquit, dixit Iesus: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Qui vidit* P. 633. *me, vidit Patrem.* Nec etiam a Verbo, sed a Filio Patrem cognosci legimus: uti nec Verbum videre Patrem dicitur, sed unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.

21. Ecquid porro Verbum ad nostram salutem amplius possit conferre, quam Filius, si nempe, ut arbitrantur, alius est Filius et aliud Verbum? Nos enim non in Verbum, sed in Filium credere iubemur, ut Ioannes his Verbis declarat: *Qui credit in Filium, habet vitam aeternam; qui autem Filio non credit, non videbit vitam.* Insuper sanctum Baptisma, in quo totius nostrae fidei posita est constitutio, non in Verbum, sed in Patrem et Filium et sanctum Spiritum datur. Quapropter si secundum illos aliud est Verbum et alius Filius, nec Verbum est Filius; nihil sane ad Verbum Baptisma pertinet. Quomodo igitur Verbum secundum illos una est cum Patre, cum in Baptismi donatione una cum eo non sit? At forte responsuri sunt, Verbum in Patris nomine contineri. Quidni ergo et Spiritus? An vero extra Patrem existit Spiritus? Deinde si Verbum non est Filius, homo igitur post Patrem nominandus erit, et Spiritus post hominem, nec iam Unitas ex illorum sententia in Trinitatem dilatabitur, sed in quaternitatem, nempe in Patrem, Verbum, Filium et Spiritum sanctum. Verum hic eos pudor in aliud cogit confugere diverticulum. Aiunt igitur, non hominem seorsum, quem gestavit Dominus, sed utrumque, Verbum scilicet et hominem, esse Filium; ambo enim simul coniuncti, ut inquiunt, Filius appellatur. Quis igitur amborum causa alterius est? Uter utrum effecit Filium? Vel ut planius loquar, num Verbum Filius est propter carnem, an vero caro propter Verbum Filius dicitur? Anne potius neutrum alteri causa est cur Filius appelletur, sed solus amborum congressus? Quod si Verbum propter carnem Filium esse responderint, certe carnem Filium esse necesse est; quo ex responso omnia illa absurda consequentur, quae ex illorum superius dictum est oriri sententia, qui hominem Filium esse affirmant. Si vero propter Verbum caro Filius dicitur, igitur Verbum etiam ante carnem Filius erat. Nam qui fieri potest, ut alios ille filios reddat, qui ipse filius non est, praesertim Patre existente? Profecto si sibi ipse filios efficit, Pater dicendus est, si Patri, ipse sit

addunt καὶ λόγον, quod alii et editi omittunt.

e. Basil. et Gobler. ἄρα. Ceteri et editio Commel. ἄρα.

f. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis ἡ deest.

P. 633. ἀνάγκη αὐτὸν εἶναι υἱόν, [a] μᾶλλον δὲ αὐτὸν εἶναι τὸν υἱόν, δι᾽ ὃν καὶ οἱ ἄλλοι υἱοποιοῦνται.

22. Ἐπεὶ εἰ μὴ ὄντος αὐτοῦ υἱοῦ ἡμεῖς υἱοί ἐσμεν, ἡμῶν ἂν
P. 634. εἴη ὁ θεὸς πατὴρ καὶ οὐκ αὐτοῦ. πῶς οὖν ἰδιοποιεῖται μᾶλλον λέγων· ὁ πατήρ μου, καὶ ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρός[1]); εἰ γὰρ κοινὸς πάντων πατήρ, οὐ μόνου αὐτοῦ πατήρ, οὐδὲ μόνος αὐτὸς ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ πατρός. λέγει δέ ποτε καὶ ἡμῶν αὐτὸν λέγεσθαι πατέρα διὰ τὸ αὐτὸν κεκοινωνηκέναι τῇ ἡμετέρᾳ σαρκί. διὰ τοῦτο γὰρ γέγονεν ὁ λόγος σάρξ, ἵν᾽ ἐπειδὴ ὁ λόγος ἐστὶν υἱός, διὰ τὸν ἐνοικοῦντα ἐν ἡμῖν υἱὸν [b] λέγηται καὶ ἡμῶν πατήρ· ἀπέστειλε γάρ, φησί, τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν κρᾶζον Ἀββᾶ ὁ πατήρ[2]). οὐκοῦν ὁ ἐν ἡμῖν υἱὸς τὸν ἴδιον πατέρα ἐπικαλούμενος καὶ ἡμῶν αὐτῶν ποιεῖ πατέρα λέγεσθαι. ἀμέλει ὧν οὐκ ἔστιν εἰς τὰς καρδίας ὁ υἱός, τούτων οὐδὲ πατὴρ ὁ θεὸς ἂν λεχθείη. εἴπερ οὖν διὰ τὸν λόγον ὁ ἄνθρωπος λέγεται υἱός, ἀνάγκη πᾶσα, λεγομένων καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τῶν παλαιῶν υἱῶν εἶναι καὶ πρὸ τῆς ἐπιδημίας τὸν λόγον υἱόν· υἱοὺς γάρ, [c] φησίν, ἐγέννησα[3]), καὶ ἐπὶ Νῶε· ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ[4]), καὶ ἐν τῇ ᾠδῇ· οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατήρ[5]); οὐκοῦν ἦν καὶ ὁ ἀληθῶς υἱός, δι᾽ ὃν κἀκεῖνοι υἱοί. εἰ δὲ κατ᾽ ἐκείνους πάλιν οὐδ᾽ ὁπότερον τούτων υἱός, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀμφοῖν σύνοδον, ἀνάγκη μηδ᾽ ὁπότερον εἶναι υἱόν, φημὶ δὴ μή τε τὸν λόγον μή τε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλά τινα αἰτίαν, δι᾽ ἣν καὶ συνήφθησαν, καὶ οὕτως [d] δὲ προηγήσεται ἡ αἰτία τῆς συνάψεως, ἥτις υἱὸν ποιεῖ. οὐκοῦν [e] καὶ κατὰ τοῦτο πρὸ τῆς σαρκὸς προῆν ὁ υἱός. τούτων δὴ λεγομένων εἰς ἕτερον καταφεύξονται, λέγοντες μὴ τὸν ἄνθρωπον εἶναι υἱὸν μηδὲ τὸ συναμφότερον, ἀλλὰ τὸν λόγον ἐν ἀρχῇ μὲν εἶναι λόγον ἁπλῶς, ὅτε δὲ ἐνηνθρώπησε, τότε ὠνομάσθαι υἱόν, πρὸ γὰρ τῆς ἐπιφανείας μὴ εἶναι υἱόν, ἀλλὰ λόγον μόνον. καὶ ὥςπερ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐκ ὢν πρότερον σάρξ, οὕτως ὁ λόγος υἱὸς γέγονεν, οὐκ ὢν πρότερον υἱός. ταῦτα μὲν ἐκείνων τὰ φλυαρήματα· ἔχει δὲ τὸν ἔλεγχον [f] ἐναργῆ.

23. Εἰ γὰρ ὅλως ἐνανθρωπήσας γέγονεν υἱός, ἡ ἐνανθρώπησις αἰτία. καὶ εἰ ὁ ἄνθρωπος αἴτιος τοῦ εἶναι αὐτὸν υἱόν, [g] ἢ τὸ συναμφότερον, [h] καὶ τὰ αὐτὰ ἄτοπα ἀπαντήσει. ἔπειτα εἰ πρῶτον λόγος καὶ ὕστερον υἱός, φανήσεται ὕστερον ἐγνωκὼς τὸν πατέρα

1) Ioan. 5, 17; 16, 28. 2) Galat. 4, 6. 3) Esa. 1, 2. 4) Genes. 6, 2. 5) Deuter. 32, 6.

a. Reg. et Seguer. addunt *μᾶλλον δὲ αὐτὸν εἶναι τὸν υἱόν*, quae ceteri et editi omittunt.

b. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi *λέγεται*.

c. *φησίν* abest a Reg. et Seguer. Basil.

ue filius, vel potius ipse verus sit Filius necesse omnino est, P. 633.
ter quem scilicet alii filii efficiuntur.

22. Ceteroquin si ille non sit filius, et nos filii sumus, utique illius sed nostri pater erit Deus. Cur ergo id sibi tanquam pro- P. 634.
ım his verbis vendicat: *Pater meus* et *Ego ex Patre*? Si enim ımunis omnium pater est, non eius solius est pater, neque solus ex Patre exivit. Interdum autem nostrum etiam patrem dici do-, ob suam scilicet cum nostra carne communionem. Ideo enim Verm caro factum est, ut quoniam Verbum est Filius, propter Filium nobis habitantem noster quoque pater appellaretur. Nam, inquit, *-sit Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem Abba Pater*. Itae Filius, qui in nobis est, proprium suum Patrem invocans nostrûm ıam patrem a nobis appellari concedit. Verumtamen in quorum corbus Filius non est, nec etiam Deus eorum pater dici potest. Igitur homo propter Verbum Filius dicitur; cum veteres, antequam Verum humanam assumsisset naturam, filii sint appellati, omnino necesse st Verbum etiam ante suum adventum Filium fuisse. Hinc illa Scriturae verba: *Filios genui*, et in historia Noë: *Videntes filii Dei*, et n Cantico: *Numquid non ipse est pater tuus?* Erat ergo et verus Filius, propter quem illi filii dicuntur. Quod si secundum illos neutrum horum est Filius, sed amborum congressu constituitur, necesse omnino est neutrum esse Filium, id est nec Verbum nec hominem Filium esse, sed quandam causam propter quam copulati sunt; ac proinde causa illa, quae Filium efficit, copulatione prior erit. Ergo ex hoc item responso sequitur, Filium ante carnem exstitisse. Verum his ita demonstratis aliud quaerunt effugium; nempe aiunt, „non hominem Filium esse, neque utrumque simul, sed Verbum, quod quidem in principio fuit duntaxat Verbum, cum autem homo factus est, tunc Filius est nominatus. Nam antequam advenisset, inquiunt, non erat Filius, sed tantummodo Verbum; ac proinde ut Verbum caro factum est, cum antea caro non esset, ita Verbum Filius factus est, cum prius Filius non esset.“ Hae illorum sunt ineptiae, quas refutare haud est difficile.

23. Nam si Verbum humana accepta natura Filius est factus, igitur naturae humanae assumtio causa eius rei est. Quapropter si homo causa est cur Verbum sit Filius, vel utrumque, eadem certe absurda occurrent. Deinde, si prius Verbum est, et posterius Filius,

et Anglic.

d. Regius et Seguer. δέ addunt, quod alii et editi omittunt.

e. Regius et Seguerian. καὶ κατά. In aliis et editis καί deest.

f. Anglic. ἐν ἀρχῇ.

g. Id est: vel si Verbum simul et homo, sive coniunctio Verbi cum homine, causa est cur Verbum sit Filius.

h. Basil. et Anglic. καί omittunt.

P. 634. καὶ οὐ πρότερον· οὐ γὰρ [a]ἢ λόγος γινώσκει, ἀλλ' ἢ υἱός, οὐδεὶς
γὰρ γινώσκει τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός[1]). ἀπαντήσει δὲ καὶ τοῦτο,
ὅτι ὕστερον ἐν κόλποις τοῦ πατρὸς γέγονε, καὶ ὕστερον αὐτὸς καὶ
ὁ πατὴρ ἕν γεγόνασι, καὶ ὕστερον τὸ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν
P. 635. πατέρα[2])· ταῦτα γὰρ πάντα ἐπὶ υἱοῦ ἐλέχθη. ἐκ δὴ τούτων ἀναγ-
κασθήσονται εἰπεῖν· οὐδὲν ἦν ὁ λόγος, ἀλλ' ὄνομα μόνον. οὔτε
γὰρ ἐν ἡμῖν μετὰ τοῦ πατρός, οὔτε [b]ὁ τὸν λόγον ἑωρακὼς ἔβλεπε
τὸν πατέρα, οὔτε ὅλως τινὶ ἐγνώσθη ὁ πατήρ· διὰ γὰρ υἱοῦ γι-
νώσκεται ὁ πατήρ, οὕτω γὰρ καὶ γέγραπται· καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς ἀπο-
καλύψῃ[3]), μήπω δὲ ὄντος τοῦ λόγου υἱοῦ, οὐδέπω τις ἐγίνωσκε
τὸν πατέρα. πῶς οὖν Μωσεῖ, πῶς τοῖς πατράσιν ὤφθη; αὐτὸς
γὰρ ἐν ταῖς βασιλείαις φησίν· ἀποκαλυφθεὶς ἀπεκαλύφθην πρὸς
πάντας τοὺς πατέρας ὑμῶν[4]). εἰ δὲ ἀπεκαλύφθη θεός, [c]δῆλον
ὅτι ἦν ὁ ἀποκαλύπτων υἱός, ὡς αὐτός φησι· καὶ ᾧ ἐὰν ὁ υἱὸς
ἀποκαλύψῃ. ἀσεβὲς μὲν οὖν καὶ ἀνόητον τὸ λέγειν ἄλλον εἶναι
τὸν λόγον καὶ ἄλλον [d]εἶναι τὸν υἱόν, πόθεν δὲ ἄρα τὴν τοιαύτην
ὑπόνοιαν ἐσχήκασιν ἐρέσθαι καλόν. φασὶ δὴ διὰ τὸ μὴ εἰρῆσθαι
ἐν τῇ παλαιᾷ περὶ υἱοῦ, ἀλλὰ περὶ λόγου, [e]καὶ διὰ τοῦτο νεώτε-
ρον ὑπονοεῖν τοῦ λόγου τὸν υἱὸν διαβεβαιοῦνται, ὅτι μὴ ἐν τῇ
παλαιᾷ, ἀλλ' ἐν τῇ καινῇ μόνῃ [f]περὶ αὐτοῦ ἐλέχθη. ταῦτ' ἐκεῖνοι
ἀσεβῶς φθέγγονται. πρῶτον μὲν γὰρ διαιρεῖν τὰς διαθήκας καὶ
μὴ τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέρας [g]ἔχεσθαι Μανιχαίων καὶ Ἰουδαίων τὸ
ἐπιτήδευμα, τῶν μὲν τῇ παλαιᾷ, τῶν δὲ τῇ νέᾳ ἀντιλεγόντων.
ἔπειτα κατ' αὐτούς, εἰ τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ κείμενα προάγει τῷ χρό-
νῳ, τὰ δὲ ἐν τῇ νέᾳ νεώτερά ἐστι, καὶ ἐκ τῶν γραμμάτων οἱ χρό-
νοι κρίνονται, ἀνάγκη πάλιν νεώτερα εἶναι τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν
ἐσμεν[5]), τό,τε μονογενὴς[6]) καὶ τὸ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πα-
τέρα[7])· οὐ γὰρ ἐκ τῆς παλαιᾶς, ἀλλ' ἐκ τῆς καινῆς ταῦτα μαρ-
τυρεῖται.

24. Οὐμὴν δέ, ἀλλ' ἀληθῶς [h]καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ περὶ υἱοῦ
πολλὰ λέγεται, οἷον ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ [i]τὸ υἱός μου εἶ σύ,
ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε[8]), καὶ ἐν τῷ ἐννάτῳ ἡ ἐπιγραφή· εἰς τὸ
τέλος ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ ψαλμὸς τῷ Δαβίδ[9]), καὶ ἐν τῷ
τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ· εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων
τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν, ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ[10]), καὶ ἐν

1) Matth. 11, 27. 2) Ioan. 14, 9. 3) Matth. 11, 27. 4) 1. Sam. [1. Reg. LXX.] 2, 27. 5) Ioan. 10, 30. 6) Ioan. 1, 18. 7) Ioan. 14, 9. 8) Psal. 2, 7. 9) Psal. 9, 1. 10) Psal. 45 [44. LXX.], 1.

a. Reg. et Seguer. hic et mox ἢ pro ἢ. b. Sic Reg. Seguer. Basil. et Goblerian. At alii et editi ὁ omittunt. c. Gobler. δηλονότι. Mox Anglic. ᾧ ἂν ὁ υἱός. d. Reg. et Seguer. addunt εἶναι, quod

sequitur ut Patrem posterius, non prius cognoverit. Nec enim eum P. 634.
novit quatenus Verbum est, sed quatenus Filius. *Nemo* enim *novit
Patrem nisi Filius.* Sequetur item, nonnisi posterius contigisse ut in
sinu Patris fuerit, ipseque et Pater unum facti sint, eveneritque id,
quod dixit: *Qui vidit me, vidit Patrem.* Nam haec omnia de Filio P. 635.
dicta sunt. Insuper ex his cogentur fateri, Verbum nihil fuisse praeter merum nomen. Neque enim in nobis cum Patre erat, nec qui Verbum videbat, Patrem videbat, nec cuiquam omnino notus erat Pater, quippe qui per Filium cognoscatur; sic enim scriptum est: *Et cui Filius revelaverit.* Unde cum Verbum nondum esset Filius, nondum quoque Pater cognoscebatur. Quomodo igitur Moysi et Patribus apparuit? Ipse enim in libris Regnorum ita loquitur: *Revelatus sum omnibus patribus vestris.* Proinde si revelatus est Deus, certe Filius revelavit, ut ipse testatur: *et cui Filius revelaverit.* Itaque impium et stultum dictu est, aliud esse Verbum et alium esse Filium. Nec vero ab re erit inquirere, undenam huiusmodi hauserint opinionem. Aiunt igitur, cum in vetere Testamento nulla Filii sed solius Verbi fiat mentio, idcirco se opinari Filium Verbo iuniorem esse, quippe cum nihil de ipso dictum sit in vetere Testamento, sed tantum in novo. Haec sunt, quae illi proferunt, sed impie. Nam primo Testamenta dividere, ita ut unum cum alio non cohaereat, Manichaeorum atque Iudaeorum est, quorum nimirum alii veteri, alii novo Testamento adversantur. Deinde si, ut putant, ea, quae in veteri exstant Testamento, tempore antecedunt, ea autem, quae in novo Testamento continentur, recentiora sunt, velintque ex divinis litteris tempora aestimari, necesse sane est ista esse recentiora, nempe: *Ego et Pater unum sumus, Unigenitus, Qui vidit me, vidit Patrem.* Non enim ex vetere Testamento, sed ex novo haec testimonia proferuntur.

24. Atqui non ita est, sed etiam revera in vetere Testamento multa de Filio occurrunt, ut in Psalmo secundo: *Filius meus es tu, ego hodie genui te,* et in nono inscriptio: *In finem pro occultis Filii Psalmus David,* et in quadragesimo quarto: *In finem pro iis, qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum, Canticum pro dilecto,* et

abest ab aliis et editis. Mox Reg. et Seguer. *ἐρέσθαι.* Ceteri et editi *ἔρεσθαι.*

e. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. In aliis et editis deest *καί.*

f. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi omittunt *περὶ αὐτοῦ.* Mox Gobler. *ἐκεῖνοι οἱ ἀσεβεῖς.* Anglic. ibid. *διαιρεῖν τὴν διαθήκην.*

g. Sic in Reg. emendatum est. Alii et editi *δέχεσθαι,* ut et prius exstabat in Regio.

h. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckm.

1. At alii et editi *ἀλλ' ἀληθῶς δὲ ἐν τῇ.*

i. Reg. et Seguer. *τὸ, υἱός μου.* In aliis et editis deest *τό.* Mox Reg. Seguer. Basil. et Anglican. *καὶ ἐν τῷ ἐννάτῳ ἡ ἐπιγραφή.* Ceteri et editi *καὶ ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ ἐννάτου ψαλμοῦ.*

P. 635. τῷ Ἡσαΐᾳ· ᾄσω δὴ τῷ ἠγαπημένω ᾆσμα τοῦ ἀγαπητοῦ τῷ ἀμπελῶνί μου. ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ[1]) (τὸ δὲ ἀγαπητὸς τίς ἂν εἴη ἢ υἱὸς μονογενής;), ὡς καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἐννάτῳ· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωςφόρου ἐγέννησά σε[2]), περὶ οὗ ὕστερον λεχθήσεται, [a]καὶ ἐν παροιμίαις δέ· πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με[3]), καὶ ἐν τῷ Δανιήλ· [b]καὶ ἡ ὅρασις τοῦ τετάρτου ὁμοία υἱῷ θεοῦ[4]), καὶ ἄλλα πλείονα. εἰ τοίνυν ἐκ τῆς παλαιᾶς ἡ ἀρχαιότης, ἀρχαῖος
P. 636. ἂν εἴη καὶ ὁ υἱὸς [c]ὁ ἐν τῇ παλαιᾷ ἐν πολλοῖς σαφηνιζόμενος. ἀλλὰ ναί, φασί, κεῖται μέν, προφητικῶς δὲ ἔστω. οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ λόγου προφητικῶς εἰρῆσθαι λεχθείη ἄν, οὐ γὰρ τὸ μέν, [d]τὸ δέ. εἰ γὰρ τὸ υἱός μου εἶ σὺ ἐπὶ μέλλοντος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν[5]), οὐ γὰρ εἶπεν ἐγένοντο οὐδὲ ἐποίησεν, ὅτι δὲ τὸ ἐστερέωσεν ἐπὶ μέλλοντος, φησίν· ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εἶτα· καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται[6]). καὶ [e]εἰ τὸ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ ἐπὶ μέλλοντος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἐπιφερόμενον, τὸ ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν[7]). καὶ εἰ τὸ ἐκ γαστρὸς[8]) ἐπὶ ἀνθρώπου, ἄρα καὶ τὸ ἐκ καρδίας, εἰ γὰρ ἡ γαστὴρ ἀνθρώπινον, [f]καὶ ἡ καρδία σωματικόν, εἰ δὲ τὸ ἐκ καρδίας ἀΐδιον, καὶ τὸ ἐκ γαστρὸς ἀΐδιον. καὶ εἰ ὁ μονογενὴς ἐν κόλποις, καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἐν κόλποις· ταὐτὸν γάρ ἐστι τό τε μονογενὲς καὶ τὸ ἀγαπητόν, ὡς τὸ οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός[9]). οὐ γὰρ δὴ [g]τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην σημᾶναι θέλων εἶπε τὸ ἀγαπητός, ἵνα μὴ τοὺς ἄλλους μισεῖν δόξῃ, ἀλλὰ τὸ μονογενὲς ἐδήλου, ἵνα τὸ μόνον ἐξ αὐτοῦ εἶναι αὐτὸν δείξῃ. καὶ τῷ Ἀβραὰμ [h]γοῦν σημᾶναι θέλων ὁ λόγος τὸ μονογενές φησι· προσένεγκε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητόν[10])· παντὶ δὲ δῆλον ἐκ τῆς Σάῤῥας μόνον εἶναι τὸν Ἰσαάκ. ἔστιν ἄρα ὁ λόγος υἱός, οὐκ ἄρτι γεγονὼς ἢ ὀνομασθεὶς υἱός, ἀλλ' ἀεὶ υἱός. εἰ γὰρ μὴ υἱός, οὐδὲ λόγος, καὶ εἰ μὴ λόγος, οὐδὲ υἱός. τὸ γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς υἱός ἐστι. τί δέ ἐστιν ἐκ τοῦ πατρός, [i]εἰ μὴ λόγος ὁ ἐκ καρδίας προελθὼν καὶ ἐκ γαστρὸς γεννηθείς; [k]οὐ γὰρ ὁ πατὴρ λόγος ἐστίν, οὐδὲ ὁ λόγος πατήρ ἐστιν, ἀλλ' ὁ μὲν πατήρ, ὁ δὲ υἱός, καὶ ὁ μὲν γεννᾷ, ὁ δὲ γεννᾶται.

1) Esa. 5, 1. 2) Psal. 110 [109. LXX.], 3. 3) Prov. 8, 25. 4) Daniel 3, 25 [92. Vulg.]. 5) Psal. 33 [32. LXX.], 6. 6) Psal. 93 [92. LXX.], 1. 7) Psal. 45 [44. LXX.], 1. 2. 8) Psal. 110 [109. LXX.], 3. 9) Matth. 3, 17; 17, 5. 10) Genes. 22, 2.

a. Reg. Seguerian. Basil. et Anglic. addunt καί, quod ab aliis et editis abest. Ibid. Reg. et Seguer. δέ omittunt habentque πάντων βουνῶν.

b. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis deest καί.

c. Reg. et Seguer. ὁ υἱός, ἐν τῇ.

d. οὐ post τὸ δέ subintelligendum. Id est: *Nec enim istud prophetice est dictum; illud autem non prophetice. Nam si etc.*

e. Regius εἰ ἐν τῷ. Mox idem et Seguer. Basil. et Angl. τὸ ἐπιφερόμενον

apud Esaiam: *Cantabo dilecto canticum dilecti vineae meae. Vinea facta* P. 635. *est dilecto* (quis autem dilectus est praeter Filium unigenitum?), ut in Psalmo centesimo nono habetur: *Ex utero ante Luciferum genui te*, de quo postea dicendi locus erit, et in Proverbiis: *Ante omnes colles gignit me*, et apud Danielem: *Et species quarti similis Filio Dei*, pluraque alia. Si ergo ex veteri Testamento petitur antiquitas, fatendum utique est antiquum Filium esse, cum multis in locis veteris Testa- P. 636. menti commemoretur. „Ita est, inquiunt, sed ista prophetice dicta „sunt;“ ergo et illa pariter de Verbo prophetice memorata sunt. Nec enim unum prophetice est dictum, aliud vero non prophetice. Nam si haec verba: *Filius meus es tu*, futurum aliquid significent, idem etiam de illis verbis dicendum est: *Verbo Domini caeli firmati sunt*. Nec enim dixit facti sunt vel fecit. Quod autem vocabulum *firmavit* de futuro intelligendum sit, coniicere licet ex his verbis: *Dominus regnavit*, deinde: *Etenim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur*. Si item ea, quae in Psalmo quadragesimo quarto *pro Dilecto* narrantur, ad futurum tempus pertinent, idem quoque erit dicendum de his, quae sequuntur: *Eructavit cor meum Verbum bonum*. Similiter si haec verba: *Ex utero*, hominem denotant, ergo et quod ex corde eructari dicitur. Namque si uterus humanum quid est, cor etiam corporea res est. Sed si quod ex corde profunditur aeternum est, illud etiam, quod ex utero nascitur, aeternum esse intelligendum est. Similiter si Unigenitus est in sinu, Dilectus quoque in sinu est. Idem enim est Unigenitus et Dilectus, ut ex his liquet verbis: *Hic est Filius meus Dilectus*. Nec enim ut suam in eum caritatem significaret, Dilectum ipsum appellavit, ne alios odio habere videatur, sed Unigenitum indicabat esse, ut solum eum ex seipso esse doceret. Hinc Verbum ipsum, cum unigenitum Abrahae filium vellet designare, ait: *Offer filium tuum dilectum*. Nemini autem dubium est solum Isaac ex Sara genitum hic intelligi. Itaque Verbum est Filius, non recens factus vel nominatus Filius, sed semper Filius. Nam si Filius non est, nec Verbum esse potest. Et vicissim si Verbum non est, nec Filius potest esse. Siquidem quod ex Patre est, Filius utique est. Quid porro est ex Patre, nisi Verbum, quod ex corde progressum est et ex utero genitum? Nec enim Pater Verbum est, aut Verbum Pater est, sed ille Pater, hic Filius est, ille gignit, hic gignitur.

τὸ, ἐξηρεύξατο. Alii et editi τὸ ἐπιφερόμενον, ἐξηρεύξατο.

f. Reg. Seguer. Gobler. Basil. et Anglic. καὶ ἡ καρδία. Ceteri et editi καὶ καρδία. Ibidem Gobler. σωματική.

g. Reg. Seguer. Basil. Anglic. et Gobler. τὴν εἰς αὐτόν. Alii et editi τῷ εἰς αὐτόν.

h. Reg. Seguer. Anglic. Gobler. et Basil. φησί et mox Σάῤῥας. Ceteri et editi ἔφη et Σάρας.

i. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. εἰ ... λόγος. Ceteri et editi εἰ μὴ ὁ λόγι

p.636. 25. *Μαίνεται μὲν οὖν Ἄρειος, ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι λέγων τὸν υἱὸν καὶ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, μαίνεται δὲ καὶ Σαβέλλιος, λέγων τὸν πατέρα εἶναι υἱὸν καὶ ἔμπαλιν τὸν υἱὸν εἶναι πατέρα, ὑποστάσει μὲν ἕν, ὀνόματι δὲ δύο, μαίνεται δὲ [a] καὶ παραδείγματι χρώμενος τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι· [b] φησὶ γάρ· ὥςπερ διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσί, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα*[1], *οὕτω καὶ ὁ πατὴρ ὁ αὐτὸς* p.637. *μέν ἐστι, πλατύνεται δὲ εἰς υἱὸν καὶ πνεῦμα. ἔστι δὲ τοῦτο μεστὸν ἀτοπίας. εἰ γὰρ ὡς ἐπὶ τοῦ πνεύματος, οὕτως καὶ ἐπὶ [c] τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἔσται ὁ πατὴρ λόγος καὶ πνεῦμα ἅγιον, ᾧ μὲν [d] γινόμενος πατήρ, ᾧ δὲ λόγος, ᾧ δὲ πνεῦμα, πρὸς τὴν χρείαν ἑκάστου ἁρμοζόμενος, καὶ ὀνόματι μὲν υἱὸς καὶ πνεῦμα, τῷ δὲ ὄντι πατὴρ μόνον, ἀρχὴν μὲν ἔχων τὸ γίνεσθαι υἱός, παυόμενος δὲ τοῦ λέγεσθαι πατήρ, [e] καὶ ἐνανθρωπήσας μὲν ὀνόματι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ μηδὲ ἐπιδημήσας, καὶ ψευδόμενος μὲν [f] τῷ λέγειν· ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ*[2], *τῷ δὲ ὄντι αὐτὸς ὢν ὁ πατήρ, καὶ ὅσα ἄλλα ἐπὶ Σαβελλίου ἄτοπα* [g] *ἀπαντᾷ. ἀνάγκη δὲ καὶ παυθήσεσθαι τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, τῆς χρείας πληρωθείσης, καὶ ἔσται λοιπὸν ἄχρι παιδιᾶς τὰ γινόμενα, ὅτι μὴ ἀληθείᾳ, ἀλλ' ὀνόματι ἐπεδείχθη. παυομένου δὲ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ κατ' αὐτούς, παύσεται καὶ τοῦ βαπτίσματος ἡ χάρις, εἰς γὰρ υἱὸν ἐδόθη. καὶ τί ἀκολουθήσει ἢ ἀφανισμὸς τῆς κτίσεως; εἰ γὰρ ἵνα ἡμεῖς κτισθῶμεν προῆλθεν ὁ λόγος, καὶ προελθόντος αὐτοῦ ἐσμέν, [h] δῆλον ὅτι ἀναχωροῦντος αὐτοῦ εἰς τὸν πατέρα, ὥς φασιν, οὐκ ἔτι ἐσόμεθα. οὕτω γὰρ ἔσται, ὥςπερ ἦν· οὕτως οὐκ ἔτ' ἐσόμεθα, ὥςπερ [i] οὖν οὐκ ἦμεν, οὐκ ἔτι γὰρ προελθόντος οὐκ ἔτι ἡ κτίσις ἔσται.*

26. *Ἄτοπα μὲν οὖν ταῦτα· ὅτι δὲ ὁ υἱὸς οὐκ ἀρχὴν ἔχει τοῦ εἶναι, ἀλλ' ἀεὶ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως παρὰ τῷ πατρί ἐστι,* [k] *δηλοῖ ὁ Ἰωάννης ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ λέγων οὕτως· ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν καὶ μαρτυροῦμεν καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν*[3]. *ἐνταῦθα λέγων, ὅτι ἡ ζωὴ οὐ γέγονεν, ἀλλ' ἦν πρὸς τὸν πατέρα, ἐν τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς τὸν υἱὸν εἶναί* [l] *φησι τὴν ζωήν· γράφει δ' οὖν· καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ζωὴ*

1) 1. Cor. 12, 4. 2) Ioan. 10, 30. 3) 1. Ioan. 1, 1. 2.

a. Reg. et Seguer. addunt *καί*, quod in aliis et editis deest.
b. Reg. Seguer. Basil. Anglic. Gobler. *φησὶ γάρ* etc. Alii et editi *ἔφη γάρ*.
c. Reg. et Segner. *ἐπὶ θεοῦ*.
d. Anglic. *γενόμενος*.
e. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi *καί* omittunt.

25. Quocirca insanit profecto Arius, cum ait Verbum ex nihilo esse, fuisseque aliquando cum non esset. Insanit pariter Sabellius, cum Patrem Filium esse et Filium Patrem esse docet, unum quidem hypostasi, sed nomine duos; quem ut suum confirmet errorem, dementer et perperam exemplo gratiae Spiritus utitur. Ait enim: „Quemadmodum *divisiones sunt gratiarum, idem autem Spiritus*, ita et „Pater idem quidem est, sed in Filium et Spiritum dilatatur.“ Sane P. 636. P. 637. id perabsurdum est. Si enim eadem est ratio Dei et Spiritus, sequitur ut Pater Verbum sit et Spiritus sanctus, ita ut sese ad cuiusque necessitatem accommodans modo sit Pater, modo Verbum, modo Spiritus, atque adeo nomine tenus Filius erit et Spiritus, re autem vera tantummodo Pater, qui quatenus est Filius principium habeat ac Pater appellari desinat, qui solo nomine homo factus sit, vere autem ne advenerit quidem, qui denique false dixerit: *Ego et Pater*, cum revera ipse sit Pater; ceteraque absurda, quae Sabellii errorem subsequuntur. Necessario item evanescet Filii et Spiritus nomen eius expleto usu, ac proinde nihil nisi ludus erit quae acta sunt, cum non vere sed nomine tenus extiterint. Deleto autem ex illorum sententia Filii nomine evanescet quoque Baptismi gratia, quippe qui in Filium datus sit. Quid vero inde sequetur, nisi rerum creatarum interitus? Nam si ut nos crearemur Verbum prodiit, eoque prodeunte existimus, certe ipso in Patrem, uti aiunt, redeunte existere desinemus. Sic enim ille erit, ut antea erat, sic item nos nihil iam erimus, quemadmodum nihil prius eramus. Eo quippe non amplius prodeunte nulla futura est res creata.

26. Verum haec quidem absurdissima sunt. Quod autem Filius principium existendi nullum habuerit, sed semper et ante humanam naturam assumtam apud Patrem exstiterit, patet ex his verbis primae Ioannis Epistolae: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae contrectaverunt de Verbo vitae: et vita manifestata est, et vidimus et testamur et annunciamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem, et apparuit nobis.* Hic cum dicat Ioannes, vitam non factam esse, sed fuisse apud Patrem, idem in fine eius Epistolae Filium vitam ipsam esse his declarat verbis: *Et sumus in vero, in Filio eius Iesu Chri-*

f. Reg. et Seguer. τῷ λέγειν. Ceteri et editi τὸ λέγειν. Paulo post Reg. et Seguer. ὢν ὁ πατὴρ, καὶ ὅσα. In aliis et editis ὁ deest.

g. Basil. ἀπαντᾷ. Ceteri ἅπαντα.

h. Reg. Seguer. et Gobler. δηλονότι.

i. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckm.

1. At Anglic. οὖν omittit. Ceteri et editi οὐκ οὖν ἦμεν.

k. Reg. et Segu. δηλοῖ ὁ Ἰωάννης. At ὁ abest ab aliis et editis. Mox Regius, Seguer. Basil. et Anglican. οὕτως ὃ ἦν. Alii et editi οὕτως omittunt.

l. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi ἔφη.

P.637. αἰώνιος[1]). εἰ δὲ ὁ υἱός ἐστιν ἡ ζωή, καὶ αὕτη πρὸς τὸν πατέρα,
καὶ εἰ ὁ υἱὸς ἦν πρὸς τὸν πατέρα, λέγει δὲ ὁ αὐτός· καὶ ὁ λόγος
ἦν πρὸς τὸν θεόν[2])· ὁ υἱὸς ἂν εἴη ὁ λόγος ὁ ἀεὶ ὢν πρὸς τὸν
πατέρα. ὥςπερ δὲ ὁ υἱὸς λόγος ἐστίν, οὕτως ὁ θεὸς ὁ αὐτὸς ἂν
εἴη ὁ πατήρ. ὁ μέν τοι υἱὸς [a]κατὰ τὸν Ἰωάννην θεὸς οὐχ ἁπλῶς,
ἀλλ' ἀληθινὸς θεός ἐστι. καὶ γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον καὶ θεὸς
ἦν ὁ λόγος[2]), ἔλεγέ τε ὁ υἱός· ἐγώ εἰμι [b]ἡ ζωή[3]). οὐκοῦν ὁ υἱὸς
P.638. λόγος ἐστὶ καὶ ζωὴ ἡ οὖσα παρὰ τῷ πατρί. πάλιν δὲ τὸ ἐν αὐτῷ
τῷ Ἰωάννῃ εἰρημένον· ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ
πατρός[4]), δείκνυσι τὸν υἱὸν ἀεὶ εἶναι. ὃν γὰρ [c]λέγει ὁ Ἰωάννης
υἱόν, τοῦτον χεῖρα ὁ Δαβὶδ ψάλλει λέγων· ἵνα τί ἀποστρέφεις
τὴν χεῖρά σου καὶ τὴν δεξιάν σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου[5]);
οὐκοῦν εἰ ἡ χεὶρ ἐν τῷ κόλπῳ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν κόλπῳ, ὁ υἱὸς ἂν
εἴη ἡ χείρ, καὶ ἡ χεὶρ ἂν εἴη ὁ υἱός, δι' οὗ ἐποίησε τὰ πάντα ὁ
πατήρ. ἡ χείρ σου γάρ, φησίν, ἐποίησε ταῦτα πάντα[6]), καὶ τῇ
χειρὶ [d]ἐξήγαγε τὸν λαόν[7]), οὐκοῦν διὰ τοῦ υἱοῦ. εἰ δὲ καὶ αὕτη
[e]ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου[8]), καὶ πάλιν· εἰς τὸ τέλος
ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ[9]), ὁ ἀγαπη-
τὸς ἄρα ἐστὶν ἡ χεὶρ ἡ ἀλλοιωθεῖσα, περὶ οὗ καὶ λέγει ἡ θεία
φωνή· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός[10])· ἴσον ἄρα ἐστὶν αὕτη
ἡ χείρ μου [f]τῷ οὗτος ὁ υἱός μου.

27. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν ἀπαιδεύτων ἀναιροῦντες τὸ εἶναι υἱὸν εὐτελίζουσι τὸ ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωςφόρου ἐγέννησά σε[11]), ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Μαρίας ἁρμόζοντος τούτου, φάσκοντες πρὸ τοῦ ἑωθινοῦ ἀστέρος [g]γεγεννῆσθαι αὐτὸν ἀπὸ Μαρίας, μὴ γὰρ ἂν ἐπὶ θεοῦ ἁρμόζειν γαστέρα λέγειν· ὀλίγα εἰπεῖν ἀνάγκη. εἰ μὲν οὖν ὅτι ἡ γαστὴρ ἀνθρώπινόν ἐστι, διὰ τοῦτο ἀλλότριον θεοῦ, [h]δῆλον ὅτι καὶ ἡ καρδία ἀνθρώπινον ἔχει τὸ σημαινόμενον, ἀκολουθεῖ γὰρ [i]τὸν καρδίαν ἔχοντα ἔχειν καὶ γαστέρα. ἀμφοτέρων δὴ ἀνθρωπίνων ὄντων ἢ ἀναιρεῖν ἑκάτερον ἀνάγκη, ἢ ἀμφοτέρων τὴν διάνοιαν ζητεῖν χρή. ὡς γὰρ ἐκ καρδίας λόγος, οὕτως ἐκ γαστρὸς γέννημα. καὶ ὥςπερ καρδίας θεοῦ λεγομένης οὐκ ἀνθρωπίνην νοοῦμεν αὐτήν, οὕτως ἐὰν ἐκ γαστρὸς ἡ γραφὴ [k]λέγῃ, οὐ σωματικὴν δεῖ ταύ-

1) 1. Ioan. 5, 20. 2) Ioan. 1, 1. 3) Ioan. 14, 6. 4) Ioan. 1, 18. 5) Psal. 74 [73. LXX.], 11. 6) Esa. 66, 2. 7) Deut. 7, 8. 8) Psal. 77 [76. LXX.], 11. 9) Psal. 45 [44. LXX.], 1. 10) Matth. 3, 17; 17, 5. 11) Psal. 110 [109. LXX.], 3.

a. Reg. et Seguer. καὶ κατά. Ceteri et editi καί omittunt. Mox Anglic. οὐχ ἁπλῶς, ἀληθινός. Ibid. Reg. et Seguer. θεός ἐστι. καὶ γὰρ κατ' αὐτὸν τοῦτον. Basiliens. θεός ἐστι. καὶ γὰρ κατὰ τὸν τοῦτον. Anglic. θεός ἐστι. καὶ γὰρ κατὰ τὸν αὐτόν. Alii et editi ἐστι κατὰ τὸν αὐτόν.

b. Anglic. ἡ ζωή. καὶ γὰρ κατ' αὐτὸν τοῦτον ὁ υἱὸς λόγος ἐστί etc. Ibid. Reg.

sto. Hic est verus Deus et vita aeterna. Itaque si Filius est vita, quae sit apud Patrem, cum idem Ioannes dicat: *Et Verbum erat apud Deum*, sequitur ut Filius revera sit Verbum, quod semper apud Patrem est. Ut autem Filius Verbum est, ita Deus ipse est Pater. Ceterum Filius secundum Ioannem non solum Deus, sed Deus verus est. Nam ut idem Ioannes ait: *Et Deus erat Verbum*, Filius item dicit: *Ego sum vita.* Itaque Filius Verbum et vita est apud Patrem existens. Praeterea quod apud eundem Ioannem legitur: *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris*, argumento est Filium semper fuisse. Quem enim Ioannes Filium appellat, eundem David manum vocat his Psalmi verbis: *Ut quid avertis manum tuam et dexteram tuam de medio sinu tuo?* Quamobrem si manus sit in sinu, et Filius similiter sit in sinu, ipse igitur Filius est manus, et manus vicissim est Filius, per quem Pater omnia fecit. Nam *manus tua*, inquit, *fecit haec omnia*, et *manu eduxit populum*, nempe per Filium. Rursus si *haec mutatio dexterae excelsi*, et *in finem pro iis, qui commutabuntur, canticum pro Dilecto*; vere ergo ipse Dilectus manus est, quae mutata est, de quo divina quoque vox ait: *Hic est Filius meus dilectus.* Idem igitur est *manus mea* et *hic est Filius meus.*

P. 637.
P. 638.

27. Porro quia nonnulli imperiti Filium esse negantes parvipendunt ista verba: *Ex utero ante Luciferum genui te*, quae nimirum de Maria volunt intelligi, aiuntque eum ex Maria ante matutinum sidus esse genitum, nec Deo attribui posse uterum; pauca de his dicere visum est necessarium. Itaque si eo quod uterus humanum quiddam est, Dei alienum esse volunt, haud dubie cor item aliquid humanum significat. Qui enim cor habet, uterum quoque sive ventrem habeat necesse est, quae duo utique hominum membra sunt; ac proinde vel utrumque est tollendum, vel quinam sit utriusque sensus investigandum est. Ut enim ex corde prodit Verbum, ita ex utero fetus oritur. Quapropter quemadmodum cum cor Deo attribuitur, nihil humanum cogitamus, ita si Scriptura hac dictione *ex utero* utitur, ni-

et Seguerian. *καὶ ζωὴ ἡ οὖσα*. In aliis autem et editis ἡ deest. Item ibid. Reg. et Seguerian. *πάλιν δὲ τὸ ἐν αὐτῷ τῷ Ἰωάννῃ εἰρημένον*. Sic etiam Basil. et Anglic., sed omisso *πάλιν*. Alii et editi *καὶ ὁ αὐτὸς Ἰωάννης πάλιν*.

c. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. Alii vero et editi *λέγει Ἰωάννης*. Ibidem Reg. et Seguer. *ψάλλει λέγων*. Ceteri editique *λέγει*.

d. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi *ἐξήγαγες*.

e. ἡ abest ab Anglic.

f. Reg. *τὸ, οὗτος*.

g. Basil. et Anglic. *γεννῆσθαι*, mendose. Alii et editio Comm. *γεγενῆσθαι*.

h. Reg. Seguer. et Gobler. *δηλονότι*.

i. Reg. et Segu. *τὸν καρδίαν ἔχοντα*. Alii et editi *τὴν καρδίαν ἔχοντα*.

k. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. Ceteri autem et editi *λέγει*.

P. 638. την ἐκδέχεσθαι. ἔθος γὰρ τῇ θείᾳ γραφῇ ἀνθρωπίνως τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον λαλεῖν καὶ σημαίνειν. ἀμέλει περὶ τῆς κτίσεως διηγούμενός φησιν· αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με[1]), καὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα[2]), καὶ αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν[3]). ἁρμοζόντως ἄρα περὶ ἑκάστου σημαίνει τοῦ μὲν υἱοῦ τὸ ἴδιον καὶ τὸ γνήσιον, τῆς δὲ κτίσεως τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι. τὰ μὲν γὰρ ποιεῖ καὶ κτίζει, τὸν δὲ γεννᾷ ἐξ ἑαυτοῦ, λόγον, σοφίαν. γαστὴρ γὰρ καὶ καρδία τὸ ἴδιον καὶ γνήσιον δηλοῦσι. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς τὸ μὲν γνήσιον ἐκ γαστρὸς ἔχομεν, τὰ δὲ ἔργα διὰ χειρὸς ποιοῦμεν.

28. Τί οὖν, φασί, καὶ τὸ [a]πρὸ τοῦ ἑωσφόρου; ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι, εἰ τὸ πρὸ τοῦ ἑωσφόρου τούτου θαυμαστὴν δείκνυσι τὴν ἐκ Μαρίας γέννησιν, πολλοὶ καὶ ἄλλοι [b]πρὸ τῆς τοῦ ἀστέρος ἀνα-
P. 639. τολῆς ἐγεννήθησαν. τί οὖν θαυμαστὸν ἐπὶ τούτου εἴρηται, ὅτι ὡς ἐξαιρέτου τινὸς αὐτοῦ μνημονεύει, κοινοῦ ὄντος καὶ ἐπὶ πολλῶν; ἔπειτα διαφέρει τὸ γεννῆσαι τοῦ ἐξαγαγεῖν. τὸ μὲν γὰρ γεννῆσαι ἀρχὴν ἔχει καταβολῆς, τὸ δὲ ἐξαγαγεῖν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ ὑπάρχον προαγαγεῖν. εἰ τοίνυν ἐπὶ τοῦ σώματος ἁρμόζει ἡ φωνή, ἰστέον ὅτι οὐ τότε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, ὅτε τοῖς ποιμέσιν εὐηγγελίσθη νυκτός, ἀλλ' ὅτε ὁ ἄγγελος ἐλάλησε πρὸς τὴν παρθένον. οὐκ ἦν δὲ τότε νύξ, οὐ γὰρ εἴρηται· νὺξ δὲ ἦν, [c]ὅτε ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς γαστρός. ταύτην τὴν διαφορὰν τίθησιν ἡ γραφή, καὶ τὸ μὲν [d]γεγεννῆσθαι πρὸ ἑωσφόρου φησί, τὸ δὲ ἐκ γαστρὸς πρόοδον ὀνομάζει, ὡς ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός[4]). ἄλλως τε οὐκ εἶπε· πρὸ ἀνατολῆς ἑωσφόρου, ἀλλ' ἁπλῶς [e]πρὸ ἑωσφόρου. εἰ τοίνυν ἐπὶ τοῦ σώματος ληπτέον τὸ ῥητόν, ἀνάγκη ἢ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ εἶναι τὸ σῶμα, πρὸ τοῦ Ἀδὰμ γὰρ [f]τὰ ἄστρα, ἢ ζητεῖν τὸν νοῦν τοῦ γράμματος, ὃ παρὰ Ἰωάννου ἐκλαβεῖν δυνατόν. ἐν γὰρ τῇ Ἀποκαλύψει φησίν· ἐγὼ τὸ Α καὶ τὸ Ω [g]καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος· μακάριοι οἱ πλατύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ [h]τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν. ἔξω οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ καὶ οἱ πόρνοι καὶ οἱ φονεῖς καὶ οἱ εἰδωλολάτραι καὶ πᾶς ποιῶν καὶ φιλῶν ψεῦδος.

1) Psal. 119 [118. LXX.], 73. 2) Esa. 66, 2. 3) Psal. 148, 5. 4) Psal. 22 [21. LXX.], 10.

a. πρό abest a Reg. Seguer. Basil. et Anglicano.
b. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi περὶ τῆς. Mox Reg. et Seguer. τί οὖν τὸ θαυμαστόν.
c. Anglic. ὅταν.
d. Reg. Seguer. et Gobl. γεγεννῆσθαι. Ceteri et editi γεγενῆσθαι.
e. Sic Reg. et Seguer. In aliis autem et editis deest πρό. Paulo post Basil. et Anglic. ἀνάγκη ἢ πρὸ τοῦ etc. Ceteri et editi ἀνάγκη ἦν πρὸ τοῦ.

hil hic corporeum intelligendum est. Nempe mos est divinae Scri- P.638.
pturae, ea, quae supra hominem sunt, humano more efferre et significare. Hinc de creatione sic loquitur: *Manus tuae fecerunt me et formaverunt me,* et *Manus mea fecit haec omnia,* et *Ipse mandavit et creata sunt.* Scilicet aptissime singula denotat, cum et id, quod Filii proprium et germanum est, exprimit, et res creatas indicat esse incoepisse. Nam has quidem facit et creat, Filium autem ex seipso Verbum et sapientiam gignit. Uterus enim et cor proprium et verum fetum significant. Siquidem nos verum fetum producimus ex utero, opera autem manu efficimus.

28. Quid velint igitur, inquiunt, huiusmodi verba *ante luciferum?* Quibus ego quidem responderim, si hisce verbis *ante luciferum* eius mirabilem ex Maria ortum significari putent, complures alios ante sideris ortum fuisse genitos. Quid igitur hic admiratione dignum P.639.
occurrit, ubi tamen veluti singularis et insignis alicuius rei fit mentio, cum id plurimis sit commune? Deinde aliud est gignere, aliud educere. Nam gignere incipere est aliquid procreare, educere autem nihil aliud est, quam quod iam existit producere. Quocirca si haec dictio ad corpus refertur, sciendum est eum non tunc gigni incoepisse, cum nocte pastoribus annunciatus est, sed cum Angelus ad Virginem est locutus. Tunc autem temporis nox non erat, cum id non dictum sit, at nox erat, cum ex utero prodiit. Id discriminis ipsa observat Scriptura, quae primum quidem significat, cum eum ante Luciferum genitum dicit, alterum vero indicat, cum exitum ex utero nominat, uti Psalmo vigesimo primo habetur: *Tu es qui extraxisti me ex utero.* Praeterea observandum est dictum non esse: ante ortum Luciferi, sed tantum *ante Luciferum.* Unde si de corpore locus hic intelligendus est, necesse est corpus ante Adamum fuisse, cum ante Adamum sidera exstiterint. Vel certe quidnam haec significet dictio indagandum nobis est. Id sane possumus a Ioanne discere, ita in Apocalypsi loquente: *Ego sum Alpha et Omega et primus ac novissimus et principium ac finis. Beati, qui dilatant vestes suas, ut sit potestas eorum in ligno vitae et per portas intrent in civitatem. Foris canes et venefici, scortatores et homicidae et idololatrae et omnis qui facit*

f. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi *οἱ ἀστέρες.*

g. Reg. et Seguer. hic et ante *ἡ ἀρχή* addunt *καί,* quod alii et editi omittunt. Mox mss. omnes cum editione Commel. *οἱ πλατύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν.* Editio Paris. et Colon. *οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, qui lavant stolas suas.* Sic etiam habet ms. codex Alexandrinus novi Testamenti, qui et addit, ut Vulgata, *ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου, in sanguine Agni.* Alii vero Graeci codices novi Testamenti mss. et editi habent *οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, qui faciunt praecepta eius.* Ibidem Reg. et Seguer. *ἵνα ἔσται.* Alii *ἵν' ἔσται.*

h. Sic mss. cum editione Commel. At editio Paris. et Colon. *ἐπὶ τὸ* [illegible]

P. 639. ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαβίδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός. καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσι ἔρχου· καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω ἔρχου· καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω, ὁ θέλων λαβέτω ὕδωρ ζωῆς δωρεάν[1]). εἰ τοίνυν τὸ γένος Δαβίδ ἐστιν ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός, δῆλόν ἐστι τὸ κατὰ σάρκα τοῦ σωτῆρος ἑωσφόρον εἰρῆσθαι, οὗ προϋπῆρχε τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ γέννημα, ὡς εἶναι τοιοῦτον τὸ ἐν τῷ ψαλμῷ· ἐξ ἐμαυτοῦ σε γεγέννηκα πρὸ τῆς κατὰ σάρκα ἐπιφανείας. τὸ γὰρ πρὸ ἑωσφόρου ἴσον ἐστὶ τῷ πρὸ τῆς σαρκώσεως τοῦ λόγου.

29. [a]Ἔστιν ἄρα καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ φανερῶς περὶ υἱοῦ κείμενα, εἰ καὶ περιττόν ἐστι περὶ τούτων ἀμφισβητεῖν. εἰ γὰρ τὰ μὴ κείμενα ἐν τῇ παλαιᾷ νεώτερά ἐστι, λεγέτωσαν οἱ οὕτως φιλονεικοῦντες, ποῦ τῆς παλαιᾶς περὶ τοῦ παρακλήτου [b]πνεύματος εἴρηται. περὶ πνεύματος μὲν γὰρ ἁγίου ἐλέχθη, περὶ παρακλήτου δὲ P. 640. οὐδαμῶς. [c]ἆρ' οὖν ἕτερόν ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἕτερος ὁ παράκλητος, καὶ νεώτερος [d]ὁ παράκλητος, ἐπεὶ μὴ ἐν τῇ παλαιᾷ κεῖται; ἀλλὰ μὴ γένοιτο ἢ νεώτερον εἰπεῖν τὸ πνεῦμα, ἢ διελεῖν καὶ ἕτερον εἰπεῖν τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἕτερον τὸν παράκλητον. ἓν γὰρ καὶ ταυτόν ἐστι τὸ πνεῦμά, καὶ τότε καὶ νῦν ἁγιάζον καὶ παρακαλοῦν τοὺς δεκτικοὺς αὐτοῦ, ὡς εἷς καὶ αὐτὸς λόγος υἱός, εἰς υἱοθεσίαν ἄγων καὶ τότε τοὺς ἀξίους. ἦσαν γὰρ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ υἱοί, οὐ δι' ἄλλου ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ τεκνοποιούμενοι. εἰ γὰρ μὴ ἦν καὶ πρὸ τῆς Μαρίας υἱὸς ὁ τοῦ θεοῦ, πῶς πρὸ πάντων ἐστίν, ὄντων πρὸ αὐτοῦ υἱῶν; πῶς δὲ καὶ πρωτότοκος, δεύτερος μετὰ πολλοὺς εὑρισκόμενος; ἀλλ' οὔτε δεύτερος ὁ παράκλητος, πρὸ πάντων γὰρ ἦν, οὔτε νεώτερος ὁ υἱός, ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος[2]), καὶ ὡς ταυτὸν τὸ πνεῦμα καὶ παράκλητος, οὕτως ταυτὸν [e]ὁ υἱὸς καὶ λόγος, καὶ ὥς φησιν ὁ σωτὴρ περὶ τοῦ πνεύματος· ὁ δὲ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου[3]), ταυτὸν λέγων καὶ οὐ διαιρῶν, οὕτως ὁ Ἰωάννης τὸ ὅμοιον διηγούμενος λέγει· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός[4]). [f]καὶ ἐνταῦθα γὰρ οὐ διεῖλεν, ἀλλὰ τὴν ταυτότητα

1) Apoc. 22, 13--17. 2) Ioan. 1, 1. 3) Ioan. 14, 26. 4) Ioan. 1, 14.

a. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi ἔστι δὲ ἄρα καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ φανερῶς καὶ περὶ υἱοῦ.

b. Sic Reg. et Seguer. Ceteri vero et editi τοῦ πνεύματος. Mox Reg. et Segu. μὲν γὰρ ἁγίου. In aliis et editis deest γάρ.

c. Reg. Seguer. Basil. et Gobler. ἆρ' οὖν. Alii et editio Commel. ἄρα οὖν.

d. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. addunt ὁ παράκλητος et mox ἀλλὰ μὴ γένοιτο ἢ νεώτερον εἰπεῖν τὸ πνεῦμα, quae absunt ab aliis et editis. Ibidem Reg. Seguer. Basil. et Anglican. εἰπεῖν τὸ ἅγιον

et amat mendacium. Ego Iesus misi Angelum meum, ut haec vobis P. 639. *in Ecclesiis testificaretur. Ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt Veni. Et qui audit, dicat Veni; et qui sitit, veniat; qui vult, accipiat aquam vitae gratis.* Itaque si genus David est stella illa splendida et matutina, liquet profecto Salvatorem ipsum quatenus caro est Luciferum appellari, ante quem scilicet extiterit, quatenus ex Deo est genitus; ut is Psalmi sit sensus: Ex me ipso te genui antequam in carne appareres. Siquidem haec verba *ante Luciferum* idem valent ac ante Verbi incarnationem.

29. Aperte igitur vetus quoque Testamentum Filii meminit. Verum de his contendere supervacaneum omnino est. Namque si ea, quae in veteri Testamento non habentur, recentiora velint esse, respondeant illi adeo pertinaces homines, quonam in loco veteris Testamenti facta fuerit mentio de Paraclito Spiritu. Meminit quidem P. 640. Spiritus sancti: at nusquam Parácliti. Num ergo alius est Spiritus sanctus et alius Paraclitus, isque iunior, quandoquidem nihil de illo exstet in veteri Testamento? Verum absit ut vel Spiritus iunior dicatur vel dividatur, ita ut alius sit Spiritus sanctus et alius Paraclitus. Unus enim idemque est Spiritus, qui ut tunc sic et nunc eos, qui ipsum recipiunt, sanctificat et consolatur; quemadmodum unus et idem Verbum Filius etiam tunc eos, qui digni erant, ad filiorum provehebat conditionem. Nam erant quoque filii in veteri Testamento, qui quidem non per alium quam per Filium dignitatem huiusmodi consequebantur. Si enim Dei Filius ante Mariam non exstitit, quomodo quaeso ante omnes est, cum ante eum sint filii? Quomodo item primogenitus est, cum multis posterior reperiatur? Verum neque Paraclitus posterior est, quippe qui ante omnes sit, neque iunior est Filius, nam *In principio erat Verbum,* atque ut Spiritus et Paraclitus idem est, ita idem est Filius et Verbum. Praeterea ut Salvator de Spiritu haec ait: *Paraclitus Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo,* quibus quidem verbis eundem illum esse declarat nec ipsum dividit; sic Ioannes pariter dicit: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre.* Nec enim Ioannes hic ipsum divisit, sed eundem esse

etc. Ceteri et editi *εἰπεῖν δεῖ τὸ ἅγιον* etc.

e. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi ὁ omittunt. Ibidem Reg. Seguer. Basil. et Anglic. *καὶ λόγος. καὶ ὥς φησιν ὁ σωτὴρ περὶ τοῦ πνεύματος.* Gobl. habet item *φησιν.* Ceteri et editi *καὶ λόγος· ὡς ἔφη ὁ σωτήρ. ὁ δέ* etc. Item ibid. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,* ut et habet Scriptura. Alii vero cum editis *τὸ πνεῦμα ἀληθείας.*

f. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. *καὶ ἐνταῦθα.* In aliis et editis *καί* deest.

P. 640. ἀπήγγειλε, καὶ οὐχ ὡς [a] ἄλλος παράκλητος καὶ ἄλλο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἓν καὶ ταυτόν, οὕτως οὐκ ἄλλος λόγος καὶ ἄλλος υἱός, ἀλλ' ὁ λόγος μονογενής ἐστι, δόξαν γὰρ οὐκ αὐτῆς εἶπε τῆς σαρκός, [b] ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ λόγου. ὁ τοίνυν τολμῶν διαιρεῖν λόγον καὶ υἱὸν διαιρείτω καὶ πνεῦμα καὶ παράκλητον. εἰ δὲ ἀδιαίρετον τὸ πνεῦμα, ἀδιαίρετος καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτὸς ὢν υἱὸς καὶ σοφία καὶ δύναμις. τὸ δὲ ἀγαπητὸν καὶ Ἕλληνες ἴσασιν οἱ δεινοὶ περὶ τὰς λέξεις, ὅτι ἴσόν ἐστι [c] τῷ εἰπεῖν μονογενής· φησὶ γὰρ Ὅμηρος ἐπὶ Τηλεμάχου τοῦ υἱοῦ Ὀδυσσέως μονογενοῦς ὄντος ταῦτα ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς Ὀδυσσείας·

Τίπτε δέ τοι, [d] φίλε τέκνον, ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα
Ἔπλετο; πῇ δὲ θέλεις ἰέναι πολλὴν ἐπὶ γαῖαν,
Μοῦνος ἐὼν ἀγαπητός; ὃδ' ὤλετο τηλόθι πάτρης
Διογενὴς [e] Ὀδυσεὺς ἀλλογνώτων ἐνὶ δήμῳ[1]).

ὁ ἄρα μόνος ὢν τῷ πατρὶ ἀγαπητὸς λέγεται.

30. Τινὲς τῶν ἀπὸ τοῦ Σαμοσατέως διαιροῦντες τὸν λόγον P. 641. ἀπὸ τοῦ υἱοῦ φάσκουσι τὸν μὲν υἱὸν εἶναι τὸν Χριστόν, τὸν δὲ λόγον ἄλλον εἶναι, καὶ τούτου πρόφασιν λαμβάνουσιν ἀπὸ τῶν πράξεων, ὃ καλῶς μὲν ὁ Πέτρος εἶπεν, αὐτοὶ δὲ κακῶς ἐκδέχονται. ἔστι δὲ τοῦτο· τὸν λόγον ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτός ἐστι πάντων κύριος[2]). φασὶ γὰρ ὡς τοῦ λόγου διὰ Χριστοῦ λαλήσαντος, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν· τάδε λέγει κύριος, ἄλλος μὲν ἦν ὁ προφήτης, ἄλλος δὲ ὁ κύριος. ἀλλὰ πρὸς τοῦτο ὅμοιόν ἐστιν [f] ἀντιτιθέναι τὸ ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους· [g] ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ κύριου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ[3]). ὡς γὰρ οὐκ ἄλλος Χριστὸς ἑτέρου Χριστοῦ τὴν ἡμέραν βεβαιοῖ, ἀλλ' [h] αὐτὸς ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἡμέρᾳ βεβαιοῖ τοὺς ἀπεκδεχομένους, οὕτως τὸν λόγον ἀπέστειλεν ὁ πατὴρ σάρκα γενόμενον, ἵνα δι' ἑαυτοῦ ἄνθρωπος γενόμενος κηρύξῃ. εὐθέως [i] γοῦν ἐπάγει· οὗτός ἐστι πάντων κύριος[2])· κύριος δὲ πάντων ὁ λόγος ἐστί.

31. [k] Καὶ εἶπε Μωσῆς πρὸς Ἀαρών· πρόσελθε πρὸς τὸ θυ-

1) Hom. Od. II. 363—6. 2) Actor. 10, 36. 3) 1. Cor. 1, 7. 8.

a. Sic mss. et editio Commel. At editio Paris. et Colon. ἄλλο.

b. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi ἀλλὰ τοῦ λόγου.

c. Reg. et Seguer. τῷ εἰπεῖν et φησὶ γὰρ Ὅμηρος ἐπὶ Τηλεμάχου τοῦ υἱοῦ. Ceteri et editi τὸ εἰπεῖν et φησὶ γοῦν ὁ Ὅμηρος ἐπὶ Τηλεμάχου υἱοῦ. Mox Reg. ταῦτα ἐν τῇ. Seguer. ταῦτα μὲν τῇ. Alii editique ταῦτα μὲν ἐν τῇ.

d. Reg. et Gobler. φίλον τέκνον. Seguer. φίλον τέκος.

e. Basil. Anglic. et Gobler. Ὀδυσσεύς. Ibidem in Homeri editis legitur ἀλλογνώτῳ.

est testatus. Atque ut non alius est Paraclitus et alius Spiritus sanctus, sed unus idemque, sic nec aliud est Verbum et alius Filius, sed Verbum est Unigenitus. Nec enim carnis sed Verbi *gloriam* dixit. Quapropter qui Verbum et Filium audet separare, Spiritum quoque et Paraclitum separet. Sin autem individuus est Spiritus, individuum pariter Verbum esse fatendum est, qui idem Filius est et sapientia et virtus. Ceterum norunt ipsi Gentiles literarum periti dilectum idem esse ac unigenitum. Nam Homerus de Telemacho Ulyssis filio unigenito ita secunda Odyssea loquitur: P. 640.

Quid tu care tuo volvis sub pectore fili?
Quid multas terrae partes peragrare peroptas,
Qui solus dilectus es? at divinus Ulysses
Ignotas inter gentes patriisque remotus
Sedibus interiit.

Igitur qui solus est patri, is dilectus appellatur.

30. Quidam ex Samosatensis sectatoribus Verbum a Filio separant, aiuntque Filium esse Christum, aliud autem esse Verbum. His P. 641. autem errandi occasio fuere illa Actuum verba, quae quidem recte protulit Petrus, sed perverse ipsi interpretantur; sunt autem huiusmodi: *Verbum misit Deus filiis Israël, annuncians pacem per Iesum Christum. Hic est omnium Dominus.* Nempe aiunt Verbum ita per Christum locutum esse, ac per Prophetas aientes: *Haec dicit Dominus*; alium enim fuisse Prophetam et alium Dominum. Verum ad id possumus reponere haec verba primae Epistolae ad Corinthios: *Exspectantes revelationem Domini nostri Iesu Christi, qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die Domini nostri Iesu Christi.* Ut enim non alius Christus alterius Christi diem confirmat, sed ipse in sui ipsius die exspectantes confirmat; ita Pater misit Verbum carnem factum, ut homo factus per seipsum praedicaret. Hinc subdit: *hic est omnium Dominus*; atqui omnium Dominus Verbum est.

31. *Et dixit Moyses ad Aaron: Accede ad altare, et fac sacri-*

f. Sic mss. At editi *ἀντιθέναι*, mendose.

g. Ita Reg. Seguer. et Scriptura. Alii autem et editi *ἀπεκδεχόμενοι.*

h. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. *αὐτός.* Ceteri et editi *αὐτούς.* Ibidem Reg. et Seguer. *ἐν τῇ ἑαυτοῦ.* Alii cum editis *ἐν τῇ αὐτοῦ.*

i. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi *οὖν.*

k. Hic ad marginem Regii, Seguerian. Gobl. et Felckm. 1. haec leguntur: *ἀπόδειξις ἀπὸ τοῦ Λευιτικοῦ περὶ τῆς ἐφ' ἑνὶ πράγματι διαφόρου ὀνομασίας.* Id est: *Probatur ex Levitico rem eandem diverse appellari*; quae verba in Basiliensi et Anglicano ante *καὶ εἶπε* in ipso contextu habentur.

P.641. *σιαστήριον, καὶ ποίησον τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας σου καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου, καὶ* [a] *ἐξίλασαι περὶ σεαυτοῦ καὶ τοῦ οἴκου σου, καὶ ποίησον τὰ δῶρα τοῦ λαοῦ, καὶ ἐξίλασαι περὶ αὐτῶν, καθάπερ ἐνετείλατο κύριος τῷ Μωσεῖ*[1]). *ἰδοὺ τοίνυν ἐνταῦθα, καίπερ ἑνὸς ὄντος τοῦ Μωσέως, ὡς περὶ ἑτέρου Μωσέως αὐτὸς Μωσῆς λέγων ἐστί· καθάπερ ἐνετείλατο κύριος τῷ Μωσεῖ. οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τοῦ θείου λόγου ἐὰν λέγῃ* [b] *ὁ μακάριος Πέτρος ἀποσταλέντος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*[2]), *οὐ χρὴ ἕτερον μὲν τὸν λόγον, ἕτερον δὲ Χριστὸν νοεῖν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν διὰ τὴν ἕνωσιν τὴν πρὸς τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ φιλάνθρωπον συγκατάβασίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν. εἰ δὲ καὶ νοοῖτο διχῶς, ἀλλ' οὐχ ὡς τοῦ λόγου κεχωρισμένου, κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο εἰρηκότα καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*[3]). *τὸ ἄρα καλῶς καὶ ὀρθῶς εἰρημένον πρὸς τοῦ μακαρίου Πέτρου κακῶς καὶ στρεβλῶς νοοῦντες οἱ τοῦ Σαμοσατέως ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἵστανται*[4]). *Χριστὸς γὰρ τὸ συναμφότερον νοεῖται* [c] *παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ὡς ὅταν λέγῃ· Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία*[5]). *εἰ τοίνυν λέγει* [d] *ὁ Πέτρος τὸν λόγον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεστάλθαι τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, τοῦτο σημαίνων νοείσθω, τὸν λόγον σαρκωθέντα τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ πεφανερῶσθαι, ἵν' ᾖ συνᾴδων τῷ καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. εἰ δὲ ἑτέρως ἐκεῖνο νοοῦσι, καὶ τὸν λόγον μὲν καθὼς καὶ ἔστι θεῖον ὁμολογοῦντες τὸν πρὸς αὐτοῦ ληφθέντα ᾧ καὶ ἡνῶσθαι πι-*
P.642. *στεύεται ἄνθρωπον ἀπ' αὐτοῦ χωρίζουσι, λέγοντες διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ* [e] *αὐτὸν ἀπεστάλθαι, ἑαυτοῖς ἐναντία φθεγγόμενοι οὐ νοοῦσιν.* [f] *οἱ γὰρ ἐνταῦθα χωρίζοντες τῆς θείας σαρκώσεως θεῖον νοοῦσι, σμικρύνουσιν ἄρα ἀκούοντες αὐτὸν σάρκα γεγενῆσθαι, καὶ τὰ Ἑλλήνων φρονοῦσιν, ὥσπερ οὖν καὶ φρονοῦσι, τροπὴν τοῦ λόγου τὴν σάρκωσιν τὴν θείαν ὑπολαμβάνοντες.*

32. *Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο. ὃν τρόπον γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀνέκφραστον* [g] *ἕνωσιν ὁ Ἰωάννης κηρύσσει*[6]), *καταποθέντος τοῦ θνητοῦ ὑπὸ τῆς ζωῆς καὶ αὐτοζωῆς ὄντος, καθὰ* [h] *πρὸς τὴν Μάρθαν ὁ κύριος ἔφη· ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*[7])· *οὕτω καὶ ὅταν λέγῃ ὁ μακάριος Πέτρος τὸ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεστάλθαι τὸν λόγον*[8]), *τὴν θείαν ἕνωσιν σημαίνει. ὡς γὰρ ἀκούων τις τὸ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο οὐκ ἂν* [i] *νομίσοι μηκέτι οὖν εἶναι λόγον, ὅπερ ἄτοπον, ὡς*

1) Levit. 9, 7. 2) Act. 10, 36. 3) Ioan. 1, 14. 4) Ioan. 8, 44. 5) 1. Cor. 1, 24. 6) Ioan. 1, 14. 7) Ioan. 11, 25. 8) Act. 10, 36.

a. Reg. et Seguer. hic et mox *ἐξίλασαι*, ut exstat Levit. 9, 7. [Editi *ἐξίλασον*.]
b. Gobl. et Felckm. 1. omittunt *ὁ μακάριος*.
c. Regius et Seguer. addunt *παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ*, quod abest ab aliis et editis.
d. Reg. et Seguer. *ὁ Πέτρος*. In aliis et editis *ὁ* deest.
e. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi

ficium pro peccato tuo, et offer holocaustum tuum, et deprecare pro P.641.
te et pro domo tua, et fac dona populi, et deprecare pro illis, sicut praecepit Dominus Moysi. Ecce hic quamvis unus sit Moyses, tamen ipse Moyses velut de alio Moyse dicit: *sicut praecepit Dominus Moysi.* Sic ergo etiamsi beatus Petrus divinum Verbum filiis Israël per Iesum Christum missum esse dicat, non idcirco existimandum est, aliud esse Verbum et alium esse Christum, sed unum eundemque esse, propter suam nempe cum humana natura, quam divina plane benignitate et clementia assumsit, coniunctionem; qui si etiam dupliciter intelligatur, non ita tamen, ut Verbum separatum concipiatur, sicuti docet divinus Ioannes cum ait: *Et Verbum caro factum est et habitavit in nobis.* Itaque quandoquidem id, quod praeclare ac recte a beato Petro dictum est, male ac perverse intelligunt Samosatensis discipuli, patet illos in veritate non stare. Namque Christus in Scriptura sacra utrumque esse significatur, ut cum dicitur: *Christus Dei virtus et Dei sapientia.* Quocirca cum Petrus ait Verbum per Iesum Christum missum esse ad filios Israël, hoc indicare intelligatur, nempe Verbum carnem factum filiis Israël apparuisse, ut Ioanni consonet dicenti: *Et Verbum caro factum est.* Si vero dictum illud aliter exponant, Verbumque divinum esse uti revera est confitentes assumtum ab ipso hominem, cui coniunctum esse creditur, ab eo velint separare, ipsum P.642.
aientes per Iesum Christum missum esse, sane se pugnantia loqui non attendunt. Qui enim hoc in loco divinum Verbum a divina incarnatione seiungunt, idem ipsum imminutum putant, cum audiunt carnem factum esse, proindeque idem omnino sentiunt ac Gentiles, uti sane sentiunt, cum divinam incarnationem mutationem Verbi esse suspicantur.

32. Verum non ita est; absit. Quemadmodum enim inexplicabilem unionem hic praedicat Ioannes, absorpto videlicet mortali a vita et ab eo, qui ipsa per se est vita, ut ipse ad Martham ait: *Ego sum vita*; ita cum beatus Petrus Verbum per Iesum Christum missum esse dixit, divinam eius significavit unionem. Nam ut is, qui audit: *Verbum caro factum est*, non idcirco arbitratur Verbum amplius non esse, quod certe perabsurdum est, uti diximus; ita qui Verbum cum

omittunt *αὐτόν*. Mox Reg. et Segnerian. *φθεγγόμενοι οὐ νοοῦσιν. οἵ γάρ* etc. Alii et editi *οὐ* omittunt ante *νοοῦσιν*. Gobler. autem et Felckm. 1. habent ibid. *οἱ γάρ* etc. Basil. et Angl. *ὃν γάρ* etc. Ceteri et editi *οὐ γάρ* etc.

f. Forte *οἵ γάρ*.

g. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi *τὴν ἀνέκφραστον γέννησιν ἐνταῦθα Ἰωάννης*.

h. Reg. et Seguer. *πρὸς τὴν Μάρθαν αὐτὸς, ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, λέγων*.

i. Gobl. *νομίσῃ*. Mox Seguer. *ὥςπερ ἄτοπον*.

P. 642. προείρηται, οὕτως καὶ λόγον ἀκούων τὸν συναφθέντα τῇ σαρκὶ τὸ θεῖον ἓν καὶ ἁπλοῦν [a]νοείτω μυστήριον. σαφέστερον δὲ καὶ ἀναμφισβήτητον παντὸς λογισμοῦ τὸ πρὸς αὐτὴν τὴν [b]θεοτόκον πρὸς τοῦ ἀρχαγγέλου ῥηθὲν τὴν ἑνότητα τοῦ θείου λόγου καὶ ἀνθρώπου δείξειε, [c]φησὶ γάρ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, διὸ καὶ τὸ [d]γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ[1]). ἀφρόνως οὖν οἱ τοῦ Σαμοσατέως τὸν λόγον χωρίζουσι σαφῶς ἀποδειχθέντα ἡνῶσθαι τῷ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπῳ. οὐκ ἄρα ἀπεστάλη δι' αὐτοῦ, [e]ἀπέστελλε δὲ ἐν αὐτῷ, λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη[2]).

33. Ἔθος δὲ τοῦτο τῇ γραφῇ ἀπεριέργως καὶ ἁπλῶς τὰς λέξεις ἐκφράζειν. οὕτω γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τις εὑρήσει. εἶπε γάρ, φησί, Μωσῆς, τῷ Ῥαγουὴλ τῷ Μαδιανίτῃ γαμβρῷ [f]Μωσῇ[3]). οὐ γὰρ ἄλλος Μωσῆς ὁ λέγων, καὶ ἄλλος, οὗ ἦν γαμβρὸς ὁ Ῥαγουήλ, ἀλλὰ εἷς ἦν [g]ὁ Μωσῆς. εἰ γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ σοφία ὁμοίως χρηματίζει καὶ δύναμις καὶ δεξιὰ καὶ βραχίων καὶ ὅσα τοιαῦτα, [h]ἥνωται δὲ φιλανθρώπως ἡμῖν, τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν περιθέμενος καὶ ταύτῃ ἀνακραθείς· ἄρα αὐτὸς ὁ λόγος καὶ τὰ λοιπὰ εἰκότως εἴληχεν ὀνόματα. τὸ γὰρ εἰρηκέναι [i]τὸν Ἰωάννην, ἐν ἀρχῇ μὲν εἶναι τὸν λόγον καὶ τοῦτον πρὸς τὸν θεὸν καὶ αὐτὸν θεόν, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ χωρὶς αὐτοῦ [k]γεγενῆσθαι μηδέν[4]), πλάσμα τοῦ θεοῦ λόγου σαφῶς καὶ [l]τὸν ἄνθρωπον δείκνυσιν
P. 643. ὑπάρχειν. εἰ τοίνυν τοῦτον σαθρωθέντα εἰς ἑαυτὸν λαβόμενος πάλιν ἀνακαινίζει διὰ τῆς βεβαίας αὐτοῦ ἀνανεώσεως πρὸς διαμονὴν ἀτελεύτητον, καὶ διὰ τοῦτο ἑνοῦται εἰς θειοτέραν [m]ἀνάγων αὐτὸν λῆξιν, πῶς οἷόν τε λέγειν διὰ τοῦ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου τὸν λόγον ἀπεστάλθαι, καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις, λέγω [n]δὴ προφήταις ἀποσταλεῖσι παρ' αὐτοῦ, συναριθμεῖν τὸν τῶν ἀποστόλων κύριον; πῶς δὲ [o]καὶ κληθείη Χριστὸς ψιλὸς ἄνθρωπος; ἡνωμένος δὲ τῷ λόγῳ εἰκότως χρημάτιζοι Χριστὸς καὶ υἱὸς θεοῦ, ἄνωθεν [p]τοῦ προφήτου σαφῶς ἐκβοήσαντος τὴν πατρικὴν ὑπόστασιν περὶ αὐτοῦ καὶ εἰπόντος· καὶ ἀποστελῶ τὸν υἱόν μου τὸν Χριστόν[5]), καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπη-

1) Luc. 1, 35. 2) Matth. 28, 19. 3) Numer. 10, 29. 4) Ioan. 1, 1. 3. 5) [?].

a. Reg. et Seguer. νοείσθω.
b. Regins codex et Seguer. θεοτόκον. Editi θεοτόκου, mendose.
c. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii cum editis ἔφη.
d. Regius γενόμενον.
e. Reg. Seguer. Basil. Anglic. et Gobler. ἀπέστελλε. Alii et editi ἀπέστειλε.
f. Seguer. Μωσεῖ. Ali et editi Μωσῆ. Scriptura Μωυσῆ.
g. Reg. codex, Seguer. et Basil. addunt ὁ Μωσῆς, quod omittunt alii editique.

carne coniunctum esse audit, divinum unum simplexque intelligat my- P.642.
sterium. Verum luculentius certiusque quovis ratiocinio ea, quae ab Archangelo, ad ipsam Deiparam dicta sunt, divini Verbi et hominis unitatem demonstraverint: eius haec sunt verba: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.* Stulte igitur Samosatenses Verbum dividunt, cum his ex verbis clarum sit, ipsum unitum fuisse homini ex Maria assumto. Non ergo Verbum per Christum est missum, sed potius in Christo misit, cum ait: *Ite, docete omnes gentes.*

33. Scilicet is est mos Scripturae, simpliciter et sine exornatione verba efferre. Sic exempli gratia in libro Numerorum haec legimus: *Dixit Moyses Ragueli Madianitae genero Moysis.* Nec enim alius erat Moyses, qui loquebatur, et alius, cuius gener erat Raguel, sed unus erat Moyses. Quapropter si pariter Verbum Dei, sapientia, virtus, dextera, brachium similiaque appellatur, si item sese nobis clementer coniunxit nostrasque induit primitias, quibuscum sese commiscuit; ergo etiam idem Verbum cetera nomina iure merito sortitum est. Haec enim Ioannis verba, quibus Verbum in principio fuisse, et apud Deum ac Deum fuisse, omniaque per ipsum facta esse, nihilque sine ipso esse factum dicitur, aperte profecto ostendunt, ipsum quoque hominem Dei Verbi opus esse. Itaque si eum, postquam corruptus est, in se suscepit, ut ipsum stabili et firma sui renovatione P.643.
perpetuo permansurum reficeret, quam quidem ob causam eidem se coniunxit, ut illum in sortem conditionemve diviniorem proveheret; qui fieri potest ut Verbum per hominem, qui ex Maria assumtus sit, missum esse dicatur, ipseque Apostolorum Dominus inter ceteros Apostolos, nempe Prophetas, ab eodem missos numeretur? An vero purus homo possit vocari Christus? Minime certe; at Verbo coniunctus iure merito Christus et Filius Dei potest appellari, teste Propheta, qui iam olim paternam substantiam manifeste illi attribuit, cum ait: *Et mittam Filium meum Christum.* Apud Iordanem audita item haec vox

Mox Reg. et Seguer. χρηματίζοι. Ceteri et editi χρηματίζει.

h. Basil. et Anglic. ἥνωτο.

i. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi omittunt τὸν Ἰωάννην. Ibidem Basil. et Anglic. μὲν ἓν εἶναι.

k. Reg. Seguer. Basil. Anglic. et Gobl. γεγενῆσθαι. Ceteri cum editione Comm. γεγεννῆσθαι.

l. Ita Reg. Seguer. Basil. et Anglican. In aliis et editis καί deest. Mox mss. omnes τοῦτον σαθρωθέντα. Editi τοῦτον σαρκωθέντα, mendose.

m. Anglican. ἀνάγοι.

n. Anglic. δέ.

o. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis deest καί.

p. τοῦ abest a Reg. et Seguer.

P. 643. τός[1]). ἐκπληρώσας γὰρ τὴν ὑπόσχεσιν εἰκότως ὑπέδειξεν, ὡς οὗτός ἐστιν ὃν [a]εἶπεν ἀποστεῖλαι.

34. Τὸ τοίνυν συναμφότερον νοῶμεν Χριστόν, λόγον τὸν θεῖον ἡνωμένον τῷ ἐκ Μαρίας ἐν τῇ Μαρίᾳ. ἐν γὰρ τῇ ταύτης νηδύϊ ὁ λόγος ἑαυτῷ τὸν οἶκον διεπλάσατο, ὃν τρόπον ἐξ ἀρχῆς τὸν Ἀδὰμ ἐκ τῆς γῆς, μᾶλλον δὲ θειοτέρως, περὶ οὗ καὶ Σολομῶν [b]φησι, τὸν λόγον εἰδὼς καὶ σοφίαν χρηματίζουσαν φανερῶς· ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον[2]), ὃν καὶ ὁ ἀπόστολος ἑρμηνεύων λέγει· [c]οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς[3]), καὶ ἀλλαχοῦ δὲ ναὸν προςαγορεύει[4]), καθότι πρέπον θεῷ ἐν ναῷ κατοικεῖν, οὗ καὶ εἰκόνα τὴν ἐκ λίθων τοῖς παλαιοῖς κτίζειν διὰ Σολομῶντος [d]προςέταξεν, ὅθεν τῆς ἀληθείας φανείσης πέπαυται ἡ εἰκών. βουληθεῖσι γὰρ τοῖς ἀγνώμοσι τὴν εἰκόνα δεῖξαι ἀλήθειαν, τὴν δὲ ἀληθῆ οἴκησιν, ἣν καὶ ἕνωσιν σαφῶς πιστεύομεν, καθελεῖν, οὐκ ἠπείλησεν, ἀλλ' εἰδὼς ὡς αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν τολμῶσι, [e]φησὶν αὐτοῖς· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν[5]), σαφῶς δεικνὺς ὁ ἡμέτερος σωτήρ, ὡς τὰ πρὸς ἀνθρώπων σπουδαζόμενα αὐτόθεν ἔχει τὴν διάλυσιν. ἐὰν γὰρ μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον καὶ φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες καὶ ἠγρύπνησαν οἱ φυλάσσοντες[6]). τὰ τοίνυν [f]τῶν Ἰουδαίων λέλυται, σκιὰ γὰρ ἦν, τὰ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἥδρασται, τεθεμελίωται γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς[7]). ἐκείνων ἦν τὸ λέγειν· πῶς σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν[8]); τούτων μαθητὴς ὁ Σαμοσατεὺς ὑπάρχει, ὅθεν εἰκότως τὰ παρ' αὐτοῦ τοῖς αὐτοῦ ἀπαγγέλλει. ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτως ἐμάθομεν τὸν Χριστόν, εἴγε αὐτὸν ἠκούσαμεν καὶ παρ' αὐτοῦ ἐδιδάχθημεν, ἀποθέμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, ἀνα-
P. 644. λαβόντες δὲ τὸν νέον τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι [g]τῆς ἀληθείας[9]). Χριστὸς τοιγαροῦν τὸ συναμφότερον εὐσεβῶς νοείσθω.

35. Εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα καλεῖ πολλαχοῦ ἡ γραφὴ Χριστόν, ὡς ὅταν λέγῃ ὁ μακάριος Πέτρος [h]πρὸς Κορνήλιον διδάσκων Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, ὃν ἔχρισεν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ[10]), καὶ πάλιν πρὸς Ἰουδαίους· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς[11]), καὶ [i]πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος

1) Matth. 3, 17. 2) Prov. 9, 1. 3) Hebr. 3, 6. 4) 1. Cor. 3, 16. 5) Ioan. 2, 19. 6) Psal. 127 [126. LXX.], 1. 7) Matth. 16, 18. 8) Ioan. 10, 33. 9) Ephes. 4, 20—24. 10) Actor. 10, 38. 11) Actor. 2, 22.

a. Reg. et Seguer. ὃν εἶπον.
b. Ita Reg. Seguer. Basil. et Anglican. Alii autem cum editis ἔφη. Ibid. Angl. omittit καί post εἰδώς.
c. Basil. et Angl. ὅς. Paulo post idem Anglic. καθάπερ πρέπον.
d. Reg. et Seguer. προςέταττεν.

est: *Hic Filius est meus dilectus.* Siquidem impletis promissis recte P. 643.
his verbis indicavit, illum esse quem se misisse dixerat.

34. Utrumque ergo Christum esse intelligamus, Verbum scilicet divinum homini ex Maria assumto in Maria coniunctum. Verbum enim sibi ipsi domum in eius utero fabricavit, quemadmodum olim Adamum ex terra formaverat, imo diviniore certe modo, quo de Salomon, qui Verbum optime noverat sapientiam appellari, sic loquitur: *Sapientia aedificavit sibi domum*, quam interpretans Apostolus ait: *cuius nos Domus sumus*, alibique templum appellat, quatenus nempe Deo decet in templo habitare, cuius figuram antiquis patribus per Salomonem iusserat ex lapidibus aedificandam, unde exorta veritate figura evanuit. Namque cum perfidi Iudaei figuram vellent veritatem ipsam esse verumque evertere aedificium, quod nos Verbi cum natura humana coniunctionem esse fidenter credimus, nihil illis minatus est Dominus; sed cum probe sciret, illorum temeritatem in ipsos recidere, haec ad eos dixit: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.* Quibus verbis clare ostendit Salvator sponte et ex se dissolvi hominum opera. *Nisi* enim *Dominus aedificaverit domum et custodierit civitatem*, frustra laborant aedificantes et vigilant custodientes. Itaque quae quidem Iudaeorum erant, penitus sunt dissoluta, quippe cum nonnisi umbra essent, firmata autem est Ecclesia, utpote quae in petra fundata est, neque *portae inferi adversus eam praevalebunt.* Illorum erat dicere: *Quare homo tu cum sis, facis teipsum Deum?* horum discipulus est Samosatensis, unde non immerito sua suos docet; nos autem non ista de Christo didicimus, si tamen eum audivimus et ab ipso edocti sumus, ut vetere homine, qui corrumpitur secundum desideria erroris, deposito induamus novum hominem, qui secundum
Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Christus igitur P. 644.
utrumque esse pie intelligatur.

35. Ceterum si saepe Scriptura Christum appellet ipsius corpus, ut cum beatus Petrus ad Cornelium ait: *Iesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto*, et ad Iudaeos: *Iesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis*, beatus item Paulus haec ad Athenienses

e. Reg. et Seguer. *φησὶν αὐτοῖς*. Alii et editi *ἔφη αὐτοῖς*.

f. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis *τῶν* deest.

g. Reg. Seguer. et Scriptura *τῆς ἀληθείας*. Alii et editi *τῆς* omittunt.

h. Ita Regius codex, Seguer. Basil. et Anglican. At Gobler. *Πέτρος Κορνηλίῳ*. Alii et editio Comm. *Πέτρος Κορνήλιον*.

i. Gobler. et Felckm. 1. omittunt *πάλιν*. *ὁ μακάριος*. Ibid. Reg. et Seguer. *πρὸς Ἀθηναίους*. Ceteri et editi *Ἀθηναίοις*. Item ibid. post *ἐν ἀνδρί* deficit Anglican. codex.

P. 644. πρὸς Ἀθηναίους· ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀνα-
στήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν[1])· ταυτὸν δὲ τῇ χρίσει πολλαχόσε τὴν
ἀνάδειξιν καὶ τὴν [a]ἀποστολὴν εὑρίσκομεν. ἐξ ὧν μανθάνειν ἔξεστι
τῷ βουλομένῳ, ὡς οὐ διαφωνία τις ἐν τοῖς ῥήμασι τῶν ἁγίων,
ἀλλὰ διαφόρως τὴν πρὸς τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον τοῦ [b]θεοῦ
λόγου ἕνωσιν γενομένην ὀνομάζουσι, ποτὲ μὲν χρῖσιν, ποτὲ δὲ
ἀποστολὴν, ἄλλοτε [c]δὲ ἀνάδειξιν. τὸ τοίνυν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ
μακαρίου Πέτρου [d]ὀρθόν, καὶ εἰλικρινῆ τὴν θεότητα τοῦ μονογε-
νοῦς κηρύσσει, οὐ τὴν ὑπόστασιν χωρίζων τοῦ θεοῦ λόγου ἀπὸ
τοῦ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου· μὴ γένοιτο. πῶς γὰρ ὁ ἀκούσας πολ-
λαχῶς τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[2]) καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε
τὸν πατέρα[3]), δι' οὗ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὸ αὐτὸ κεκλεισμέ-
νων τῶν θυρῶν εἰςερχόμενον πρὸς πᾶσαν τῶν ἀποστόλων [e]τὴν
ξυνωρίδα[4]), καὶ εἴ τι παρῆν ἐκ τούτου δυςπειθὲς διαλύσαντα τῷ
εἰπεῖν· ψηλαφήσατέ με καὶ βλέπετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ [f]ὀστέα
οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα[5]); καὶ οὐκ εἶπε· τόνδε ἢ
τὸν ἄνθρωπόν μου, ὃν ἀνείληφα, ἀλλ' ἐμέ. ὅθεν οὐδεμίαν συγγνώ-
μην εὑρεῖν δυνήσεται ὁ Σαμοσατεύς, ἐκ τοσούτων τὴν ἕνωσιν τοῦ
θεοῦ λόγου διελεγχθείς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ θεοῦ λόγου ἄρτι
μὲν πρὸς πάντας τὴν πεῦσιν προςάγοντος, καὶ πληροφορῶν ἀπό
τε τοῦ φαγεῖν καὶ τὴν ψηλάφησιν ἐπιτρέψαι, ἣ δὴ καὶ γεγένηται.
πάντως γὰρ ὁ διδοὺς τὴν τροφὴν ἢ οἱ διδόντες ἥψαντο τῶν χει-
ρῶν, ἐπέδωκαν γάρ, φησιν, αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος καὶ ἀπὸ με-
λισσίου [g]κηρίου, καὶ φαγὼν ἐνώπιον αὐτῶν λαβὼν τὰ ἐπίλοιπα
ἀπέδωκεν αὐτοῖς[6]). ἰδοὺ τοίνυν, εἰ καὶ οὐχ ὡς ὁ Θωμᾶς, ἀλλ'
ὅμως δι' ἑτέρας μεθόδου τὴν πληροφορίαν αὐτοῖς παρέσχε ψηλα-
φηθείς. εἰ δὲ καὶ τοὺς μώλωπας ἰδεῖν [h]θέλοις, παρὰ Θωμᾶ μάθε.
φέρε γάρ σου, φησί, τὴν χεῖρα καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου,
[i]καὶ φέρε τὸν δάκτυλόν σου καὶ βλέπε τὰς χεῖράς μου[7]), πλευρὰν
P. 645. ἰδίαν καὶ χεῖρας ὀνομάζων ὁ θεὸς λόγος καὶ ὅλον αὐτὸν ἄνθρω-
πόν [k]τε καὶ θεὸν ὁμοῦ, ἄρτι μὲν τοῦ λόγου καὶ τὴν αἴσθησιν
τοῖς ἁγίοις διὰ σώματος, ὡς ἔστι νοεῖν, παρέχοντος τῷ εἰςελθεῖν
τῶν θυρῶν κεκλεισμένων[8]), παρευθὺ δὲ σὺν τῷ σώματι παρεστὼς
καὶ τὴν πληροφορίαν παρέχων. ταῦτα τοῖς πιστοῖς εἰς βεβαίωσιν
καὶ τοῖς ἀπίστοις εἰς διόρθωσιν εἰρήσθω συμμέτρως.

1) Act. 17, 31. 2) Ioan. 10, 30. 3) Ioan. 14, 9. 4) Ioan. 20, 19. 5) Luc. 24, 39. 6) Luc. 24, 42. 7) Ioan. 20, 27. 8) Ioan. 20, 19.

a. Reg. et Seguer. ἀποστολήν. Alii et editi ἀποστόλων, mendose.

b. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis θεοῦ deest.

c. Ita Reg. et Seguer. At alii et editi δέ omittunt.

d. Reg. ὀρθόν, recte. Ceteri et editi ὀρθήν.

e. Reg. Seguer. et Gobler. τὴν ξυνωρίδα, καὶ εἴ τι. Gobler. habet item καὶ

loquitur: *In viro, quem destinarat, fide omnibus impertita, eo a mortuis excitato*; ita saepe quoque ostensionem et missionem idem esse ac unctionem reperimus. Ex quibus cuivis licet discere, nihil in verbis Sanctorum esse dissonum, sed variis tantum nominibus coniunctionem Dei Verbi cum homine ex Maria assumto illos designare, cum eam modo unctionem appellant, modo missionem, modo ostensionem. Rectum est igitur, quod ait beatus Petrus, qui veram Unigeniti praedicat divinitatem, nec Dei Verbi hypostasim disiungit ab homine ex Maria assumto; quod omnino absit. Qui enim id ille auderet, qui frequenter audiit: *Ego et Pater unum sumus*, et *Qui vidit me, vidit Patrem*? Hinc etiam post resurrectionem idem corpus ianuis clausis ad universum Apostolorum coetum ingressum est; quod ne cui incredibile videretur, ipse difficultatem removit, cum ait: *Contrectate me et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Ubi advertendum est, eum non dixisse: Hunc vel hominem meum, quem assumsi, contrectate, sed *contrectate me.* Nulla proinde venia Samosatensi speranda est, quippe qui tot convictus argumentis negare non possit Verbi Dei coniunctionem, quam nimirum ipsum Dei Verbum asseruit, cum, ut modo vidimus, omnes est allocutum, quibus et se resurrexisse confirmavit tum comedendo tum se ipsum contrectandum permittendo, uti factum est. Nam sive cum ipse illis cibum impertiret, sive cum illi ipsi, omnino manus eius contrectaverunt. Siquidem *illi*, inquit, *obtulerunt partem piscis assi et favum mellis, et cum manducasset coram eis, acceptas reliquias dedit eis.* En igitur, si non ut se erga Thomam gessit, certe alia ratione fecit eos de sui resurrectione certiores, cum se illis contrectandum praebuit. Quod si ipsas etiam cicatrices cupis cernere, disce a Thoma, cui videlicet ait Dominus: *Infer manum tuam et mitte in latus meum, et infer digitum tuum, et vide manus meas.* Suum latus suasque manus Deus Verbum appellat, seque totum hominem simul et Deum esse ostendit; quod quidem ipso etiam sensu, ut intelligere est, voluit Verbum sanctos experiri, cum suum corpus ianuis clausis ingressum est in cubiculum, ac repente adstans cum corpore eos de rei veritate persuasos reddidit. Haec autem fidelibus quidem ad confirmationem, infidelibus vero ad emendationem satis dicta sint.

P. 644. P. 645.

εἴ τι. In aliis et editis deest *τήν* et *καί*.

f. Reg. et Seguer. *ὀστᾶ*.

g. Reg. et Seguer. *κηρίον*. Iidem ibid. et Basiliens. addunt *καὶ φαγὼν ἐνώπιον αὐτῶν, λαβὼν τὰ ἐπίλοιπα ἀπέδωκεν αὐτοῖς*, quae alii et editi omittunt.

h. Reg. Seguer. et Basil. *θέλοις*. Ceteri et editi *θέλεις*.

i. Sic Reg. codex, Segner. et Basil., sed Basil. habet *βλέπε εἰς χεῖράς μου* Alii editique *καὶ τὸν δάκτυλόν σου βάλε εἰς τὰς χεῖράς μου*. Mox Regius et Seguer. *ὁ θεὸς λόγος*. Ceteri cum editis *ὁ θεὸς λέγει*.

k. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis deest *τε*.

P. 645. 36. *Διορθούσθω τοιγαροῦν* [a] *καὶ Παῦλος Σαμοσατεύς, τῆς θείας κατήκοος γεγενημένος φωνῆς, τὸ σῶμά μου*[1]) *λέγοντος, καὶ οὐχὶ τὸν Χριστὸν* [b] *ἕτερον παρ' ἐμὲ τὸν λόγον, ἀλλὰ σὺν ἐμοὶ αὐτὸν καὶ ἐμὲ σὺν αὐτῷ. τὸ γὰρ χρῖσμα ἐγὼ ὁ λόγος, τὸ δὲ χρισθὲν ὑπ' ἐμοῦ ὁ ἄνθρωπος· οὐ χωρὶς οὖν ἐμοῦ Χριστὸς* [c] *κληθείη ἄν, ἀλλὰ σὺν ἐμοὶ ὢν καὶ ἐμοῦ ἐν αὐτῷ. τὸ τοίνυν ἀποστολὴν τοῦ λόγου σημαίνεσθαι*[2]). *ἕνωσιν δηλοῖ τὴν πρὸς τὸν ἐκ Μαρίας Ἰησοῦν, ὃς ἑρμηνεύεται σωτήρ, οὐ δι' ἕτερόν τι ἀλλ' ἢ διὰ τὸ* [d] *τῷ θεῷ λόγῳ ἡνῶσθαι. ταυτὸν σημαίνεται τὸ ῥητὸν τοῦτο τῷ ὁ πέμψας με πατήρ*[3]), *καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ὁ πατήρ με ἀπέστειλε*[4]), *τὴν γὰρ πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἕνωσιν, σὺν ᾧ γνωρισθῆναι ἀνθρώποις ἦν δυνατὸν τὴν ἀόρατον φύσιν διὰ τῆς ὁρωμένης, ἀποστολὴν ὠνόμασεν. οὐ γὰρ δὴ θεὸς τόπους* [e] *ἀμείβει καθ' ἡμᾶς τοὺς ἐν τόποις κρυπτομένους, τῷ τῆς μικρότητος ἡμῶν σχήματι τῆς ὑπάρξεως τῆς ἐν σαρκὶ* [f] *ἐπιδεικνύμενος (πῶς γὰρ ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶν;), ἀλλὰ τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας ἕνεκα τὴν ἀποστολὴν οἱ δίκαιοι ὠνόμασαν.* [g] *εἶτα οὖν καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος, Χριστὸς οὖν ὁ ἐκ Μαρίας θεὸς ἄνθρωπος, οὐχ ἕτερός τις Χριστός, ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτός, οὗτος πρὸ αἰώνων ἐκ πατρός, οὗτος ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς παρθένου, ἀόρατος* [h] *τὸ πρὶν καὶ ταῖς ἐν οὐρανῷ δυνάμεσιν ἁγίαις, ὁρατὸς νυνὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν ὁρώμενον ἄνθρωπον ἕνωσιν, ὁρώμενος δέ, φημί, οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, ἀλλὰ τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ, διὰ τοῦ* [i] *ἀνθρωπίνου σώματος καὶ ὅλου ἀνθρώπου, ὃν ἀνεκαίνισε τῇ οἰκειώσει τῇ πρὸς ἑαυτόν. αὐτῷ τὸ σέβας καὶ ἡ προσκύνησις,* [k] *ὃς ἦν πρώην καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.*

1) Matth. 26, 26. 2) Act. 10, 36. 3) Ioan. 8, 10. 4) Ioan. 8, 42.

a. Reg. et Seguer. addunt *καὶ Παῦλος*, quod alii et editi omittunt.

b. Ita Reg. codex et Seguer. In aliis vero et editis deest *ἕτερον*.

c. Reg. Seguer. Gobler. et Basil. *κληθείη ἄν*. At alii et editi *ἄν* omittunt.

Ibidem Reg. Seguer. et Gobler. *καὶ ἐμοῦ*. In aliis et editis *καί* deest.

d. *τῷ* abest a codice Regio et Seguer. Iidem ibidem *ταυτὸν σημαίνεσθαι*. Item ibidem Gobler. et Felckm. 1. *τὸ ῥητὸν τοῦτο τό*.

36. Suum itaque errorem etiam corrigat Paulus Samosatensis, P. 645. divina Salvatoris voce audita dicentis: *Corpus meum,* non autem „Christum, qui alius est a me, qui sum Verbum, sed qui idem mecum „est, et ego cum eo. Ego enim Verbum sum unguentum, quod au„tem a me unctum est, homo est; quapropter Unctus sive Christus „sine me minime dicatur, sed qui mecum est et in quo ego sum." Itaque missio illa Verbi significata eius indicat coniunctionem cum Iesu ex Maria assumto, qui Salvator dicitur, non aliam sane ob rationem, quam quod cum Deo Verbo sit coniunctus. Idem proïnde locus ille significat atque haec verba: *Qui misit me Pater,* et *A me ipso non veni, sed Pater me misit.* Scilicet suam cum homine coniunctionem, quocum invisibilis natura per visibilem nota hominibus esse poterat, missionem appellavit. Nec enim loca mutavit Deus (uti nos qui locis abscondimur), cum nostrae parvitatis accepta figura in carne exstitit et apparuit. Quomodo enim id illi posset accidere, qui caelum et terram implet? Verum iusti propter eius in carne praesentiam missionis vocem usurpavere. Ipse igitur est Deus Verbum; igitur Christus est Deus homo ex Maria natus. Non alius inquam aliquis est Christus, sed unus et idem est, qui ante saecula ex Patre et in ultimis diebus ex Virgine exortus est, qui idem antea ipsis etiam sanctis virtutibus in caelis erat invisibilis, nunc autem ob suam cum visibili homine coniunctionem visibilis est effectus, visibilis inquam non invisibili divinitate, sed ipsa divinitate per humanum corpus totumque hominem agente, quem totum hominem eiusdem secum coniunctione renovavit. Ipsi honor et adoratio, qui antea et nunc et semper est in saecula. Amen.

e. Reg. et Seguer. *ἀμείβει.* Alii et editi *ἀμοίβει.*

f. Gobler. *ἐπιδεικνυμένοις.*

g. Reg. Seguer. et Basil. *εἶτ' οὖν.* Alii cum editis *εἶτα οὖν.*

h. *τό* abest a Gobler. et Felckm. 1.

i. Regius codex, Seguer. et Basil. *ἀνθρωπείου.* Ceteri et editi *ἀνθρωπίνου.* Ibid. Gobler. et Felckm. 1. omittunt *καὶ ὅλου ἀνθρώπου.*

k. Basil. *ὡς ἦν.* Ibidem Seguer. *πρὸ ἦν.* Reg. *προῆν.* In fine Reg. et Segu. addunt *ἀμήν,* quod abest ab aliis et editis.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI
EPISTOLAE
AD SERAPIONEM.

MONITUM.

P. 645. I. *Quae sequuntur S. Athanasii ad Serapionem Thmuitanum Episcopum Epistolae, invitante et flagitante ipso Serapione a sancto Doctore in eremo conscriptae sunt, ut ex prima patet Epistola num.* 1. *et* 33., *et quidem post Orationes contra Arianos, ut conicere est ex his primae Epistolae verbis num.* 2.: *τῶν μὲν οὖν Ἀρειανῶν οὐκ ἀλλότριον καὶ τοῦτο ἐνθύμημα, ἅπαξ γὰρ ἀρνούμενοι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον εἰκότως τὰ αὐτὰ καὶ κατὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δυςφημοῦσι· διὸ καὶ οὐ χρὴ πλέον τι πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, ἀρκεῖ γὰρ τὰ πρὸ τούτων εἰρημένα κατ' αὐτῶν.* Itaque Arianorum quidem nequaquam aliena est huiusmodi sententia. Postquam enim semel Dei Verbum negare ausi sunt, merito eadem quoque de eius Spiritu impie mentiuntur. Quocirca nec plura adversus illos necesse est dicere: nam satis esse debent, quae antea contra ipsos dicta sunt. *In his itaque Epistolis contra quosdam disputat S. Athanasius, qui ab Arianis quidem discesserant fatebanturque Filium vere Deum esse, sed iidem de Spiritu sancto impie sentiebant, quem nimirum rem creatam esse vellent et unum ex administris spiritibus, soloque gradu ab Angelis differre, ut numero* 1. *primae Epistolae habetur. Unde optime ait Athanasius fictam illorum esse cum Arianis pugnam, at revera eos piae fidei adversari. Utrumque enim errorem propugnabant Ariani, et Filium videlicet et Spiritum rem creatam esse, uti modo vidimus passimque alibi declarat S. Doctor, verbi gratiâ Oratione III. contra Arianos pag.* 564. [*p.* 492. *huius ed.*] *num.* 15. *Inde autem effectum est, ut illi et ab Arianis odio habiti sint, quod Filium nollent rem creatam esse, quemadmodum num.* 32. *eiusdem primae Epistolae narratur, nec ab Orthodoxis fuerint admissi, quod Spiritum*

sanctum negarent Deum vere esse. Tropici porro dicti iidem sunt, P. 645. *uti saepe eos vocat S. Athanasius, ut num.* 10. *et* 32. *primae Epistolae, quod nempe sacrae Scripturae loca, quibus in vindicanda S. Spiritus divinitate utebantur Orthodoxi, metaphoris et tropis vellent esse interpretanda. Caeterum hi non iidem videntur esse qui Macedoniani. Illos enim recte de Filio sentire numero* 1. *et alibi indicatur; at Macedoniani nolebant Filium Patri esse consubstantialem, sed similem duntaxat, ut refert Theodoretus haereticar. fabular. lib.* 4. *num.* 5. *et historiae Ecclesiasticae lib.* 2. *cap.* 6.

II. *Perturbato admodum et praepostero ordine exstant illae Epistolae in editis antea Operibus S. Athanasii. Nam quae prima esse debet, secunda est; quae contra secunda debet esse, primum occupat locum. Imo pars secundae Epistolae posterior in secundo exstat Tomo, cum pars eiusdem prior sit in primo Tomo. Similiter pars ultimae Epistolae posterior in primo collocata est Tomo, pars autem prior in secundo. Sed Codicum manuscriptorum ope singulas in proprium restituimus ordinem, prout sequitur. Prima nempe ea est, quae incipit* τὰ γράμματα τῆς σῆς *etc., quam cum nonnulli fratrum cuperent in epitomen redigi, petiit ab Athanasio Serapion, ut id efficere non gravaretur. Haecque causa fuit sancto Doctori secundam ad eundem scribendi Epistolam, cuius initium* ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον *etc. Huius in priori parte breviter contra Arianos Verbi divinitatem tuetur, in altera autem parte, quam his verbis exorditur:* ἴσως θαυμάσεις *etc., primam contrahit Epistolam. Videtur enim omnino non diversas esse Epistolas, sed duas duntaxat eiusdem Epistolae partes, quas postmodum distinctas veluti Epistolas diviser Amanuenses. Nec enim posteriorem partem quasi aliam Epistolam exorditur, sed se excusat, quod rogatus, ut primam de Spiritu sancto Epistolam contraheret, prius de Filii divinitate disseruerit. Praeterea secundae Epistolae initio se in ea praestitisse scribit quod postularat Serapion, ut scilicet primam, quae paulo fusior videbatur, verbis paucioribus vellet comprehendere; quod cum nonnisi in hac quam dicimus secunda parte praestiterit, clarum est ipsam non novam esse Epistolam, sed partem tantum secundae Epistolae posteriorem. Hinc etiam in plerisque et praestantioribus manuscriptis Codicibus secundae Epistolae initio eam primae esse epitomen adnotatur, quod sane* P. 646. *veri esset alienum, si pars eius altera distincta esset Epistola.*

III. *Nec vero soli secundae accidit Epistolae, ut in duas disiungeretur, sed idem quoque in ultima contigit, quae videlicet in codicibus Gobleriano et Felckmanni primo in duas pariter distracta est Epistolas. Verum etiamsi exploratum nobis videatur ita se rem ha-*

P. 646. *bere, tamen cum in omnibus quos vidimus manuscriptis codicibus secunda Epistola in duas veluti Epistolas distincta sit, non ausi sumus simul coniungere, sed eam, prout in ipsis mss. habetur, divisimus.*

IV. *Felckmannus secundam Epistolam sive primam eius partem, quae de Filio disserit, synopsin esse Orationum contra Arianos est arbitratus*[1]. *At huic opinioni refragantur cum manuscripti Codices, qui eam epitomen esse primae ad Serapionem Epistolae observant, tum vero ipsum eiusdem exordium, ubi primae tantum meminit S. Athanasius, quam se ait in secunda ista rogatu Serapionis nonnullisque optantibus fratribus contraxisse. Non diffitemur tamen, praecipua quae in Orationibus contra Arianos fusius exponuntur argumenta strictim hic presseque tractari, at contendimus, illud Opus, quod secundae Epistolae principio ait se in epitomen redegisse, aliud nullum esse quam Epistolam primam ad Serapionem.*

V. *Ultima denique Epistola ita orditur: ἐνέτυχον καὶ τῇ etc. Huius autem pars postrema sive veluti appendix* [*num.* 8. *sqq.*] *est Tractatus in Matthaei verba* Quicumque dixerit etc.[2]), *qui male in hactenus editis ab illa est divulsus. Siquidem non solum in omnibus manuscriptis codicibus hanc statim subsequitur Epistolam, sed etiam in optimae notae Regio et Segueriano recte cum ipsa absque ullo titulo coniungitur, tantumque in margine verba ipsa Matthaei afferuntur, uti fit et aliis in locis. In Gobleriano autem et Felckmanni primo haec novae quasi Epistolae praeponitur inscriptio: πρὸς τὸν αὐτὸν Σεραπίωνα. Nempe cum in prima Epistola num.* 3. *et in fine partis posterioris secundae* [*Ep. III. num.* 7.] *haec Evangelii verba contra adversarios adduxisset S. Athanasius, ipsum rogavit Serapion, ut locum illum interpretaretur, explicaretque cur qui in Spiritum sanctum peccaverit, gravius puniendus sit, quam qui in Filium; cui postulationi, multum licet, ut scribit, reluctans, in fine ultimae huius Epistolae satisfecit.*

VI. *Non multum immorabimur in refellendo praecipiti et iniquo admodum Erasmi de prima ad Serapionem Epistola iudicio.* Salvo, *inquit ille,* et integro doctorum iudicio, ego censeo hoc Opus esse hominis otiosi nulloque ingenio praediti, qui voluerit imitari divi Athanasii libellos ad Serapionem. Hic mira congeries locorum, et rationum confusio molestissimaque semel dictorum iteratio[3]). *Eidem sen-*

1) Vide item Admonit. in Epist. ad Serap. de morte Arii. Tom. I. pag. 337. n. 3.

2) Matth. 12, 32.

3) Ioannis Chrysostomi et Athanasii lucubrationes aliquot primum versae et in lucem aeditae per Des. Erasmum. Basil. 1527. p. 410 (Opp. ed. Cler. Tom. VIII. p. 405.).

tentiae temere subscribunt Scultetus[1]) *et Rivetus*[2]), *nullis aliis adductis argumentis, nisi quod addat Rivetus citari ea Epistola* [*num.* 5.] *locum Michaeae qui nusquam reperitur, nimirum:* Domus Iacob exacerbavit Spiritum Domini. *Verum valde ille hallucinatur; nam is est versus septimus capitis secundi Michaeae iuxta Graecam versionem.* P. 646.

VII. *Quam vana et temeraria sit huiusmodi illorum opinatio, ex omnibus omnino manuscriptis codicibus convincitur, in quibus videlicet magno consensu S. Athanasio attribuitur. Praeterea qui in lectione S. Athanasii vel paulum versatus fuerit, ea in Epistola methodum, dictiones verbaque ipsa S. Doctoris facile agnoscet. Nec enim aliter hic disserit, quam aliis in Operibus, verbi gratiâ in Orationibus contra Arianos, in quibus Scripturae testimonia undique accumulat, ut Filii divinitatem tueatur. Cum enim et Ariani et Tropici easdem admitterent Scripturas ac Orthodoxi, undenam quaeso validiora posset proferre argumenta, quam ex divinis his libris? Nec etiam crebrius hic eadem repetit quam alibi, quod quidem molestum nemini esse debere ipse solet praemonere. Denique cum iidem illi secundae Epistolae partem posteriorem, quae primae est epitome, Athanasii esse consentiant, permirum sane est, quod hanc audeant repudiare. Sed de his satis superque. Ita enim perspicuum est vere Athanasii esse primam hanc Epistolam, ut nemini rem serio examinanti ulla possit oboriri suspicio id in dubium revocandi.*

VIII. *Cardinalis Perronius lib.* 2. *de Eucharistia aliique nonnulli postremam quoque partem sive appendicem Epistolae ultimae, nempe Tractatum in verba Matthaei* Quicumque dixerat etc., *negarunt verum esse S. Athanasii opus. At germanum eius fetum esse, ea, quae paulo ante num. III. et V. dicta sunt, apertissime ostendunt. Adde in Concilio Lateranensi sub Martino I.* [*Tom. VI.*] *pag.* 304.[3]) *tres locos ex hoc Tractatu tamquam ex vero S. Athanasii opere adduci.*

1) Medulla theologiae Patrum. P. II. cap. 41.
2) Criticus sacer. Lib. III. cap. 5 (Opp. theol. Tom. II. p. 1104.).
3) Mansi Conc. Coll. Tom. X. p. 1104.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

[a] *ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΣΕΡΑΠΙΩΝΑ*

ΘΜΟΥΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ

κατὰ τῶν βλασφημούντων καὶ λεγόντων
κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

---

p. 647. 1. *Τα γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως [b] ἀπεδόθη μοι ἐν*
τῇ ἐρήμῳ, καὶ εἰ καὶ πικρός τις ἦν ὁ καθ' ἡμῶν διωγμὸς ἐπικεί-
μενος καὶ πολλὴ ἔρευνα τῶν ζητούντων ἡμᾶς ἀνελεῖν, ἀλλ' ὁ πα-
τὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως παρεκάλεσεν
ἡμᾶς[1]*) καὶ ἐν τοῖς γράμμασί σου. ἀναμιμνησκόμενος γὰρ τῆς σῆς*
διαθέσεως καὶ πάντων τῶν γνησίων ἔδοξα τούτους σὺν ἐμοὶ τότε
παρεῖναι. ἐπιπολὺ μὲν οὖν ἔχαιρον κατέχων τὰ γράμματα· ὡς δὲ
τούτοις ἐνέτυχον, ἠρξάμην πάλιν ἀθυμεῖν διὰ τοὺς ἅπαξ μελετή-
p. 648. *σαντας μάχεσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. ἔγραφες γάρ, ἀγαπητὲ καὶ*
ἀληθῶς ποθεινότατε, λυπούμενος καὶ αὐτός, ὡς ἐξελθόντων μὲν
τινων [c] ἀπὸ τῶν Ἀρειανῶν διὰ τὴν κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ βλας-

1) 2. Cor. 1, 3.

a. Sic primus codex Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1., sed duo postremi habent *Σεραπίωνα.* In Reg. 2., in quo haec una ad Serapionem exstat epistola, is est titulus: *Τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.* In codice manuscripto Eminentissimi D. Cardinalis Ottoboni ac in Basiliensi, Anglicano et Felckm. 2. *ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.* Sed in Felckm. 2. deest *ἐπίσκοπον.* In titulum Commelinianae editionis, quo Parisina item editio utitur, sic habentem: *ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα τὸν ἐπίσκοπον, κατὰ τῶν λεγόντων, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα ἐστίν,* haec notat Felckmannus: *Titulus porro in G. et I.* *ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα ἐπίσκοπον Θμούεως κατὰ τῶν βλασφημούντων καὶ λεγόντων κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* *Unde Interpres reddidit* Epistola ad Serapionem Episcopum Thmueos, contra eos qui dicunt Sp. S. etc. *Verum cum ineptus nescio quis emendator in Codice II. quem operae secutae sunt, haec solummodo inveniret, quae etiam in Basiliensi et Anglicano totidem verbis habentur: ἐπιστολὴ πρὸς Σαραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ipse satis audacter eum qui nunc*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

EPISTOLA AD SERAPIONEM

THMUITANUM EPISCOPUM

contra illos qui blasphemant et dicunt
Spiritum sanctum rem creatam esse.

---

1. Litteras sacrae tuae caritatis in eremo accepi. Nam tametsi P. 647.
acerba adversum nos persecutio instabat, et multa perquisitio eorum, qui necem nobis moliebantur, tamen *Pater misericordiarum et Deus totius consolationis* tuis nos litteris est consolatus. Tuae enim et omnium sincere amicorum benevolentiae recordatus illos tunc mecum praesentes videre mihi videbar. Itaque acceptis tuis litteris valde gavisus sum, sed vixdum illas perlegeram, cum rursus vehementer dolere incoepi, eorum pervicacia motus, qui contra veritatem pugnare semel in animum induxerunt. Siquidem tute ipse, dilecte vereque P. 648.
optatissime, non sine dolore mihi significasti, quosdam impiam Arianorum in Dei Filium haeresin detestantes ab illis quidem discessisse,

praefixus legitur ex suo cerebro titulum excudit et praeposuit.

b. Eminent. Cardin. Ottob. codex *ἀπεδόθησάν μοι*. Ibidem uterque Reg. *καὶ εἰ καί*. Ceteri et editi *καὶ εἰ* tantum. Ibidem Ottobon. *ὁ καθ' ἡμᾶς διωγμός*. Paulo post manuscripti omnes nostri *ἀλλ' ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν* etc Mannscrr. vero Felckmanni *ἀλλ ὁ πατὴρ τῆς παρακλήσεως* omissis intermediis. Mox *καί* ante *ἐν τοῖς* deest in Gobler. et Felckmanni 1.

c. Anglic. *ἐκ τῶν Ἀρειανῶν*. Macedonianos et Pneumatomachos ab Arianis ortum duxisse vulgaris et trita omnium sententia est Macedoniumque esse Pneumatomachorum antesignanum. Quamobrem miretur fortasse quispiam nullam in hisce disputationibus Macedonii mentionem occurrere. Verum ut quid hac de re sententiam paucis efferam, non videtur de Macedonio hic agi. Etenim ille inter Arianorum primipilares annumerabatur, atque ut videtur Filium semper pro re creata habuit. Contra vero isti, quos oppugnat Athanasius, Arianos quidem impugnabant, verum sanam de Filio doctrinam vindicantes in Spiritum sanctum debacchabantur, unde coniectandum relinquitur, hanc Pneumatomachorum familiam disparem a Macedoniana esse, quod tamen augurando dicitur; nam lucifugarum huiusmodi initia obscuriora sunt, quam ut possit de iis certa et indubitata ferri sententia. Et alio-

P.648. φημίαν, φρονούντων δὲ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ λεγόντων αὐτὸ μὴ μόνον κτίσμα, ἀλλὰ καὶ τῶν [a] λειτουργικῶν πνευμάτων [1]) ἓν αὐτὸ εἶναι, καὶ βαθμῷ μόνον αὐτὸ διαφέρειν τῶν ἀγγέλων. τοῦτο δέ ἐστι πρὸς μὲν τοὺς Ἀρειανοὺς προςποιητὸς μάχη, ἀληθὴς δὲ ἀντιλογία πρὸς τὴν εὐσεβῆ πίστιν. ὥςπερ γὰρ ἐκεῖνοι ἀρνούμενοι τὸν υἱὸν ἀρνοῦνται [b] καὶ τὸν πατέρα, οὕτως καὶ οὗτοι δυςφημοῦντες εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δυςφημοῦσι καὶ εἰς τὸν υἱόν, καὶ ἀμφότερα τὰ μέρη διείλοντο τὴν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀντίστασιν, ἵν' οἱ μὲν κατὰ τοῦ λόγου, οἱ δὲ κατὰ τοῦ πνεύματος φρονοῦντες τὴν αὐτὴν ἔχωσιν εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα βλαςφημίαν. ταῦτ' οὖν συνορῶν καὶ πολλὰ λογιζόμενος ἐν ἀθυμίᾳ γέγονα, ὅτι πάλιν εὗρε παίζειν ὁ διάβολος ἐν τοῖς ὑποκρινομένοις τὴν μανίαν αὐτοῦ· καὶ κρίνας μὲν ἤμην [c] σιωπᾶν ἐν τοιούτῳ καιρῷ, διὰ δὲ τὴν προτροπὴν τῆς σῆς ὁσιότητος, ἕνεκά τε τῆς ἐκείνων ἀλλοδοξίας καὶ σατανικῆς προπετείας δι' ὀλίγων ἔγραψα τὴν ἐπιστολήν, μόγις καὶ ταῦτα δυνηθείς, ἵνα μόνον καὶ σὺ πρόφασιν ἐκ τούτων λαβὼν
P.649. κατὰ τὴν προςοῦσάν σοι σύνεσιν τὰ [d] λείποντα προςθῇς, καὶ πλήρης ὁ κατὰ τῆς δυςσεβοῦς αἱρέσεως ἔλεγχος γένηται.

2. Τῶν μὲν οὖν Ἀρειανῶν οὐκ ἀλλότριον καὶ τοῦτο ἐνθύμημα, ἅπαξ γὰρ ἀρνούμενοι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον εἰκότως τὰ αὐτὰ καὶ κατὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δυςφημοῦσι· διὸ καὶ οὐ χρὴ πλέον τι πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, ἀρκεῖ γὰρ τὰ πρὸ τούτων εἰρημένα κατ' αὐτῶν· πρὸς δὲ τοὺς περὶ τοῦ πνεύματος ἀπατηθέντας τρόπῳ τινί, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, [e] προςήκει διερευνῶντας εἰπεῖν. τούτων γὰρ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις τὴν ἄνοιαν, ὅτι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ μὴ θέλοντες κτίσμα εἶναι καὶ καλῶς γε [f] κατὰ τοῦτο φρονοῦντες πῶς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ κτίσμα κἂν ἀκοῦσαι ἠνέσχοντο· καὶ γὰρ εἰ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ λόγου ἑνότητα οὐ θέλουσιν εἶναι τῶν γενητῶν αὐτὸν τὸν υἱόν, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς δημιουργὸν [g] αὐτὸν

1) Hebr. 1, 14.

quin mirum quanta varietas sententiarum in haeresum initiis suboriatur, aliis aliud apprehendentibus atque ex iisdem principiis diversa colligentibus. Nimirum solenne haereticis est, ut amisso semel veritatis tramite hac illac oberrent, ac ne secum quidem ipsi consistere possint. Scilicet

Πάντη μαινόμενος καὶ ἀμήχανος ἀμφαλάληται.

[Oppian. Cyneg. III, 423.]

Ibidem Regii ambo codices manuscripti, Seguer. et Basil. *κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ*. Ceteri autem cum editis *κατὰ τοῦ θεοῦ* solum; prior lectio praestat ut ex consequentibus propalam est. Ibidem Reg. 1. et Seguer. *δυςφημίαν*, alii cum editis *βλαςφημίαν*.

a. Ita Regii ambo manuscripti, Seguer. item, Basil. Gobler. et Felckm. 2., atque eodem modo legitur in epistola divi Pauli ad Hebraeos 1, 14. Alii et editi *λειτουργῶν*. *Βαθμῷ μόνῳ*. Paulo post Anglic. codex solus *προςποιητὸς ἡ μάχη*.

b. Hic et infra post *δυςφημοῦσι* particula *καί* in manuscripto Reg. 1. et Seguer. omnium optimis Codicibus legitur, in aliis omittitur. Iidem mox *διείλαντο*.

6. Sic autem etiam refutari potest eorum impietas, qui Dei Filium rem creatam esse pugnant. Nempe fides nostra est in Patrem, Filium et Spiritum sanctum, ipso Filio ad apostolos dicente: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Quibus sane verbis usus est, ut ex his, quae novimus, ea, quae dicta sunt, intelligeremus. Quemadmodum ergo patres non opifices sed genitores appellamus, ac proinde nemo nos a patribus creatos, sed patrum esse naturâ filios et consubstantiales dicere possit; ita si Pater est Deus, profecto Pater est Filii, qui sit naturâ filius ipsique proinde consubstantialis. Hinc Abraham non creavit sed genuit Isaac, Beseleel autem et Eliab non genuerunt, sed fecerunt omnia opera, quae in tabernaculo erant. Similiter navium et aedificiorum fabricatores non gignunt quae faciunt, sed illi quidem navem, hi domum construunt. Sic item Isaac non fecit, sed genuit sibi naturâ consubstantialem Iacob, ut et Iacob Iudam ac fratres eius. Quocirca ut is sana mente non esset, qui domum vel navem opifici esse consubstantialem diceret; ita profecto fateri convenit, omnem filium suo patri esse consubstantialem. Qua propter si vere et Pater et Filius est, necesse omnino est Filium naturâ et veritate filium hoc est Patri consubstantialem esse, quod quidem multis demonstratum est. Certe de operibus dicitur: *Ipse dixit et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt,* de Filio autem: *Eructavit cor meum Verbum bonum.* Daniel quoque Filium Dei optime noverat; noverat et Dei opera. Itaque Filium quidem flammas fornacis rore irrigantem vidit; at cum de operibus dixisset: *Benedicite omnia opera Domini Domino,* singulas quidem res creatas enumeravit, sed inter eas Filium minime collocavit, quippe qui non esset nescius, illum opus non esse, sed per ipsum facta esse opera, eumque in Patre laudari et superexaltari. Igitur quemadmodum Dei cognitio per ipsum Verbum habetur, ita per ipsum et in ipso benedictio, laus, gloria et potentia Patri concinitur, quo

Ibidem post *πατέρας* Reg. et Seguer. addunt *ἑαυτῶν*. Ibidem Gobler. et Felckmanni 1. *οὐκ ἂν εἴποι κτίσμα.*

e. Ita Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ut et legit Nannius, at alii et editi *υἱόν*. Mox Reg. et Seguer. *καὶ Βεσελεὴλ δέ* etc.

f. Sic Reg. Seguer. et Anglic. At Ottobon. *φύσει τὸν Ἰακὼβ υἱόν*. Ceteri et editio Commel. *καὶ τὸν Ἰακώβ*. Mox ibidem Gobler. et Felckm. 1. *ὁ δὲ τὸν Ἰούδα. ὥσπερ οὖν* etc. Reg. habet quoque *τὸν Ἰούδα.*

g. Sic Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Anglic., sed a tribus postremis abest *ἐστι*. Ceteri et editi *υἱόν, τουτέστιν ὁμοούσιον.*

h. Ita Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Ottobon. Ceteri autem cum edit. Commel. *δροσίσαντα*. Ibid. Reg. et Seguer. *εἶδε*. Alii et editi *οἶδε*.

i. Felckm. 2. et editi *οὐκ ἔστι μέν* et mox *γέγονε μὲν πάντα τὰ ἔργα.*

k. Felckm. 2. et editio Commel. *ὥσπερ γάρ.*

P.667. δόξα καὶ τὸ κράτος ὁμολογεῖται τῷ πατρὶ δι' αὐτοῦ [a]καὶ ἐν αὐτῷ,
ἵνα καὶ εὐπρόσδεκτος ἡ τοιαύτη ὁμολογία γένηται, ὡς αἱ γραφαὶ
λέγουσιν. ἐκ πολλῶν μὲν οὖν καὶ ἐκ τούτων δέδεικται [b]καὶ δείκνυ-
P.668. ται ἀσεβὴς ὁ λέγων κτίσμα εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον.

7. Ἀλλ' ἐπειδὴ προφασίζονται τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις γεγραμμένον, τὸ κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ[1]), καὶ [c]ἐπιλέγουσιν ἑαυτοῖς· ἰδοὺ ἔκτισε καὶ κτίσμα ἐστίν· ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἐκ τούτου δεῖξαι ὅσον πλανῶνται, μὴ εἰδότες τὸν σκοπὸν τῆς θείας γραφῆς. εἰ μὲν οὖν υἱός ἐστι, μὴ λεγέσθω κτίσμα, εἰ δὲ κτίσμα, μὴ λεγέσθω υἱός. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅση διαφορά ἐστι κτίσματος καὶ υἱοῦ. καὶ ἐπειδὴ ἡ τελείωσις οὐκ εἰς [d]κτίστην καὶ κτίσμα, ἀλλ' εἰς πατέρα καὶ υἱὸν κρατεῖ, ἀνάγκη μὴ λέγεσθαι κτίσμα ἀλλ' υἱὸν τὸν κύριον. οὐ γέγραπται οὖν; φησί. ναὶ γέγραπται καὶ ἀναγκαίως εἴρηται, ἀλλὰ κακῶς νοοῦσι τὸ καλῶς εἰρημένον οἱ αἱρετικοί. εἰ γὰρ ἐνόουν καὶ ἐγίνωσκον τὸν χαρακτῆρα τοῦ Χριστιανισμοῦ, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἔλεγον κτίσμα εἶναι, οὐδὲ προσέκοπτον τῷ γεγραμμένῳ καλῶς. ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, διὰ τοῦτο, ὡς γέγραπται, ἐν σκότῳ διαπορεύονται[2]), ἡμᾶς δὲ ὅμως ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἵν' ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἐν τούτῳ δειχθῶσιν ἄφρονες, ἡμεῖς δὲ μὴ παραλίπωμεν τὸν κατὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἔλεγχον, ἴσως καὶ αὐτοὶ μεταγνῶσιν. ὁ χαρακτὴρ τοίνυν τῆς ἐν Χριστῷ πίστεώς ἐστιν οὗτος, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λόγον ὄντα θεόν, ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος[3]), σοφίαν ὄντα καὶ δύναμιν τοῦ πατρός, Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία[4]), τοῦτον ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἄνθρωπον [e]γεγενῆσθαι διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰωάννης εἰρηκώς· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, μετ' ὀλίγα εἶπε· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο[5]), ἴσον τῷ εἰπεῖν· ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὁ [f]μὲν κύριος περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγε· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα[6]); [g]ὁ δὲ Παῦλος παρ' αὐτοῦ μαθὼν ἔλεγεν· εἷς θεός, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς[7]), ἄνθρωπος δὲ γενόμενος καὶ οἰκονομήσας τὰ ἀνθρώπινα, τροπώσας τε καὶ καταργήσας [h]τὸν καθ' ἡμῶν θάνατον κάθηται νῦν ἐν δεξιᾷ

1) Prov. 8, 22. 2) Psal. 82 [81. LXX.], 5. 3) Ioan. 1, 1. 4) 1. Cor. 1, 24. 5) Ioan. 1, 14. 6) Ioan. 7, 19; 8, 40. 7) 1. Tim. 2, 5.

a. Editio Commel. et Felckm. 2. καί omittunt. Mox Seguer. ἵνα εὐπρόςδεκτος.

b. Ita Reg. Seguer. et Basil. et Anglic. At alii et editi omittunt καὶ δείκνυται.

c Sic Reg. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. Ceteri vero et editio Commel. ἐπεὶ λέγουσιν. Mox Regius et Seguer. ἔκτισε. Alii et editio Commel. ἐκτίσθη, editio autem Paris. et Colon. κτίστης. Ibidem post ἀναγκαῖον Reg. et Seguer. omittunt ἐστι.

d. Ita Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At Ottobon. ἐκτίσθη καί etc. Alii et editio Commel. κτίσιν καὶ κτίσμα, male.

e. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Alii et editio Commel. γενέσθαι. Mox

grata et accepta sit huiusmodi confessio, sicuti Scripturae testantur. P. 687. Itaque cum ex multis rationibus tum ex istis perspicuum et evidens est, impium eum esse, quicumque Dei Verbum rem creatam esse con- P. 688. tendit.

7. Verum cum maxime his Proverbiorum verbis niti videantur: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*, atque ad hunc modum concludant: „Ecce igitur creavit, ac proinde res est cre- „ata;" e re sane fuerit ex hoc etiam loco ostendere, quantum illi hallucinentur et a scopo divinae Scripturae aberrent. Enimvero si Filius est, res creata ne dicatur; sed si res est creata, Filius non appelletur. Namque supra probatum est, quantum esset rei creatae et Filii discrimen. Deinde cum initiatio sive Baptismus non in nomine creatoris et rei creatae, sed in nomine Patris et Filii perficitur, necesse est Dominum non rem creatam sed Filium vocari. „At, inqui- „unt, an non id scriptum est?" Ita sane scriptum est et necessario dictum; sed haeretici quod bene dictum est male profecto intelligunt: Si enim Christianismi formam et characterem intelligerent cognoscerentve, Dominum gloriae rem creatam esse nequaquam dicerent, neque quod recte scriptum est illis instar scopuli esset. Hi igitur *nescierunt neque intellexerunt*, quam ob rem, uti scriptum est, *in tenebris ambulant*. Verumtamen rem explicare necesse est, cum ut illi etiam hoc in loco desipere convincantur, tum ne nos ipsi refutationem illorum impietatis praetermisisse videamur, ac denique fortasse ut iidem ipsi quoque resipiscant. Is est itaque Christianae fidei character, Filium Dei, qui Verbum Deus est (nam *in principio erat Verbum et Deus erat Verbum*), qui sapientia et virtus Patris est (Christus enim *Dei virtus et Dei sapientia*), in fine saeculorum hominem propter nostram salutem factum esse. Ioannes enim, qui dixit: *In principio erat Verbum*, mox subiecit: *et Verbum caro factum est*, quod idem est ac si diceret: homo factus est. Quin etiam ipse Dominus de seipso aiebat: *Quid me quaeritis interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum?* Paulus vero ab eodem doctus scribit: *Unus Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus*, homo inquam factus, qui rebus humanis optime administratis et morte, cuius rei eramus,

post *σωτηρίαν* Reg. et Seguer. omittunt *ἐδέησεν*, quae vox ibi in aliis et editis habetur. Ibidem iidem Reg. et Seguer. *αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰωάννης εἰρηκὼς, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, μετ' ὀλίγα* etc. Gobler. et Felckm. 1. *Ἰωάννης γάρ φησι ..... καὶ μετ' ὀλίγα.* Alii et editi *οὕτως γὰρ Ἰωάννης εἴρηκεν .... καὶ μετ' ὀλίγα.*

f. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *μέν* omittunt. Mox in Seguer. *τήν* deest ante *ἀλήθειαν*.

g. Gobler. et Felckm. 1. *ὁ δὲ Παῦλός φησιν· εἷς θεός* etc. Ibid. *καί* abest ab editione Commel.

h. Ottobon. *τὸν καθ' ἡμᾶς.* Ibidem Reg. et Seguer. *κάθηται νῦν* etc. Alii et editio Commel. *νῦν* omittunt.

P. 688. τοῦ πατρός, ἐν αὐτῷ ὢν καὶ τοῦ πατρὸς ὄντος ἐν αὐτῷ, ὥςπερ ἦν ἀεὶ καὶ ἔστι διαπαντός.

8. Ὁ μὲν χαρακτὴρ οὗτος ἐκ τῶν ἀποστόλων διὰ τῶν πατέρων· δεῖ δὲ λοιπὸν ἐντυγχάνοντα τῇ γραφῇ δοκιμάζειν καὶ διακρίνειν, πότε μὲν περὶ τῆς θεότητος τοῦ λόγου λέγει, πότε δὲ περὶ
P. 689. τῶν ἀνθρωπίνων αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἕτερα ἀνθ᾽ ἑτέρων νοοῦντες [a]παραπαίωμεν, οἷα πεπόνθασιν οἱ Ἀρειανοί. ὥςπερ τοίνυν λόγον αὐτὸν εἰδότες οἴδαμεν ὅτι δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν[1]), καὶ τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν[2]), καὶ [b]ἀποστέλλει τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ ἰᾶται τὰ πάντα[3]), καὶ σοφίαν δὲ αὐτὸν εἰδότες οἴδαμεν ὅτι ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν[4]) καὶ πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν ὁ πατήρ[5]), καὶ θεὸν [c]δὲ αὐτὸν εἰδότες πεπιστεύκαμεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, ὁ θρόνος σου γάρ, ὁ θεός, ᾄδει Δαβίδ, εἰς αἰῶνα αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεός, ὁ θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου[6]), καὶ ἐν μὲν τῷ Ἡσαΐᾳ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λέγει· πνεῦμα κυρίου ἐπ᾽ ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με[7]), ὁ δὲ Πέτρος ὡμολόγησεν, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος[8])· οὕτως εἰδότες αὐτὸν ἄνθρωπον γενόμενον οὐκ ἀρνούμεθα τὰ περὶ αὐτοῦ ἀνθρωπίνως λεγόμενα, οἷά ἐστι τὸ πεινᾶν, τὸ διψᾶν, τὸ ῥαπισθῆναι, τὸ δακρῦσαι, τὸ κοιμηθῆναι καὶ τέλος [d]τῷ σταυρῷ ἀναδέξασθαι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον· ταῦτα γὰρ πάντα περὶ αὐτοῦ γέγραπται. οὕτως καὶ τὸ ἔκτισεν ἀνθρώποις ἁρμόζον οὐκ ἀπέκρυψεν ἡ γραφή, ἀλλ᾽ εἴρηκεν, ἐκτίσθημεν γὰρ καὶ πεποιήμεθα [e]οἱ ἄνθρωποι. ἀλλ᾽ ὥςπερ ἀκούοντες ἐπείνασεν, ἐκοιμήθη, ἐῤῥαπίσθη, οὐκ ἀρνούμεθα αὐτοῦ τὴν θεότητα, οὕτως ἀκούοντας τὸ ἔκτισεν ἀκόλουθον ἂν εἴη μνημονεύειν, ὅτι θεὸς ὢν ἐκτίσθη ἄνθρωπος· ἀνθρώπων γὰρ ἴδιον τὸ κτίζεσθαι, ὥςπερ καὶ τὰ προειρημένα, τὸ πεινᾶν καὶ τὰ ὅμοια.

9. Καὶ γὰρ κἀκεῖνο πάλιν τὸ [f]καλῶς μὲν εἰρημένον, κακῶς δὲ νοούμενον παρ᾽ αὐτοῖς, φημὶ δὴ τὸ περὶ τῆς ἡμέρας ἢ τῆς ὥρας ἐκείνης οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οὐδὲ ὁ υἱός[9]), καλὸν [g]ἔχει τὸν

1) Ioan. 1, 3. 2) Psal. 33 [32. LXX.], 6. 3) Psal. 107 [106. LXX.], 20. 4) Prov. 3, 19. 5) Psal. 104 [103. LXX.], 24. 6) Psal. 45 [44. LXX.], 7, 8. 7) Esai. 61, 1. 8) Matth. 16, 16. 9) Marc. 13, 32.

a. Ita Reg. et Seguer. Ceteri autem et editi παραπταίωμεν. Ibidem Reg. Seguer. Goblerian. et Felckm. 1. Ἀρειανοί. Alii et editi αἱρετικοί.

b. Reg. et Seguer. ἀποστελεῖ iidemque mox cum Gobler. et Felckm. 1. ἰάσεται et σοφίαν δὲ αὐτόν. Alii et editi ἀποστέλλει, ἰᾶται et σοφίαν αὐτήν. Ibidem Gobler. et Felckm. 1. ὅτι omisso habent ὁ θεὸς γάρ etc.

c. Gobler. et Felckm. 1. δέ omittunt, iidemque paulo post habent ὁ γὰρ θρόνος σου, φησὶ Δαβίδ, εἰς αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ Ἡσαΐας·

fugata ac destructa iam ad dextram Patris sedet, in quo et ipse est, et Pater in ipso sicuti fuit et est semper. P. 688.

8. Haec ergo vera est Christianae fidei forma ex Apostolis per patres derivata. Ceterum qui Scripturae lectioni vacat, perpendere et discernere debet, quandonam de divinitate Verbi loquatur, quando vero de humanis eius actis, ne alia pro aliis intelligendo hallucinemur, quod utique Arianis accidit. Quemadmodum igitur nos, qui Verbum agnoscimus, novimus quoque quod *omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*, et *Verbo Domini caeli firmati sunt*, et *mittit Verbum suum et sanat omnia:* similiter illum sapientiam esse agnoscentes Deum sapientià fundasse terram et Patrem omnia in sapientia fecisse certum habemus. Ipsum itidem Deum confitentes Christum esse credimus. Nam *sedes tua, Deus,* canit David, *in saeculum saeculi. Virga aequitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis.* Ipse vero in Esaia de seipso dicit: *Spiritus Domini super me, cuius causa unxit me.* Petrus autem confessus est, quia *tu es Christus Filius Dei viventis.* Ita eum hominem factum esse scientes non negamus, quae de illo humanitus sunt dicta, qualia sunt esurire, sitire, alapis percuti, lacrymari, dormire ac demum mortem pro nobis in cruce suscipere. Haec enim omnia de illo scripta sunt. Illud quoque verbum *creavit,* quod quidem hominibus convenit, non reticuit Scriptura, sed expressit. Nos enim homines creati et facti sumus. Sed quemadmodum cum audimus esurivit, dormivit, alapis percussus est, eius divinitatem non negamus; sic cum hanc vocem *creavit* audimus, meminisse aequum est, eum, qui Deus erat, hominem creatum esse. Siquidem hominum proprium est creari, ut et caetera supra allata, esurire et similia. P. 689.

9. Istud quoque recte dictum est, quod male ab illis intelligitur, nempe *De die autem illo vel hora nemo scit, neque Angeli neque Filius.* Haec inquam rectam continent sententiam. At illi ex his ver-

πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ. Ibidem *σου* deest in Seguer., idemque et Regius *ψάλλει* habet pro *ᾄδει*. Regius addit quoque *φησί* post *γάρ*. Item ibidem Reg. et Seguer. *βασιλείας αὐτοῦ .... καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν.*

d. Gobler. et Felckm. 1. *τὸν σταυρὸν ἀναδέξασθαι καὶ τόν* etc. Paulo post Reg. et Seguer. *ἔκρυψεν* et *ἐκτίσμεθα.*

e. Ita Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. In aliis et editis deest *οἱ*. Mox Gobler. et Felckm. 1. *ἐπείνασε καὶ τὰ λοιπὰ οὐκ ἀρνούμεθα.* Paulo post Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Anglic. *οὕτως ἀκούοντες.* Alii cum editis *οὕτως ἀκούοντας.*

f. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi *μέν* omittunt. Ibidem Gobler. et Felckm. 1. *εἴρηται.* Item ibidem Reg. et Seguer. *ἐκείνης* habent post *ἡμέρας*, non post *ὥρας*.

g. Ita Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editio Commel. *ἔχειν.* Ibidem

P.689. νοῦν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ νομίζουσιν ἐκ τοῦ λέγειν· οὐδὲ ὁ υἱός, ὅτι ἀγνοῶν δηλοῖ ὅτι κτίσμα ἐστίν. οὐκ ἔστι δὲ οὕτως, μὴ γένοιτο. καὶ γὰρ [a] ὥςπερ λέγων· ἔκτισέ με, ἀνθρωπίνως εἴρηκεν, οὕτως λέγων· οὐδὲ ὁ υἱός, ἀνθρωπίνως εἴρηκε. καὶ τὸ αἴτιον τοῦ οὕτως
P.690. εἰρηκέναι ἔχει τὸ εὔλογον. ἐπειδὴ γὰρ ἄνθρωπος γέγονεν, ὡς γέγραπται, ἀνθρώπων δὲ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν, ὥςπερ καὶ τὸ πεινᾷν καὶ τὰ ἄλλα, οὐ γὰρ γινώσκουσιν ἐὰν μὴ ἀκούσωσι καὶ μάθωσι· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος γεγονὼς ἐπιδείκνυται, πρῶτον μὲν ἵνα δείξῃ ὅτι ἀληθῶς ἀνθρώπινον ἔχει σῶμα, ἔπειτα δὲ ἵνα καὶ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἐν τῷ σώματι ἔχων ἀπὸ πάντων λυτρωσάμενος καὶ καθαρίσας [b] τελείαν καὶ ἁγίαν παραστήσῃ τῷ πατρὶ τὴν ἀνθρωπότητα. ποίαν ἔτι πρόφασιν εὑρήσουσιν οἱ Ἀρειανοί; τί λοιπὸν ἐπινοήσαντες γογγύσουσι; κατεγνώσθησαν μὴ εἰδότες τὸ κύριος ἔκτισέ με [c] εἰς ἔργα αὐτοῦ[1]), καὶ ἐδείχθησαν μὴ νοοῦντες τὸ περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οὐδὲ ὁ υἱός. καὶ γὰρ ὥςπερ λέγων μὲν τὸ ἔκτισε τὸ ἀνθρώπινον σημαίνει, ὅτι ἄνθρωπος γέγονε καὶ ἐκτίσθη, λέγων δέ· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[2]), καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα, καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[3]), τὴν ἀϊδιότητα καὶ τὸ πρὸς τὸν πατέρα ὁμοούσιον σημαίνει· οὕτως λέγων· οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ ὁ υἱός, ὡς ἄνθρωπος πάλιν λέγει, ἀνθρώπων γὰρ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν. λέγων δέ· οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ[4]), οἶδε πολλῷ πλέον τὰ [d] γενητά. οἱ μὲν οὖν μαθηταὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην ἔλεγον τῷ κυρίῳ· νῦν οἴδαμεν ὅτι πάντα οἶδας[5]). [e] εὔδηλον οὖν ὅτι οὐδέν ἐστιν ὃ ἀγνοεῖ, λόγος ὤν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τῶν δὲ πάντων οὖσα καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη πάντως δι' αὐτοῦ γενήσεται, κἂν διαῤῥαγῶσι μυριάκις [f] τῇ ἑαυτῶν ἀγνοίᾳ οἱ Ἀρειανοί.

1) Prov. 8, 22. 2) Ioan. 10, 30. 3) Ioan. 14, 9. 10. 4) Matth. 11, 27. 5) Ioan. 16, 30.

post μέν Reg. et Seguer. γάρ addunt, alii et editi omittunt. Mox pro δηλοῖ ὅτι Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Anglic. habent δηλονότι.

a. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi ὡς. Mox verba οὕτως λέγων, οὐδὲ υἱὸς, ἀνθρωπίνως εἴρηκε desunt in Basil. Felckm. 2. et editione Commel., ut et ea quae paulo post sequuntur οὐ γὰρ γινώσκουσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσι καὶ μάθωσι. Vox autem ἀκούσωσι abest a Gobler. Felckm. 1. et Anglic. Haec item verba ὡς ἄνθρωπος γεγονὼς ἐπιδείκνυται etc. usque ad ἐν τῷ σώματι ἔχων exclusive desunt in Gobler. et Felckmanni 1. Mox Regius et Seguerian. καθαρίσας. Ceteri et editi καθάρας.

b. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editio Commel. τέλειον καὶ ἅγιον παραστήσῃ τῷ πατρὶ τὸν ἄνθρωπον.

dis *neque Filius* putant, cum ille se ignorare asseverat, rem creatam P. 689.
se esse significare. Verum non ita est, absit. Etenim quemadmodum cum dixit: *creavit me*, humanam naturam designabat, ita cum ait: *neque Filius*, eandem humanam naturam denotabat. Et quidem causa, cur ita locutus sit, valde consentanea est. Quia enim homo factus P. 690.
est, uti scriptum est, et hominum proprium sit ignorare, ut et esurire ceteraque id genus (namque nihil homines cognoscunt nisi audierint et didicerint), idcirco hominum ignorantiam quatenus homo factus prae se ferre voluit, primum quidem ut ostenderet, se vere corpus humanum habere, deinde ut hominum ignorantiam in corpore gerens naturam humanam ab omnibus liberaret et purgaret, perfectamque ac sanctam Patri exhiberet. Quid igitur Arianis superest, quod possint opponere? Quid novi ad obganniendum excogitabunt? Siquidem dilucide ostendimus, eos has voces non intelligere: *Dominus creavit me in opera sua*, et *De die autem illo nemo scit, neque Angeli neque Filius.* Etenim ut hoc verbo *creavit* humanam naturam significat, quia vere homo factus et creatus est, ut item cum ait: *Ego et Pater unum sumus*, et *Qui videt me, videt et Patrem*, et *Ego in Patre et Pater in me*, suam aeternitatem et consubstantialitatem cum Patre denotat; ita haec verba: *Nemo scit neque Filius*, tanquam homo usurpat, quia nempe proprium hominum sit ignorare. Enimvero ille, qui dicit: *Nemo novit Patrem nisi Filius neque Filium nisi Pater*, multo magis res creatas idem noverit. Hinc Discipuli apud Ioannem Domino aiebant: *Nunc scimus quia scis omnia.* Itaque manifestum est, nihil plane esse, quod Christus ignoret, cum ipse sit Verbum, per quod omnia facta sunt. Quocirca quia dies illa aliquid est ex omnibus, non dubium est quin per ipsum ipsa quoque futura sit, etiamsi Ariani prae sua ignorantia sexcenties dirumpantur.

c. Reg. et Seguer. omittunt *εἰς ἔργα αὐτοῦ*, nec ea vertit Nannius. Mox iidem Reg. et Seguer. *περὶ δὲ τῆς*. In aliis et editis *δέ* deest. Ibidem Basil. et Anglic. *τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας*. Gobler. et Felckm. 1. ibidem *οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶδε*. Item ibidem Reg. Seguer. Anglic. Basil. Gobler. Felckm. 1. et Ottob. *ὥσπερ*. Ceteri et editi *ὡς*. Rursus ibidem Seguer. *λέγον μέν*, Reg. *λέγομεν*, male pro *λέγων μέν*, ut habent Goblerian. et Felckm. 1., qui iidem ut et Anglican. et Basil. habent quoque *ἔκτισέ με*. Alii et editi *λέγων τὸ ἔκτισε, τό* etc.

d. Basil. *γεννητά*. Ibidem Anglic. *ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ*, quae omnia desunt in Gobler. et Felckm. 1.

e. Sic manuscripti omnes. Editio Commel. male *ἄδηλον*. Ibidem *οὖν* deest in Reg. et Seguer. Mox Ottob. *λόγος γάρ ἐστι δι' οὗ* etc.

f. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἐν τῇ*. Ceteri et editi *ἐν* omittunt. Ibidem Reg. et Seguer. *αὐτῶν*.

P. 600. [a]ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΣΕΡΑΠΙΩΝΑ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ
περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

1. Ἴσως θαυμάσεις, πῶς ἐντειλάμενον τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος γραφεῖσαν ἐπιστολὴν [b]ἐπιτεμεῖν καὶ δι' ὀλίγων δηλῶσαι ὁρᾷς ὥσπερ ἀφέντα με τὸν περὶ τούτου λόγον καὶ γράφοντα κατὰ τῶν ἀσεβούντων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ λεγόντων αὐτὸν κτίσμα·
P. 601. ἀλλ' οὐ μέμψῃ εὖ οἶδ' ὅτι, εἰ [c]μάθοις τὸ αἴτιον, ἀλλὰ καὶ ἀποδέξεταί σου ἡ εὐλάβειά ὁρῶσα τὸ εὔλογον. ἐπειδὴ γάρ, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος εἶπεν· οὐ λαλήσει παρ' ἑαυτοῦ ὁ παράκλητος, ἀλλ' ὅσα ἀκούσει λαλήσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν[1]· καὶ [d]ἐμφυσήσας δέδωκεν ἐξ αὐτοῦ τοῦτο τοῖς μαθηταῖς[2]), καὶ οὕτως ἐξέχεεν αὐτὸ ὁ πατὴρ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα κατὰ τὸ γεγραμμένον[3])· διάτοι τοῦτο [e]εἰκότως περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ πρῶτον εἴρηταί τε καὶ γέγραπται, ἵν' ἐκ τῆς περὶ τοῦ υἱοῦ γνώσεως ἔχειν καὶ τὴν περὶ τοῦ πνεύματος γνῶσιν καλῶς δυνηθῶμεν. οἵαν γὰρ ἔγνωμεν ἰδιότητα τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, ταύτην ἔχειν τὸ πνεῦμα πρὸς τὸν υἱὸν εὑρήσομεν. καὶ ὥσπερ ὁ υἱὸς λέγει· πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστιν[4]), οὕτως ταῦτα πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ εὑρήσομεν ὄντα καὶ ἐν τῷ πνεύματι. καὶ ὡς ὁ πατὴρ ἔδειξε τὸν υἱὸν λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα[5]), οὕτως τοῦ υἱοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα· ἐξαπέστειλε γάρ, φησὶν ὁ ἀπόστολος, τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, κρᾶζον ἀββᾶ ὁ πατήρ[6]). καὶ τὸ παράδοξον, ὥσπερ ὁ υἱὸς [f]λέγει· τὰ ἐμὰ τοῦ πατρός ἐστιν[7]), οὕτως τοῦ πατρός ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ τοῦ υἱοῦ εἴρηται. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ υἱὸς λέγει· ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ[8]), [g]ὁ δὲ Παῦλος γράφει· οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς

1) Ioan. 16, 13. 14. 2) Ioan. 20, 22. 3) Ioel. 3, 1 [2, 28. LXX.]. 4) Ioan. 16, 15. 5) Matth. 3, 17; 17, 5. 6) Galat. 4, 6. 7) Ioan. 17, 10. 8) Ioan. 15, 26.

a. Hanc Epistolam, ut monuimus supra, verisimile est esse praecedentis partem, esseque ambas unam ab amanuensibus divisam. Titulus in Reg. et Seguer. Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Σαραπίωνα, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Basil. et Gobler. item Σαραπίωνα. Vox Σέραπις, unde deductum nomen, scribitur etiam Σάραπις apud Clement. Strom. 1. pag. 322. [ed. Sylb. — pag. 383. ed. Potter.], item apud Origen. contra Celsum lib. 5. pag. 254. [ed. Spencer. — Opp. edd. Ruaei. Tom. I. p. 603.] et alibi passim apud scriptores. In Gobler. et Felckm. 1. ut et in Reg. et Seguer. ἐπίσκοπον deest. Ad marginem Regii hic versus legitur, non quidem prima manu scriptus, sed paulo recentiore: τὴν πίστιν ἡμῶν ἀκριβῶς ὧδ' ἂν (sic) μάθοις. Fidem nostram hic accurate didiceris.

EPISTOLA EIUSDEM P. 690.

AD EUNDEM SERAPIONEM EPISCOPUM

de spiritu sancto.

1. Admirabere forsitan, quare cum iussus sim Epistolam de Sancto Spiritu in compendium redigere remque paucis explicare, me videas tamen eam pertractare supersedentem adversus eos scribere, qui de Filio Dei impie sentiunt dicuntque rem creatam illum esse. At perspectum est mihi, te nequaquam reprehensurum, ubi causam didi- P. 691.
ceris, imo potius rem probatam fore pietati tuae, cum viderit quam consentanea ratione ductus sim. Enimvero quia ut ait ipse Dominus: *Paracletus non loquetur a semetipso; sed quaecumque audiet loquetur, quia de meo accipiet et annunciabit vobis*, quia item cum insufflasset, ex seipso dedit illum Discipulis, eoque pacto illum Pater effudit super omnem carnem, sicut scriptum est; idcirco iure ac merito ante a me de Filio Dei actum scriptumque est, ut ex cognitione Filii valeamus et Spiritus sancti rectam assequi notitiam. Qualem enim scimus proprietatem esse Filii ad Patrem, eandem ad Filium habere Spiritum sanctum comperiemus. Et quemadmodum Filius dicit: *Omnia, quaecunque habet Pater, mea sunt*, ita haec omnia per Filium in Spiritu esse deprehendemus. Ac sicut Pater Filium his verbis indicat: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, ita quoque Filii est Spiritus: *Misit enim*, ait Apostolus, *Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem Abba Pater*. Et quod mirabile est, quemad modum Filius dicit: Quae mea sunt, Patris sunt, sic Patris est Spiritus sanctus, qui dictus est esse Filii. Siquidem ipse Filius ait: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me*. Paulus autem scribit: *Nemo scit, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est; ita et quae Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei, qui est in ipso. Nos autem non spiritum huius mundi accepi-*

b. Sic editio Commel. et omnes manuscripti. Editio Parisiensis *ἐπιτομεῖν*.

c. Gobler. et Felckm. 1. *μάθῃς*. Paulo post iidem *ἐπεὶ γὰρ ὡς ὁ κύριος*. Ibidem Reg. et Seguerian. *εἶπεν*. Ceteri et editi *ἔφη*

d. Sic Reg. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. Basil. *ἐνφυσήσας*. Editi *ἐμφυσήσας*.

e. Edit. Paris. *εἰκότος*, male. *τε* post *εἴρηται* deest in Gobler. et Felckm. 1. Mox Reg. et Seguer. *ἵνα ἐκ τῆς*. Ibid. *τοῦ* ante *υἱοῦ* deest in Gobler. et Felckmanni 1.

f. Reg. et Seguer. *ἔλεγε*. Paulo post *ὅπερ* omnes editi et mss. Erasmus legit *ὥσπερ*.

g. Haec *ὁ δὲ Παῦλος γράφει* absunt a Gobler. et Felckm. 1., post quae verba particula *καί* legebatur in editis et quibusdam mss., sed cum desit in Regio, Seguer. et Basil., omissa est. Mox Gobler. et Felckm 1. *τὸ πνεῦμα τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτῷ*. Editi *τὸ πνεῦμα [τοῦ ἀνθρώπου] τὸ [κατοικοῦν] ἐν αὐτῷ*. Reg. vero, Seguer. et Basil., quos sequimur, *τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατοικοῦν*.

P.601. οἶδεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ τὸ ἐν αὐτῷ. ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ [a]τοῦ θεοῦ, ἵν' εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν[1]). καὶ ἐν πάσῃ δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ εὑρήσεις, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λεγόμενον τοῦ υἱοῦ τοῦτο λέγεται τοῦ θεοῦ εἶναι, [b]καὶ τοῦτο ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐγράψαμεν. οὐκ οὖν εἰ ὁ υἱὸς διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἰδιότητα καὶ διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἴδιον γέννημα οὐκ ἔστι κτίσμα, ἀλλ' ὁμοούσιος τοῦ πατρός, οὕτως οὐκ ἂν εἴη οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα, ἀλλὰ καὶ ἀσεβὴς ὁ λέγων τοῦτο διὰ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν ἰδιότητα αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἐξ αὐτοῦ δίδοται πᾶσι, καὶ ἃ ἔχει τοῦ υἱοῦ ἐστι.

2. Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα πεῖσαι καὶ πάντα [c]ὁντινοῦν φιλόνεικον μηκέτι λέγειν κτίσμα τοῦ θεοῦ τὸ ἐν τῷ θεῷ καὶ τὰ βάθη
P.602. ἐρευνῶν τοῦ θεοῦ καὶ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ διδόμενον, ἵνα μὴ ἐκ τούτων ἀναγκασθῇ καὶ τὸν υἱὸν εἰπεῖν κτίσμα, τὸν λόγον, τὴν σοφίαν, τὸν χαρακτῆρα, τὸ ἀπαύγασμα, ὃν ὁρῶν τις ὁρᾷ τὸν πατέρα, καὶ λοιπὸν [d]ἀκούσῃ· ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει[2]). λέξει γὰρ κατ' ὀλίγον ὁ τοιοῦτος ὡς ὁ ἄφρων· οὐκ ἔστι θεός[3]). ὅμως δὲ ὑπὲρ τοῦ ἐκ πλειόνων δειχθῆναι τὸν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἔλεγχον καλὸν ἐξ ὧν ὁ υἱὸς δείκνυται μὴ ὢν κτίσμα, ἐκ τούτων δεῖξαι καὶ τὸ πνεῦμα μὴ εἶναι κτίσμα. ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶ τὰ κτίσματα καὶ [e]ἀρχὴν ἔχει τοῦ εἶναι, ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν[4]) καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστι καὶ λέγεται, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος[5]). εἰ δὲ ὁ υἱός, [f]ἐπειδὴ ἐξ οὐκ ὄντων οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ, εἰκότως οὐκ ἂν εἴη κτίσμα, ἀνάγκη μὴ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι κτίσμα, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ θεοῦ ὡμολόγηται. τὰ γὰρ κτίσματα ἐξ οὐκ ὄντων ἐστί.

3. Καὶ πάλιν χρῖσμα καὶ σφραγὶς λέγεται καὶ ἔστι τὸ πνεῦμα· ὁ [g]μὲν γὰρ Ἰωάννης γράφει· καὶ ὑμεῖς τὸ χρῖσμα ὃ ἐλάβετε παρ' αὐτοῦ, μένει ἐν ὑμῖν, καὶ οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ [h]ὑμᾶς, ἀλλ' ὡς τὸ αὐτοῦ χρῖσμα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων[6]), ἐν δὲ τῷ [i]προφήτῃ Ἡσαΐᾳ γέγραπται· πνεῦμα κυ-

1) 1. Cor. 2, 11. 12. 2) 1. Ioan. 2, 23. 3) Psal. 14 [13. LXX.], 1. 4) Gen. 1, 1. 5) 1. Cor. 2, 12. 6) 1. Ioan. 2, 27.

a. τοῦ deest in Seguer. Goblerisno et Felckm. 1. Mox Reg. et Seguer. ἵνα εἴδωμεν. Paulo post καί ante ἐν πάσῃ deerat in editis et in quibusdam mss., sed legitur in Reg. et Seguer.

b. Sic Reg. Seguer. Basil. In quo tamen postremo deest ἐν τοῖς. Editi εἶναι. ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. Mox Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. οὐκ οὖν εἰ ὁ υἱός. Editi οὐχ οὖν ὥσπερ ὁ υἱός.

c. Seguer. ὀντιναοῦν. Reg. mendose ὅτι οὖν. Mox post κτίσμα legebatur in editis τὸ πνεῦμα, quod cum desit in Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. et alioqui supervacaneum sit, omissum est. Ibidem editi καὶ τὰ μὲν βάθη, sed in Reg. Seguer. et Basil. μέν deest. Mox Reg. διά υἱοῦ.

mus, sed spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quae a Deo donata P. 691.
sunt nobis. Quin et in tota divina Scriptura reperies, Spiritum sanctum, qui dicitur Filii, eundem dici esse Dei, quod in superioribus scriptum a nobis est. Proinde si Filius propter suam proprietatem ad Patrem, et quod sit eius substantiae proprius fetus, non est creatura, sed Patri consubstantialis; sic nec Spiritus sanctus fuerit creatura, quin etiam qui hoc dicit impius est, ob proprietatem scilicet eius ad Filium, et quia ex ipso datur omnibus, et quae habet ille Filii sunt.

2. Sat quidem haec fuissent ad persuadendum vel cuivis contentioso, ne post haec diceret creaturam esse Dei eum, qui est in Deo quique profunda Dei scrutatur et ex Patre per Filium datur, ne P. 692.
hinc adigeretur, ut Filium quoque diceret creaturam, qui est Verbum, sapientia, figura, splendor, quem qui videt, videt et Patrem, ac ne deinceps audiret: *Qui negat Filium, neque Patrem habet.* Eiusmodi quippe homo paulatim progrediens dicturus est ut ille insipiens: *Non est Deus.* Attamen ut pluribus argumentis impii convincantur, operae pretium fuerit, ex quibus Filius demonstratur non esse creata res, ex iisdem probare nec Spiritum sanctum esse rem creatam. Ex non exstantibus sunt res creatae, et initium habent existendi, nam *In principio fecit Deus caelum et terram* et quae in illis sunt. At Spiritus sanctus ex Deo est diciturque, ut ait Apostolus. Quod si Filius, quia non est ex non exstantibus, sed ex Deo, non potest esse creatura, ergo nec Spiritus sanctus est creatura, quandoquidem in confesso est, eum ex Deo esse. Nam creaturae sunt ex non exstantibus.

3. Rursum unctio et signaculum dicitur et est Spiritus sanctus. Scribit enim Ioannes: *Et vos unctionem quam accepistis ab eo manet in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos; sed sicut unctio eius, spiritus eius docet vos de omnibus.* In Esaia vero Propheta scriptum est: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit*

d. Seguer. et Basil. *ἀκούσει*.

e. *γάρ* deest in Reg. Seguer. et Basil. Mox editi post *εἶναι* habent *γέγραπται γὰρ ἐν ἀρχῇ*. Reg. Seguer. et Basil. *ἐν ἀρχῇ γάρ* omisso *γέγραπται*.

f. Gobler. et Felckm. 1. *ἐπεί*. Iidem paulo post *δέ* pro *μηδέ*.

g. *μέν* deest in Gobler. et Felckm. 1. Paulo post *ὃ* ante *ἐλάβετε* deest in Basil.

h. Sic Reg. et Seguer. Editi *διδάσκει*. Ibidem editi *διδάσκει ὑμᾶς τὸ πνεῦμα*. Reg. et Seguer. *τὸ πνεῦμα αὐτοῦ διδάσκει ὑμᾶς*.

i. In Gobler. et Felckm. 1. deest vox *προφήτῃ*. Mox Regius et Seguer. *οὗ εἵνεκεν*. Editi *οὗ ἕνεκεν*. Ibidem post *ὁ Παῦλος* desunt *δὲ γράφει* in editis et in quibusdam mss., sed habentur in Reg. et Seguer. Ibidem *καί* ante *πιστεύσαντες* deest in Gobl. et Felckm. 1. Paulo post Seguer. *λυπῆτε*.

P. 692. ρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με[1]), καὶ ὁ Παῦλος δὲ γράφει· ἐν
ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε, καὶ πάλιν· μὴ λυπεῖτε τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως[2])·
τὰ δὲ [a]κτίσματα ἐν τούτῳ χρίεται καὶ σφραγίζεται. εἰ δὲ τὰ κτί-
σματα ἐν τούτῳ χρίεται καὶ σφραγίζεται, οὐκ ἂν εἴη κτίσμα τὸ
πνεῦμα, οὐ γὰρ ὅμοιον τὸ χρῖον [b]τῶν χριομένων. καὶ γὰρ τὸ
χρῖσμα τοῦτο πνοή ἐστι τοῦ υἱοῦ, ὥςτε τὸν ἔχοντα τὸ πνεῦμα λέ-
γειν· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν[3]). [c]καὶ ἡ σφραγὶς δὲ τὸν υἱὸν ἐκτυ-
ποῖ, ὡς τὸν σφραγιζόμενον ἔχειν τὴν τοῦ Χριστοῦ μορφήν, λέγον-
τος τοῦ ἀποστόλου· τεκνία μου, οὓς πάλιν [d]ὠδίνω, μέχρις οὗ μορ-
φωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν[4]). εἰ δὲ τὸ πνεῦμα εὐωδία καὶ μορφὴ τοῦ
υἱοῦ ἐστιν, εὔδηλον ὡς οὐκ ἂν εἴη τὸ πνεῦμα κτίσμα, ἐπειδὴ καὶ
ὁ υἱὸς ἐν μορφῇ τοῦ πατρὸς ὑπάρχων οὐκ ἔστι κτίσμα. καὶ γὰρ
ὥςπερ ὁ ἑωρακὼς τὸν υἱὸν ὁρᾷ τὸν πατέρα, οὕτως ὁ τὸ πνεῦμα
τὸ ἅγιον ἔχων ἔχει τὸν υἱόν, καὶ [e]ἔχων αὐτὸν ναὸς τοῦ θεοῦ ἐστι,
γράφοντος τοῦ μὲν Παύλου· οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς τοῦ θεοῦ ἐστε
καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν[5]); [f]ὁ δὲ Ἰωάννης φησίν·
ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν τῷ θεῷ μένομεν καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν,
P. 693. ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν[6]). εἰ δὲ ὁ υἱὸς ἐν τῷ
πατρὶ ὤν, ἐν ᾧ ἐστι καὶ ὁ πατήρ, ὡμολογήθη μὴ εἶναι κτίσμα,
ἀνάγκη πᾶσα μηδὲ τὸ πνεῦμα εἶναι κτίσμα, ἐν αὐτῷ γάρ ἐστιν ὁ
υἱὸς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ υἱῷ. διὸ καὶ ὁ τὸ πνεῦμα λαμβάνων ναὸς
τοῦ θεοῦ χρηματίζει. πάλιν δὲ [g]κἀκ τούτου συνιδεῖν καλόν, εἰ
ἔστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ λόγος, ὡς πατὴρ εἷς ἐστιν· εἷς γὰρ θεός,
ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός[7]). διὸ καὶ μονο-
γενὴς υἱὸς εἴρηται καὶ γέγραπται. τὰ δὲ κτίσματα πολλὰ καὶ διά-
φορα, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, χερουβὶμ, ἀρχαί, ἐξουσίαι καὶ τὰ ἄλλα,
ὥςπερ εἴρηται. εἰ δὲ ὅτι οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν ὁ υἱός, ἀλλ' εἷς
ἐστιν, ὡς πατὴρ εἷς ἐστι, καὶ [h]οὐκ ἔστι κτίσμα, πάντως καὶ τὸ
πνεῦμα (χρὴ γὰρ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν καὶ τὴν περὶ τοῦ πνεύ-
ματος γνῶσιν) οὐκ ἂν εἴη κτίσμα· οὐ γὰρ τῶν πολλῶν ἐστιν, ἀλλ'
ἕν ἐστι καὶ αὐτό.

4. Καὶ τοῦτο οἶδεν ὁ ἀπόστολος λέγων· ταῦτα δὲ πάντα
ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς

1) Esa. 61, 1. 2) Ephes. 1, 13; 4, 30. 3) 2. Cor. 2, 15. 4) Galat. 4, 19.
5) 1. Cor. 3, 16. 6) 1. Ioan. 4, 13. 7) 1. Cor. 8, 6.

a. Basil. χρίσματα et sic mox.
b. Sic Reg. Seguer. Basil. Editi vero et ceteri τοῦ χριομένου.
c. καί deest in Gobler. et Felckm. 1. Mox edit. Paris mendose σφράγη, at edit. Commel. et omnes mss. σφραγίς.
d. Basil. ὤδινα.
e. Sic Reg. Seguer. Basil. At editi et alii καὶ ὁ ἔχων cum aliquo sententiae discrimine. Mox μὲν ante Παύλου legitur in Reg. et Seguer., in ceteris et editis desideratur.

me, Paulus autem sic scribit: *In quo et credentes signati estis*, et ite- P. 602.
rum: *Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis in*
diem redemtionis. Creatae autem res in hoc unguntur et signantur;
quod si creatae res in hoc unguntur et signantur, nequaquam crea-
tura fuerit Spiritus; neque enim simile est quod ungit iis, quae un-
guntur. Etenim haec unctio flatus est Filii, ut qui habet Spiritum
dicat: *Christi bonus odor sumus*. Porro signaculum Filium exprimit,
ita ut quod signatur Christi formam habeat, dicente Apostolo: *Filioli*
mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Quod
si Spiritus bonus odor et forma Filii est, palam est Spiritum non esse
creaturam, quandoquidem nec Filius, cum in forma Patris sit, est
creatura. Sicut enim qui videt Filium videt Patrem, sic qui habet
Spiritum sanctum, habet et Filium, et si habet illum, templum est
Dei, ut Paulus scribit: *Nescitis quia templum Dei estis et Spiritus*
Dei habitat in vobis? Ioannes autem ait: *In hoc cognoscimus, quo-*
niam in Deo manemus et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo de-
dit nobis. Quod si Filium, quia in Patre est et Pater in ipso, confi- P. 603.
teamur non esse creaturam, prorsus necesse est nec Spiritum esse
creaturam; in ipso namque Filius est, et ipse in Filio. Quapropter
qui Spiritum accipit, templum Dei est. Rursum hinc rem animadver-
tere licet, si Filius Dei Verbum est, unus est sicuti Pater. *Unus*
enim Deus ex quo omnia, et unus Dominus Iesus Christus: ideoque
unigenitus Filius dictus scriptusque est: creaturae autem multae ac
variae sunt, Angeli, Archangeli, Cherubim, Principatus, et caetera, uti
dictum est. Quod si quia Filius non est multorum, sed unus est,
sicuti Pater est unus, non est creatura; ergo nec Spiritus sanctus
(oportet enim ex Filio Spiritus sancti assequi notitiam) creatura fuerit.
Non enim multorum est, sed unus est et ipse.

4. Et hoc probe norat Apostolus, qui ait: *Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult*, et

f. Gobler. et Felckm. 1. *ὁ δὲ κύριος*.

g. Reg. et Segu. *καὶ ἐκ τούτου*. Ibid. *εἰ ἔστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ λόγος ὡς πατήρ, εἷς ἐστιν*. Sic Reg. Seguer. et alii. Editi vero *λόγου* habent mendose. Hunc locum probe intellexit Erasmus, qui hoc modo vertit: *Si Filius est Dei Verbum, unus est sicuti Pater*. Felckm. vero putavit legendum esse *εἰ εἷς ἐστιν ὁ υἱός*. Sed locus bene habet, atque prout liquet ex serie ut superius vertendus est. Infra Reg. *Χερουβείμ*. Ibidem haec *ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, χερουβίμ, ἀρχαί, ἐξουσίαι, καὶ τὰ ἄλλα, ὥσπερ εἴρηται* desunt in Gobler. et Felckm. 1.

h. Sic Reg. et Seguer. Editi perperam *οὐκ ἔτι*.

P. 693. βούλεται, καὶ μετ' ὀλίγα· ἐν ἑνὶ [a]πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, καὶ πάντες ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν 1). καὶ πάλιν ἐπειδὴ ἐκ τοῦ υἱοῦ δεῖ λαμβάνειν τὴν περὶ τοῦ πνεύματος γνῶσιν, πρέπον ἂν εἴη ἐξ αὐτοῦ καὶ τὰς ἀποδείξεις προφέρειν. πανταχοῦ τοίνυν ἐστὶν ὁ υἱός, ἐν πατρὶ γὰρ ὢν, καὶ τοῦ πατρὸς ὄντος ἐν αὐτῷ. πάντα γὰρ κρατεῖ καὶ συνέχει, [b]καὶ γέγραπται ὅτι ἐν αὐτῷ συνέστηκε τὰ πάντα, εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων 2). τὰ δὲ κτίσματα ἐν μεμερισμένοις τόποις [c]ἐστίν, ἥλιος μὲν καὶ σελήνη καὶ οἱ ἄλλοι φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι, ἐν οὐρανῷ δὲ ἄγγελοι, καὶ ἄνθρωποι ἐπὶ τῆς γῆς. εἰ δὲ ὁ υἱὸς οὐκ ὢν ἐν μεμερισμένοις τόποις ἀλλ' ἐν πατρὶ ὢν πανταχοῦ ἐστι, καὶ ἔξω [d]τῶν πάντων ὢν οὐκ ἔστι κτίσμα, ἀκολούθως οὐκ ἂν εἴη οὐδὲ τὸ πνεῦμα κτίσμα, μὴ ὂν ἐν μεμερισμένοις τόποις, ἀλλὰ πάντα πληροῦν καὶ ἔξω τῶν πάντων ὄν. οὕτω γὰρ καὶ γέγραπται· πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην 3), καὶ Δαβὶδ ψάλλει· ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου 4); ὡς μὴ ὄντος αὐτοῦ ἐν τόπῳ, ἀλλ' ἔξω μὲν τῶν πάντων, ἐν δὲ τῷ υἱῷ ὄντος, ὡς ἔστι καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. διὰ τοῦτο γὰρ οὐδ' αὐτὸ κτίσμα ἐστὶν, ὥςπερ δέδεικται. πρὸς πᾶσι δὲ τούτοις ἔτι μᾶλλον ἐκ τούτου καταγνωσθήσεται μὲν ἡ Ἀρειανὴ αἵρεσις, ἐπιγνωσθήσεται δὲ πάλιν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἡ περὶ τοῦ πνεύματος γνῶσις. κτίστης τοίνυν ἐστὶν ὁ υἱὸς ὡς ὁ πατήρ· ἃ γὰρ βλέπω, φησί, τὸν πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα κἀγὼ ποιῶ 5). πάντα γ' οὖν δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν 6). εἰ δὲ κτίστης ὢν ὡς ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς [e]οὐκ ἔστι
P. 694. κτίσμα, καὶ εἰ ὅτι δι' αὐτοῦ κτίζεται τὰ πάντα οὐκ ἔστι τῶν κτιζομένων, δηλονότι οὐδὲ τὸ πνεῦμα κτίσμα ἐστὶν, ἐπειδὴ καὶ περὶ αὐτοῦ γέγραπται ἐν τῷ ἑκατοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ· ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν· ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόςωπον τῆς γῆς 7).

5. Τούτου δὲ οὕτως γεγραμμένου δῆλόν ἐστιν ὡς οὐκ ἔστι κτίσμα τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἐν τῷ κτίζειν ἐστίν, ὁ γὰρ πατὴρ διὰ τοῦ λόγου ἐν τῷ πνεύματι κτίζει τὰ πάντα, ἐπεὶ ἔνθα ὁ λόγος, ἐκεῖ καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ τὰ διὰ τοῦ λόγου κτιζόμενα ἔχει [f]ἐκ τοῦ πνεύ-

1) 1. Cor. 12, 11. 13. 2) Coloss. 1, 16. 17. 3) Sap. 1, 7. 4) Psal. 139 [138. LXX.], 7. 5) Ioan. 5, 19. 6) Ioan. 1, 3. 7) Psal. 104 [103. LXX.], 29. 30.

a. Seguerian. πν.~ τι mendose. Mox haec καὶ πάντες ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν desunt in Reg. solo. Paulo post Reg. et Seguer. λαμβάνειν.

b. Sic omnes mss. et editio Commel., edit. vero Paris. ὡς καὶ γέγραπται.

c. Sic Reg. et Seguer. Editi vero εἰσίν.

d. τῶν deest in Gobler. et Felckm. 1. Mox haec verba absunt ab iisdem: ἀκολούθως οὐκ ἂν εἴη τὸ πνεῦμα κτίσμα.

paulo post: *In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati* P.693. *sumus, et omnes uno Spiritu potati sumus.* Ac rursum, quoniam ex Filio Spiritus cognitio accipienda est, convenit etiam ex ipso demonstrationes proferre. Igitur ubique Filius est, cum in Patre sit et Pater in ipso. Nam omnia tenet et complectitur, scriptumque est: *In ipso omnia constant* cum visibilia tum invisibilia, *et ipse est ante omnes.* Creaturae autem in divisis sunt locis, sol quidem et luna ceteraque luminaria in firmamento, in caelo Angeli, et homines in terra. Quod si Filius, cum non in divisis locis sed in Patre sit, ubique est, et cum extra omnia sit, non est creatura, consequenter nec Spiritus sanctus creatura fuerit, cum non sit in divisis locis, sed omnia impleat ac extra omnia sit. Ita enim scriptum est: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum,* Davidque canit: *Quo ibo a Spiritu tuo?* quasi non sit ipse in loco, sed extra omnia, atque in Filio sit, sicut Filius est in Patre; ideo enim nec ipse creatura est, ut demonstratum fuit. Ad haec omnia hinc validius confutabitur Ariana haeresis, ac rursum ex Filio perspicua fiet Spiritus sancti cognitio. Creator itaque est Filius sicuti Pater: *Quae enim,* inquit, *video Patrem facientem, haec et ego facio. Omnia* igitur *per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Si vero Filius, creator cum sit quemadmodum Pater, non est creatura, et si quia omnia per ipsum creantur, non est ipse ex rebus creatis, ergo nec Spiritus sanctus creatura est. Quan- P.694.
doquidem de illo scriptum est Psalmo centesimo tertio: *Auferes Spiritum eorum et deficient, et in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terrae.*

5. Cum hoc igitur ita scriptum sit, manifestum est, Spiritum non esse creaturam, sed in creando adesse. Pater enim per Verbum in Spiritu creat omnia, quandoquidem ubi Verbum, illic et Spiritus, et quae per Verbum creantur, habent ex Spiritu per Filium vim existendi.

Eodem loco in iisdem et in Seguer. *ἐν* desideratur. In ipsis item Gobleriano et Felckm. 1. mox *τῶν* ante *πάντων,* part. *καί* ante *γέγραπται* et paulo post vox *ψάλλει* desunt incuria amanuensium omissa.

e. Sic Reg. et Seguer. Editi vero *οὐκέτι.* Paulo post Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἐπειδὴ καί.* Editi *ἐπεὶ καί.* Mox Goblerian. et Felckm. 1. non habent haec: *ἐν τῷ ἑκατοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ.* Mox Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *τὸ πνεῦμα αὐτῶν.*

f. Goblerian. et Felckm. 1. *παρὰ τοῦ πατρός,* minus recte. Mox Reg. Seguer. Basil. *οὕτω καὶ γέγραπται.* Editi et ceteri *οὕτω γὰρ γέγραπται.* Mox haec *ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ* absunt a Gobler. et Felckm. 1.

P. 694. *ματος παρὰ τοῦ λόγου τὴν τοῦ εἶναι ἰσχύν. οὕτω γὰρ γέγραπται ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ· τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*[1]). *ἀμέλει οὕτως ἐστὶ τὸ πνεῦμα ἀδιαίρετον πρὸς τὸν υἱόν, ὡς μὴ ἀμφιβάλλειν ἐκ τοῦ λεγομένου·* [a]*ὅτε γὰρ ὁ λόγος ἐγίγνετο πρὸς τὸν προφήτην, τὰ παρὰ τοῦ λόγου ἐν τῷ πνεύματι ἐλάλει ὁ προφήτης. οὕτω καὶ γέγραπται ἐν μὲν ταῖς πράξεσι τοῦ Πέτρου λέγοντος· ἄνδρες ἀδελφοί, ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφήν, ἣν προεῖπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*[2]), *ἐν δὲ τῷ Ζαχαρίᾳ* [b]*τοῦ λόγου γενομένου πρὸς αὐτὸν γέγραπται· πλὴν τοὺς λόγους μου καὶ τὰ νόμιμά μου δέχεσθε, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ἐν πνεύματί μου* [c]*τοῖς προφήταις, καὶ μετ᾽ ὀλίγα αἰτιώμενος τὸν λαὸν ἔλεγε· τὴν καρδίαν αὐτῶν ἔταξαν ἀπειθῆ τοῦ μὴ εἰςακούειν τοὺς νόμους μου καὶ τοὺς λόγους, οὓς ἐξαπέστειλε κύριος παντοκράτωρ ἐν πνεύματι αὐτοῦ ἐν χερσὶ τῶν προφητῶν τῶν ἔμπροσθεν*[3]). [d]*καὶ τοῦ Χριστοῦ δὲ λαλοῦντος ἐν τῷ Παύλῳ, ὡς αὐτὸς εἶπεν· εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ*[4]); *οὐδὲν ἧττον τὸ πνεῦμα εἶχεν ἐπιχορηγοῦν αὐτῷ τὸ λαλεῖν, οὕτω γὰρ αὐτὸς γράφει· κατὰ τὴν ἐπιχορηγίαν τοῦ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ* [e]*εἰς ἐμέ*[5]), *πάλιν τε τοῦ Χριστοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος ἔλεγε· πλὴν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτυρεῖταί μοι,* [f]*λέγον ὅτι δεσμὰ καὶ θλίψεις με μένουσιν*[6]). *οὐ γὰρ ἐκτός ἐστι τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ ἐν τῷ λόγῳ ὂν ἐν τῷ θεῷ δι᾽ αὐτοῦ ἐστιν, ὥςτε τὰ χαρίσματα ἐν τῇ τριάδι δίδοσθαι. ἐν γὰρ τῇ τούτων διαιρέσει, ὡς Κορινθίοις γράφει, τὸ αὐτὸ πνεῦμά* [g]*ἐστι καὶ ὁ αὐτὸς κύριος, καὶ ὁ αὐτὸς θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν*[7]). *αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ διὰ τοῦ λόγου ἐν τῷ πνεύματι ἐνεργεῖ καὶ δίδωσι* [h]*τὰ πάντα.*

6. *Ἀμέλει ἐπευχόμενος Κορινθίοις ἐν τῇ τριάδι ηὔχετο λέγων· ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν*[8]). *τοῦ* P. 695. *γὰρ πνεύματος μετέχοντες ἔχομεν τὴν τοῦ λόγου χάριν καὶ ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ πατρὸς ἀγάπην. ὡς δὲ μία τῆς τριάδος ἡ χάρις, οὕ-*

1) Psal. 33 [32. LXX.], 6. 2) Act. 1, 16. 3) Zach. 1, 6; 7, 12. 4) 2. Cor. 13, 3. 5) Phil. 1, 19. 6) Act. 20, 23. 7) 1. Cor. 12, 4—6. 8) 2. Cor. 13, 13.

a. Sic edit. Commelin. et omnes mss., edit. vero Paris. *ὅτι*. Mox Regius quem sequi visum est *ἐγίγνετο*, alii et editi *ἐγένετο*. Paulo post *καὶ γέγραπται* abest a Gobleriano et Felckm. 1. et mox ab iisdem *μέν*.

b Haec *τοῦ λόγου γενομένου πρὸς αὐτόν* desunt in Gobler. et Felckm. 1. Ibid. *γέγραπται* deest in editis, sed habetur in Reg. et Seguer.

c. Gobler. et Felckm. 2. *τοῖς προφήταις καὶ τὴν καρδίαν* omissis intermediis. Ibid. Reg. et Seguer. *ὅτε καὶ μετ᾽*

Ita enim scriptum est trigesimo secundo Psalmo: *Verbo Domini caeli firmati sunt, et Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Nimirum ita Spiritus indivisus est a Filio, ut ex supra dictis nullus supersit dubitandi locus. Quando namque Verbum factum est ad Prophetam, quae a Verbo prodibant, in Spiritu loquebatur Propheta. Sic enim scriptum est, in Actibus Petro dicente: *Viri fratres, oportebat impleri scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus*; apud Zachariam vero, cum Verbum ad illum factum esset, scriptum est: *Veruntamen verba mea et legitima mea suscipite, quaecunque ego praecipio in Spiritu meo Prophetis.* Et paulo post populum coarguendo haec ait: *Cor suum posuerunt inobsequens, ne audirent legem meam et verba, quae misit Dominus omnipotens in Spiritu suo per manus Prophetarum priorum.* Item Christo loquente in Paulo, ut ipse ait: *An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christi?* Nihilominus Spiritum sanctum habebat ille, qui sibi verba suppeditaret; sic enim ipse scribit: *Secundum subministrationem Spiritus Iesu Christi in me.* Rursumque Christo in se loquente ait: *Nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur dicens, quoniam vincula et tribulationes me manent.* Non enim extra Verbum est Spiritus, sed cum sit in Verbo, per ipsum in Deo est, ita ut dona in Trinitate tribuantur. Nam in horum divisione, ut ad Corinthios scribit, idem Spiritus est et idem Dominus idemque Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ipse namque Pater per Filium in Spiritu operatur et dat omnia. P. 694.

6. Sane cum Corinthiis bene precaretur, in Trinitate precabatur his verbis: *Gratia Domini Iesu Christi et caritas Dei et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.* Nam cum participes simus Spiritus, Verbi gratiam habemus et in ipso Patris caritatem. P. 695.
Porro ut una est Trinitatis gratia, sic indivisa est Trinitas; quod

ὀλίγα. Paulo post Reg. et Seguer. τοῦ νόμου, celeri et editi τοὺς νόμους.

d. Gobler. et Felckm. 1. sic: καὶ Παῦλος· εἰ δοκιμήν intermediis omissis. Ibidem δέ post Χριστοῦ deerat in editis, sed legitur in Reg. et Seguer.

e. Goblerian. et Felckm. 1. εἰς ἐμὲ καὶ πάλιν τὸ πνεῦμα omissis interpositis.

f. Ita Reg. et Seguerian. recte. Editi λέγων.

g. Sic Reg. Seguer. Basil. Editi vero ἐστὶν μὲν καί, at in Gobler. et Felckm. 1. ἐστί deest. Basil. ibidem καὶ ὁ αὐτὸς θεός.

h. Gobl. et Felckm. 1. τὰ πάντα. καὶ πάλιν Κορινθίοις γράφει ἡ χάρις etc. multis de more omissis. Ibid. post κυρίου editi ἡμῶν et post τοῦ θεοῦ haec καὶ πατρός habent; at desunt ea in Reg. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. Statim post μετὰ πάντων editi habent ἡμῶν, sed Reg. et Seguer. ὑμῶν rectius.

P. 995. τως ἀδιαίρετος ἡ τριάς. τοῦτο δ' ἄν τις ἴδοι [a] καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἁγίας Μαρίας. ὁ γὰρ ἄγγελος Γαβριὴλ ἀποσταλεὶς ἀπαγγεῖλαι τὴν ἐπ' αὐτῆς ἐσομένην τοῦ λόγου κάθοδον· πνεῦμα ἅγιον, εἴρηκεν, ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, εἰδὼς ὅτι ἐν τῷ λόγῳ ἦν τὸ πνεῦμα· εὐθὺς γοῦν συνῆψε· καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι[1]). Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία[2]). τοῦ δὲ πνεύματος ὄντος ἐν τῷ λόγῳ δῆλον ἂν εἴη ὡς καὶ ἐν τῷ θεῷ ἦν διὰ τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα. οὕτω δὲ καὶ τοῦ πνεύματος γενομένου ἐν ἡμῖν ἐλεύσεται ὁ υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ καὶ μονὴν ποιήσουσιν [b] ἐν ἡμῖν[3]). ἀδιαίρετος γὰρ ἡ τριάς, καὶ μία ταύτης ἡ θεότης, καὶ εἷς θεὸς ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν[4]). αὕτη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἡ πίστις, ἐν τριάδι γὰρ αὐτὴν ἐθεμελίωσε καὶ ἐῤῥίζωσεν ὁ κύριος, εἰρηκὼς τοῖς μαθηταῖς· [c] πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς [d] εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος[5]). κτίσμα δὲ εἰ ἦν τὸ πνεῦμα, οὐκ ἂν συνέταξεν αὐτὸ τῷ πατρί, ἵνα μὴ ᾖ ἀνόμοιος ἑαυτῇ ἡ τριάς, ξένου τινὸς καὶ ἀλλοτρίου συντασσομένου αὐτῇ. τί γὰρ [e] ἔλειπε τῷ θεῷ, ἵνα ἀλλοτριοούσιον προςλάβηται καὶ σὺν αὐτῷ δοξάζηται; μὴ γένοιτο, οὐκ ἔστιν οὕτως. πλήρης, αὐτὸς εἶπεν, εἰμί[6]). διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ κύριος τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς [f] αὐτὸ συνέταξεν, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἐκ διαφόρων τουτέστιν ἐκ κτίστου καὶ κτίσματος συνέστηκεν ἡ ἁγία τριάς, ἀλλὰ μία ταύτης ἡ θεότης ἐστί. τοῦτο μαθὼν ὁ Παῦλος ἐδίδασκε μίαν εἶναι τὴν ἐν αὐτῇ διδομένην χάριν, λέγων· εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα[7]). ὥςπερ δὲ ἓν βάπτισμα, οὕτως καὶ μία πίστις· ὁ γὰρ πιστεύων εἰς τὸν πατέρα οἶδεν ἐν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἐκτὸς τοῦ υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦτο πιστεύει [g] καὶ εἰς τὸν υἱὸν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπειδὴ καὶ μία τῆς τριάδος ἡ θεότης, ἐξ ἑνὸς τοῦ πατρὸς γινωσκομένη.

7. Τῆς μὲν [h] οὖν καθολικῆς πίστεως ὁ χαρακτὴρ οὗτος· οἱ δὲ δυςφημοῦντες εἰς τὸ πνεῦμα καὶ λέγοντες αὐτὸ κτίσμα εἰ μὴ ἐκ τῶν εἰρημένων μεταγινώσκουσι, κἂν ἐκ τῶν λεχθησομένων αἰσχυνόμενοι καταδυέτωσαν. εἰ τριάς ἐστι καὶ ἐν τριάδι ἐστὶν ἡ πίστις, εἰπάτωσαν, εἰ ἀεὶ τριάς ἐστιν, ἢ ἦν ὅτι οὐκ ἦν τριάς. εἰ μὲν οὖν ἀΐδιός ἐστιν ἡ τριάς, οὐκ ἔστι κτίσμα τὸ πνεῦμα, ἀϊδίως συνὸν

1) Luc. 1, 35. 2) 1. Cor. 1, 24. 3) Ioan. 14, 23. 4) Ephes. 4, 6. 5) Matth. 28, 19. 6) Esa. 1, 11. 7) Ephes. 4, 5.

2. Nequaquam igitur vox *Christus* carne seclusa profertur, quandoquidem nomen illud passio et mors consequuntur, cum Paulus scribat: *Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum,* et alibi ipse dicat: *Pascha nostrum immolatus est Christus,* et *Homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemtionem pro nobis.* Non quod Deus non sit, sed quod et homo Christus sit. Quare *Memor esto,* ait, *Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine David secundum carnem.* Idcirco Scriptura de utroque nomine mentionem facit, quo eius subsistentiam declaret, ipsum nempe invisibiliter quidem ut Deum intellectu tantum percipi et revera esse, ut hominem autem visibiliter attrectari et revera existere, non divisione personarum aut cogitationum, sed naturali generatione et indissolubili unione, ut eius passione in confesso vere habita ipse passibilis et impassibilis revera esse concedatur. Quomodo igitur Verbum Deus cum esset factum est Christus, priusquam homo fieret? Nam si hoc nomen *Christus* Divinitati a carne separatae proprium sit, ergo Patri Spirituique sancto adtribuendum est; passio quoque communis erit, ut quidam errantes arbitrantur. An et ipsum impassibile et incorporeum Deum Verbum etiam ante incarnationem et humanam naturam assumtam passionis et mortis capacem esse dicetis? At quî quaeso Filius, qui Patri consubstantialis et ab eo secundum divinam naturam indivisus est, passibilis dicatur, cum sit immutabilis et invariabilis, nisi sumta in seipso ex Virginis utero tota humanae structurae specie homo factus sit, ut et mutabilis homo esset in passione et una immutabilis esset quatenus Deus?

e. Gobler. Felckm. 1. et Seguer. *διὸ μνημονεύειν Ἰησοῦν Χριστόν ... Δαβὶδ γράφει. διὰ τοῦτο* etc.

f. Editi habent *ἢ ὀνομάτων.* Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἢ νοημάτων.* Mox Seguer. *ἵνα αὐτοῦ τοῦ πάθους.* Ibidem Gobler. et Felckm. 1. *τοῦ πάθους ὁμολογουμένου. πῶς οὖν,* quibusdam omissis. Ibidem Seguer. et Synod. Constant. *καὶ παθητὸς καὶ ἀπαθὴς νοοῖτο ἀληθινῶς,* Synod. Constant. *ἀληθῶς.* Paulo post Seguer. *πρὶν ἢ γένηται ἄνθρωπος; εἰ γὰρ θεός.*

g. Gobler. Seguer. et Felckm. 1. *ἐν ἑαυτῷ.* Editi *ἐν αὐτῷ.* Mox Seguer. solus habet *ἵνα καὶ ἄτρεπτος ᾖ ἐν τῷ πάθει,* pro quo Interpres legisse videtur *ἵνα καὶ τρεπτός,* habet enim *convertibilis,* et quidem melius. Editi *ἵνα καὶ ἄνθρωπος* etc. Mox Gobler. Felckm. 1. et Seguer. habent *καὶ ἀθάνατος ὢν ᾖ θεός.* Nos in tanta lectionum varietate veterem lectionem sequuti sumus, quippe quae et congrua videatur et quorumdam mss. auctoritate firmetur. Ibidem Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *διὰ τοῦτο καί.* Editi *διὰ τοῦτο γὰρ καί.* Infra Seguer. *γινομένης· ἀλλά.*

P. 941. 3. *Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ χρῖσις ἐγένετο οὐχ ὡς Θεοῦ χρίσεως
δεομένου οὐδ' αὖ πάλιν τῆς χρίσεως δίχα Θεοῦ γενομένης, ἀλλὰ
Θεοῦ μὲν τὴν χρῖσιν προσαγομένου, ἐν δὲ τῷ δεκτικῷ τῆς χρίσεως
σώματι δεχομένου. πρόδηλον οὖν ὅτι οὐ δίχα σαρκὸς ἀνθρωπίνης
[a] ὁ λόγος Χριστὸς γέγονεν, ἑαυτὸν καταμερίσας εἰς σαρκὸς ἐπίδει-
ξιν ἢ ψυχῆς ὁμοίωσιν, ἀλλὰ μένων ὃ ἦν ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου
μορφήν, οὐ λειπομένην ὑπάρξεως τῆς ἐν ἐπιδείξει [b] φανερουμένης
P. 942. διά τε πάθους καὶ ἀναστάσεως καὶ πάσης τῆς οἰκονομίας, ὡς γέ-
γραπται καὶ δεδήλωται. εἴπατε τοίνυν, πῶς Θεὸν ἐν Ναζαρὲτ γε-
γενῆσθαι ὑπειλήφατε; ἐπειδὴ καὶ πάντες αἱρετικοὶ τοῦτο λέγειν
εἰώθασιν, ὡς Παῦλος [c] ὁ Σαμοσατεὺς Θεὸν ἐκ τῆς παρθένου ὁμο-
λογεῖ, Θεὸν ἐκ Ναζαρὲτ ὀφθέντα καὶ ἐντεῦθεν τῆς ὑπάρξεως τὴν
ἀρχὴν ἐσχηκότα [d] καὶ ἀρχὴν βασιλείας παρειληφότα, λόγον δὲ ἐνερ-
γὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ σοφίαν ἐν αὐτῷ ὁμολογεῖ, τῷ μὲν προορισμῷ
πρὸ αἰώνων ὄντα, τῇ δὲ ὑπάρξει ἐκ Ναζαρὲτ ἀναδειχθέντα, [e] ἵνα
εἷς εἴη, φησίν, ὁ ἐπὶ πάντα Θεὸς ὁ πατήρ. τοιαύτη τούτου ἡ
ἀσέβεια, Μαρκίων δὲ καὶ Μανιχαῖος Θεὸν ἐπιδημήσαντα ἐν παρ-
θένῳ [f] καὶ ἀθιγῶς προεληλυθότα καὶ ἀνεπιδέκτως ἔχοντα κοινω-
νῆσαι φύσει ἀνθρωπίνῃ τῇ [g] ὑποπεπτωκυίᾳ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ὑπο-
κειμένῃ τῷ ἄρχοντι τῆς κακίας, εἰ γὰρ ταύτην προσηγάγετο, καὶ
τῷ ἄρχοντι τῆς κακίας ὑποκείσεται καὶ οὐκ ἔσται χωρὶς ἁμαρτίας
ὁ Χριστός, [h] ἀλλ' ἰδίαν σάρκα ἐπιδεδεῖχθαι ἐξ ἑαυτοῦ καθ' ὁμοί-
ωσιν, ὡς ἠθέλησεν, ἐξ οὐρανοῦ ὀφθεῖσαν καὶ εἰς οὐρανοὺς χωρή-
σασαν καὶ θεότητα ὅλην οὖσαν. Οὐαλεντῖνος δὲ πάλιν κοινὸν τῆς
τριάδος τὸ πάθος λέγει, τῆς θεότητος μέρος τὴν σάρκα φανταζό-
μενος. Ἄρειος δὲ σάρκα μόνην πρὸς ἀποκρυφὴν τῆς θεότητος
ὁμολογεῖ, ἀντὶ δὲ τοῦ ἔσωθεν [i] ἐν ἡμῖν ἀνθρώπου τουτέστι τῆς
ψυχῆς τὸν λόγον ἐν τῇ σαρκὶ λέγει γεγονέναι, τὴν τοῦ πάθους νόη-
σιν καὶ τὴν ἐξ ᾅδου ἀνάστασιν τῇ θεότητι προσάγειν τολμῶν. Σα-
βέλλιος δὲ τοῦ Σαμοσατέως Παύλου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἐπιδέδει-
κται τὴν γνώμην, δεδοικὼς γὰρ τὴν ἐξ Ἀρείου διαίρεσιν τῇ ἀναι-
ρετικῇ καταπέπτωκε πλάνῃ. ὑμεῖς δὲ τίνι πρόσκεισθε ἢ τίνι
βοηθεῖν βούλεσθε; ἢ τὸ λεγόμενον [k] πάμφυλοι γεγόνατε; πᾶσι γὰρ
τοῖς προειρημένοις αἱρετικοῖς συνηνέχθητε ἀπιστήσαντες τῇ ἑνώ-
σει, καὶ ἀντιλέγοντες τῇ πληρώσει εἰς ἀναίρεσιν κεχωρήκατε, [l] διαι-
ρέσεως δειλίαν προφασιζόμενοι. ὥσπερ δὲ οἱ διαιροῦντες μεμή-*

a. Seguer. *ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ γέγονεν.* Gobler. et Felckm. 1. *ὁ λόγος γέγονεν,* male.

b. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *θεωρουμένης, διά τε.*

c. Seguer. *ὁ τῆς Σαμοσατέων*

d. Basil. Gobler. et Felckm. 1. *καὶ ὡς ἀρχήν.*

e. Seguer. *ἵνα Θεὸς ᾖ, φησὶν ὁ ἐπὶ πάντα.* Gobler. et Felckm. 1. *ἵνα θεὸς ᾖ ὁ ἐπὶ πάντα.*

3. Quapropter unctio facta est non quod Deus unctione indi- P.941.
eret nec quod absque Deo unctio fieret, sed Deo unctionem appli-
ante ipsamque in corpore unctionis capace recipiente. Manifestum gitur est, Verbum non absque humana carne Christum factum fuisse iec sese dividendo in carnis speciem et animae similitudinem, sed nanens quod erat formam servi accepisse, non destitutam existentia, uippe quae per passionem, resurrectionem et universam oeconomiam P.942.
sese proderet, ut scriptum et comprobatum est. Dicite igitur, cur Deum in Nazaret factum esse existimatis; quod omnes solent haeretici proferre? Ut Paulus Samosatensis Deum ex Virgine confitetur, Deum ex Nazaret visum, ac qui inde cum existendi tum regnandi initium duxerit, Verbumque esse ex caelo efficax, in quo sapientiam esse confitetur, quod praefinitione quidem ante saecula sit, existentia vero ex Nazaret sit editum, „ut Deus, inquit, unus ille sit, qui super om„nia Deus est Pater.“ Talis est huius impietas. Marcion autem et Manichaeus dicunt, Deum in Virginem advenisse ac intactili modo prodiisse, nec capacem fuisse communicandi cum natura humana in peccatum lapsa ac Principi nequitiae subiecta. „Si enim, ait, hanc as„sumsit, et Principi nequitiae Christus subditus erit et peccati expers „non erit, sed propriam carnem exhibuisse inquiunt ex sese ea qua „libuit similitudine, ex caelo scilicet exhibita et in caelum regressa, „demum quae tota sit divinitas.“ Valentinus contra carnem Deitatis partem esse commentus passionem Trinitati communem fuisse contendit. Arius vero carnem solam ad occultationem divinitatis confitetur, vice autem interioris nostri hominis id est animae Verbum ait in carne extitisse, passionem et ab inferis resurrectionem divinitati adscribere ausus. Sabellius autem Pauli Samosatensis eiusque sequacium sententiam probat, veritus enim Arii divisionem in errorem, qui [personas] de medio tollit, delapsus est. Vos autem cuinam adhaeretis vel cuinam opitulari vultis? Num quod proverbio fertur cuiuslibet tribus estis? Nam dum unioni fidem negatis, dum plenitudini repugnatis, cum omnibus supra memoratis haereticis consentitis, metuque divisionis, ut causificamini, ad [personas] auferendas animum adpulistis. Verum ut qui dividunt insaniunt et qui detrahunt errant, sic qui de

f. Seguer. καὶ θεὸν ἀθιγῶς. In eodem infra καί deest ante πάντα ἀνεπιδέκτως.

g. Seguer. ὑποπεπτωκυίᾳ ἁμαρτίᾳ τῆς κακίας καὶ ὑποκ. Seguerian. et Gobler. ὑποπεπτωκυίᾳ τῇ ἁμαρτίᾳ τῆς κακίας, ὑποκ. Mox Seguer. post ταύτην habet φησί. Paulo post Basil. καὶ οὐκ ἔστι.

h. Ita Seguer. Gobler. et Felckm. 1., quos sequimur. Editi vero ἀλλ' ὁμοίαν. Mox iidem mss. ἐξ αὐτοῦ.

i. Segner. Gobler. et Felckm. 1. ἡμῶν ἀνθρώπου.

k. πάμφυλοι γεγόνατε omnes fere manuscripti. Editi vero πάμφιλοι γεγόνατε.

l. Segner. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. διαιρέσεως διάνοιαν, minus recte.

P. 942. νασι καὶ οἱ παραιροῦντες πεπλάνηνται, οὕτως οἱ ἀναιροῦντες ἀπόλλυνται, ἀληθινῆς τῆς οἰκονομίας [a] γεγενημένης καὶ τῆς ἀληθείας φανερωθείσης καὶ τῆς χάριτος μαρτυρουμένης.

4. Τί τοίνυν προφασιζόμενοι σοφίζεσθε; τί ὑποκρινόμενοι [b] ὑποκαλύπτετε, καὶ οὐ φανερῶς λέγετε ὅτι οὐχὶ λαβὼν δούλου μορφὴν γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ὅτι ὤφθη ὡς ἄνθρωπος; [c] ταύτην παρέχει τὴν πεῦσιν ὑμῶν ὁ λόγος προφάσει λεγόντων ὁ αὐτὸς καὶ ὁ αὐτός. διὰ τοῦτο καταλέγειν τῆς ἀληθοῦς οἰκονομίας ἐπιχειροῦσι
P. 943. συκοφαντοῦντες καὶ λέγοντες· ἄνθρωπον λέγουσι τὸν Χριστὸν θεοποιηθέντα. [d] καὶ ποῦ τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος[1]), καὶ ὅτι λαβὼν μορφὴν δούλου ἐγένετο ἄνθρωπος; ἢ ἄνθρωπόν φησι μετὰ θεοῦ ὄντα, [e] ἢ ἄνθρωπόν φησι θεῷ συμπλακέντα, ἢ ἄνθρωπον ὑπὲρ κόσμου ἀποθανόντα καὶ μέρος τοῦ κόσμου ὄντα, ἢ ἄνθρωπον τῆς ἁμαρτίας οὐ χωρισθέντα, ἢ ἄνθρωπον ἀγγέλων δεσπόζοντα, ἢ ἄνθρωπον ὑπὸ τῆς κτίσεως προσκυνούμενον, ἢ ἄνθρωπον κύριον ὄντα τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ[2]), ἢ ἄνθρωπον σταυρωθέντα καὶ κύριον τῆς δόξης ὄντα, ἢ ἄνθρωπον ἀκούοντα· κάθου ἐκ δεξιῶν μου[3]), ἢ ἄνθρωπον ἐρχόμενον κρίσιν κρῖναι. αὕτη ἐστὶν ὑμῶν ἡ θολερὰ ἀνατροπή, ἣν ποτίζετε τοὺς ἀνθρώπους καὶ μεθύσκετε[4]). ἐρωτήσατε τοίνυν Ἰουδαίους, ἵνα ταῦτα παρ' αὐτῶν ἀκούσαντες τὰ ῥήματα κατὰ Χριστοῦ λεγόμενα καὶ τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ἐρυθριάσητε, μάθετε δὲ καὶ [f] παρὰ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν τὰ αὐτὰ λαλούντων καὶ φρονούντων. προκείσθω τοίνυν τῶν αἱρετικῶν τὰ δόγματα καὶ τῆς ὑμετέρας φρονήσεως ἡ γνώμη καὶ τῆς ἡμετέρας πίστεως ὁ λόγος καὶ τοῦ εὐαγγελίου ὁ ὅρος καὶ τῶν ἀποστόλων τὸ κήρυγμα καὶ τῶν προφητῶν ἡ μαρτυρία καὶ τῆς πληρωθείσης οἰκονομίας ἡ κατανόησις.

5. Εἴπατε τοίνυν, πῶς λέγετε θεὸν [g] ἐκ Ναζαρὲτ γεγενῆσθαι, τῆς θεότητος ὡς ἀρχὴν γενέσεως ἀπαγγέλλοντες κατὰ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ἢ τῆς σαρκὸς τὴν [h] γέννησιν ἀρνούμενοι κατὰ Μαρκίωνα καὶ τοὺς ἄλλους αἱρετικούς, οὐ τῷ εὐαγγελικῷ στοιχοῦντες ὅρῳ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖν θέλοντες; διὰ τοῦτο γὰρ λέγετε θεὸν γεγενῆσθαι ἐκ παρθένου καὶ οὐχὶ θεὸν [i] καὶ ἄνθρωπον κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν ὅρον, ἵνα μή ποτε γέννησιν σαρκὸς ὁμολογήσαντες

1) Ioan. 1, 1. 2) Rom. 1, 1. 3) Psal. 110 [109. LXX.], 1. 4) Habac. 2, 15.

a. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. γενομένης.

b. Basil. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐπικαλύπτετε. Mox in verba ὅτι οὐχὶ λαβὼν δούλου μορφήν, ὁ δοξαπατρῆς aliusque Scholiastes in Felckm. 2.: ὅρα καὶ τοῦτο (quod scilicet quasi homo esset ὁ λόγος apparuerit) οἶμαι τὸν θεόλογον δέχεσθαι. Ibid. Seguer. ἐγένετο ἄνθρωπος.

c. ταύτην γὰρ ἔχει τὴν πεῦσιν ὁ λόγος ὑμῶν, Seguerian. Item Gobler. et Felckm. 1. habent πεῦσιν. Editi ταύτην παρέχει τὴν πεῦσιν.

medio tollunt in perniciem eunt, cum et vera incarnatio facta et ve- P. 942.
ritas visa, gratia quoque testimonio comprobata fuerit.

4. Cur itaque argutiis sophismatibusque contenditis? Qua de causa simulatione utimini, et quare palam non dicitis, eum non assumta servi forma hominem factum fuisse, sed quasi hominem apparuisse? Ea quippe est interrogationis vestrae significatio, qua fraudulenter ipse et ipse iterato dicitis. Ideoque verae incarnationi adversari studetis nosque calumniis oppugnatis, dicitisque: Homines illi P. 943.
dicunt Christum esse hominem, qui Deus factus sit. Ecquid sibi vult illud: *In principio erat Verbum*, et *Formam servi accipiens* factus est homo, quam aut hominem, aiunt, cum Deo existentem, aut hominem Deo complicatum, aut hominem pro mundo mortuum et qui pars mundi sit, aut hominem peccati non expertem, aut hominem Angelis imperantem, aut hominem, qui a creaturis adoretur, aut hominem, qui Dominus sit, dicente Apostolo; *Paulus servus Iesu Christi,* aut hominem crucifixum, qui Dominus sit gloriae, aut hominem, qui haec audiat: *Sede a dextris meis*, aut hominem, qui venturus sit, ut mundum iudicet? Haec est *lutosa* vestra *subversio,* qua homines potatis et inebriatis. Interrogate ergo Iudaeos, ut cum haec ipsa verba contra Christum et contra Christi fideles ab illis prolata audieritis, erubescatis. Discite quoque ab aliis haereticis, qui eadem quae vos loquuntur et sentiunt. In medium adducantur itaque haereticorum dogmata, vestra sententia, fidei nostrae ratio, Evangelii definitio, Apostolorum praedicatio, Prophetarum testimonium et peractae oeconomiae verus modus veraque ratio.

5. Respondete igitur, qua ratione dicitis Deum ex Nazaret factum fuisse, Deitatique initium existendi iuxta Paulum Samosatensem adscribitis, aut carnis generationem negatis iuxta Marcionem et alios haereticos, nec in statutis Evangelicis inceditis, sed vultis ex propria loqui sententia? Ideo enim dicitis Deum ex Virgine natum esse ac non Deum et hominem iuxta Evangelicam definitionem, ne si carnis generationem confiteamini, ipsam naturalem admittere cogamini, qua sane

d. Seguer. *καὶ πάλιν τὸ ἐν ἀρχῇ.*
e. *ἢ ἄνθρωπον Θεῷ,* Seguer.
f. Gobler. et Felckm. 1. *παρὰ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν τὰ δόγματα.* Mox Seguer. *τὰ αὐτὰ ὑμῖν.*
g. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. *ἐκ Ναζαρέτ.* Editi *ἐν Ναζ.* Mox *ὡς* ante *ἀρχήν* deest in Seguer.

h. Ita Anglic. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. Editi vero *γένεσιν.* Mox Basil. *τοὺς ἄλλους τῶν αἱρετικῶν.*

i. *καί* deest in Gobler. et Felckm. 1. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *γέννησιν σαρκός.* Editi et alii *γένεσιν σαρκός.*

P. 943. φυσικὴν αὐτὴν εἴπητε, ἐπαληθεύοντες τῷ λόγῳ, ἀλλὰ Θεὸν γυθέντα, [a]ἰδίαν δὲ σάρκα δείξαντα ὡς ἐν δοκήσει. οὐ γὰρ ἀπὸ γεννήσεως ἐκ Ναζαρὲτ ὁ Θεὸς ἐπιδείκνυται, ἀλλ' ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων λόγος Θεὸς ἐκ Ναζαρὲτ ἄνθρωπος ὤφθη, γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου [b]καὶ πνεύματος ἁγίου ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἀδάμ, ὡς γέγραπται, [c]πάντα λαβὼν ἐκ παρθένου, ὅσα ἀρχῆθεν ὁ Θεὸς εἰς σύστασιν ἀνθρώπου ἔπλασε καὶ ἐποίησε χωρὶς ἁμαρτίας, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει· καθ' ὁμοιότητα [d]κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας[1] οὐ τῆς θεότητος μεταποίησιν ἐπιδειξάμενος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος καινοποίησιν ἐργασάμενος, κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα, ὥστε εἶναι τὰ ἔθνη σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος γράφει[2]), [e]ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος ᾖ Θεὸς ἀληθῶς καὶ ὁ Θεὸς ᾖ ἄνθρωπος ἀληθῶς, ἵνα ᾖ καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς καὶ Θεὸς ἀληθῶς.

P. 944. οὐχὶ ἀνθρώπου πρὸς τὸν Θεὸν ὄντος, ὡς ὑμεῖς συκοφαντοῦντες λέγετε, διασύροντες τὸ τῶν χριστιανῶν μυστήριον, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς εὐδοκήσαντος τῷ πληρώματι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν τοῦ ἀρχετύπου πλάσιν ἀνθρώπου καὶ ποίησιν καινὴν ἐκ μήτρας παρθένου ἀναστήσασθαι ἑαυτῷ φυσικῇ γεννήσει [f]καὶ ἀλύτῳ ἑνώσει, ἵνα τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων σωτήριον πραγματείαν ποιήσηται, ἐν πάθει καὶ θανάτῳ καὶ ἀναστάσει τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων κατεργαζόμενος.

6. Ἀλλὰ λέγετε ὅτι εἰ πάντα ἔλαβε, πάντως δή που καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς εἶχεν· ἀδύνατον [g]δέ ἐστιν ἐν λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἁμαρτίαν μὴ εἶναι· καὶ πῶς ἔσται χωρὶς ἁμαρτίας ὁ Χριστός; εἴπατε τοίνυν· εἰ τῶν ἁμαρτητικῶν λογισμῶν δημιουργὸς ὁ Θεός, προσακτέον τῷ Θεῷ τὴν ἰδίαν [h]δημιουργίαν, ἦλθε; προσάγεσθαι τὴν ἰδίαν ποίησιν. ἀλλὰ ἄδικος ἔσται πάλιν ἡ κρίσις καταδικάζουσα τὸν ἁμαρτήσαντα, εἰ γὰρ ἁμαρτητικοὺς λογισμοὺς ἐδημιούργησεν ὁ Θεός, πῶς καταδικάζει τὸν ἁμαρτήσαντα; καὶ πῶς οἷόν τε παρὰ Θεοῦ τοιαύτην κρίσιν γενέσθαι; εἰ δὲ καὶ ὁ Ἀδὰμ ὑπέκειτο τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς πρὶν ἢ παρακοῦσαι τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς, καὶ πῶς οὐκ ἐγίνωσκε καλὸν καὶ πονηρόν, λογικὸς μὲν ὢν τὴν φύσιν, ἐλεύθερος δὲ τὸν λογισμόν, πεῖραν κακοῦ οὐκ εἰδώς, μόνον δὲ τὸ καλὸν γινώσκων καὶ ὥςπερ τις μονότροπος[3]) ὤν; παρακούσας δὲ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ ὑποπίπτει τοῖς

1) Hebr. 4, 15. 2) Ephes. 3, 6. 3) Psal. 68 [67. LXX.], 7.

a. Segner. Gobler. et Felckm. l. ἰδίαν τε σάρκα. Editi et alii ἰδίαν δὲ σάρκα. Mox idem cum Anglic. γεννήσεως. Editi γενέσεως.

b. Gobler. et Felckm. l. καὶ σπέρματος ἁγίου. Segner. ἐκ πνεύματος ἁγίου.
c. Segner. πάντα ἔλαβεν.
d. κατὰ πάντα deest in Segner.

in re vere diceretis, sed Deum genitum adfirmatis, qui propriam carnem specie tantum exhibuerit. Non enim Deus initium nascendi ex Nazaret sortitus est, sed qui existit ante saecula Verbum Deus ex Nazaret homo visus est, natus ex Maria Virgine et Spiritu sancto in Bethlehem Iudaeae ex semine David, Abrahae et Adae, uti scriptum est, omniaque assumsit ex Virgine, quaecumque ab initio Deus ad constitutionem hominis efformavit et condidit excepto peccato, ut Apostolus quoque ait: *Pro similitudine per omnia praeter peccatum,* nec divinitatis mutationem, sed humanitatis innovationem arbitrio suo effecit, quo *gentes* Christo *concorporales et comparticipes* fierent, quemadmodum scribit Apostolus, utque homo revera Deus et Deus revera homo foret, essetque ille vere homo et vere Deus, non quod homo apud Deum esset, ut vos calumniantes Christianorumque mysterio obtrectantes dicitis, sed quod Deo unigenito placuerit, plenitudine suae divinitatis archetypi hominis naturam novumque opificium ex utero Virginis in seipso per naturalem generationem et indissolubilem unionem restaurare, ut et pro hominibus salutare negotium perficeret, inque passione, morte et resurrectione hominum redemtionem absolveret.

P. 943. P. 944.

6. Sed obiicitis: „Si omnia accepit, sane et humanas cogitatio„nes habuit; impossibile autem est humanis cogitationibus non inesse „peccatum; quomodo igitur Christus absque peccato erit?“ Imo respondete vos ipsi: Si vitiosarum cogitationum Deus creator fuerit, adiungendum Deo est proprium opificium, venit enim ut proprium opus sibi adiungeret. Sed eo pacto iniusto sane iudicio peccator damnatur. Nam si vitiosas cogitationes creavit Deus, quid est quod peccantem condemnet, aut qui potest a Deo huiusmodi iudicium proficisci? Quod si Adam antequam Dei mandatum transgrederetur eiusmodi cogitationibus obnoxius fuit, qui fieri potuit ut bonum et malum non cognosceret? Certe naturâ quidem rationalis, cogitatione vero liber mali experientiam non habebat, soliusque boni notitia praeditus quasi *unius*

e. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος ᾖ θεὸς ἀληθῶς. οὐχὶ ἀνθρώπου,* omissis intermediis.

f. Basil. *καὶ ἀναλύτῳ.* Mox *σωτήριον* deest in editis, sed legitur in Segueriano, Anglic. Gobler. et Felckm. 1. Paulo post Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *τὴν ἀπολύτρωσιν τῶν ἀνθρώπων.* Editi vero et alii *τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων.* Mox *ἀλλὰ λέγετε* habentur in Synod. VI. Act. 8. [Mansi Conc. Coll. Tom. XI. pag. 361.].

g. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. atque ita legit Nannius. Editi *ἀδύνατον δὲ ἦν λογισμοῖς.*

h. Anglic. *δημιουργίαν. ἡ κρίσις καταδικάζουσα.* Ibidem Seguer. *προσαγαγέσθαι τήν.* Mox Basil. *ἄδικός ἐστι.*

P.944. [a]ἁμαρτητικοῖς λογισμοῖς, οὐ τοῦ θεοῦ δημιουργήσαντος τοὺς αἰχμαλωτίζοντας λογισμούς, ἀλλὰ τοῦ διαβόλου ἐξ ἀπάτης ἐπισπείραντος τῇ λογικῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου ἐν παραβάσει γενομένῃ καὶ ἀπωσθείσῃ ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ὥςτε τὸν διάβολον καὶ νόμον ἁμαρτίας καταστήσασθαι ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου καὶ θάνατον βασιλεύοντα διὰ τοῦ ἔργου τῆς ἁμαρτίας. διὰ τοῦτο οὖν ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου. ἀλλὰ λέγετε· ἔλυσεν ἁμαρτήσας. ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὕτη λύσις τῆς ἁμαρτίας· [b]οὐ γὰρ ἐκείνῳ ἀρχῆθεν εἰργάσατο ὁ διάβολος τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα ἐλθόντος αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον καὶ μὴ ἁμαρτήσαντος λυθῇ ἡ ἁμαρτία, ἀλλ' ἐν τῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ φύσει τοῦ ἀνθρώπου [c]ἐπισπείρας εἰργάσατο διάβολος τὴν ἁμαρτίαν. διὰ τοῦτο ἀδύνατον γέγονε τῇ φύσει λογικῇ οὔσῃ καὶ ἑκουσίως ἁμαρτησάσῃ καὶ ὑπὸ καταδίκην θανάτου γενομένῃ ἑαυτὴν ἀνακαλέσασθαι εἰς ἐλευθερίαν, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος· τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει [d]διὰ τῆς σαρκός[1]). διὰ τοῦτο δι' ἑαυτοῦ ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ταύτην ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει καταστήσασθαι ἐκ νέας ἀρχῆς καὶ γενέσεως θαυμαστῆς,
P.945. οὐ τὴν ἀρχῆθεν σύστασιν καταμερίσας, ἀλλὰ τὴν ἐπισπαρεῖσαν ἀθέτησιν ἀθετήσας, ὡς μαρτυρεῖ ὁ προφήτης λέγων· πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον [e]ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἀπειθεῖ πονηρίᾳ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν[2]). εἰ δὲ μὴ ἐν τῇ ἁμαρτησάσῃ φύσει ἡ ἀναμαρτησία ὤφθη, πῶς κατεκρίθη ἡ ἁμαρτία ἐν τῇ σαρκί[3]), μήτε τῆς σαρκὸς τὸ πρακτικὸν ἐχούσης μήτε τῆς θεότητος [f]ἁμαρτίαν γινωσκούσης; πῶς δὲ ὁ ἀπόστολος λέγει· ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερερίσσευσεν ἡ χάρις[4]); οὐ τόπον διαγράφων, ἀλλὰ φύσιν ὑποτιθέμενος· ἵνα ὥςπερ, φησί, δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰςῆλθεν εἰς τὸν κόσμον καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, οὕτως καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον[5]), ἵνα δι' ἧς φύσεως ἡ προχώρησις τῆς ἁμαρτίας γέγονε, [g]δι' αὐτῆς καὶ ἡ ἐπίδειξις τῆς δικαιοσύνης γένηται, καὶ οὕτως λυθῇ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, ἐλευθερωθείσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ δοξασθῇ ὁ θεός.

7. Ἀλλὰ πάλιν λέγετε· εἰ ἄνθρωπος ὁ Χριστός, μέρος ἔσται τοῦ κόσμου, μέρος δὲ κόσμου κόσμον σῶσαι οὐ δύναται. ἃ ἐπι-

1) Rom. 8, 3. 2) Esa. 7, 16. 3) Rom. 8, 3. 4) Rom. 5, 20. 5) Rom. 5, 12. 21.

a. τοῖς ἁμαρτητικοῖς λογισμοῖς. Ita Anglic. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. In editis τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς. Infra Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐπισπείραντος. Editi vero et alii ἐπισπείροντος.

b. Anglic. Gobler. Felckm. 1. Nann. et Seguer. οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῳ πλασθέντι. (Anglic. πλασθὲν) διὰ τοῦ λόγου εἰργάσατο... ἵνα ἐλθόντος τοῦ (Angl. αὐτοῦ) λόγου etc. Sed nos editorum nec non quorumdam mss. lectionem sequi malumus.

c. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐπισπείρας εἰργάσατο, in editis ἀρχῆθεν εἰργάσατο, male.

moris erat. Postquam autem Dei mandatum transgressus est, in vi- P. 944.
tiosas lapsus est cogitationes, non quod Deus illas cogitationes, quae **nos in** captivitatem redigunt, condiderit, sed quod diabolus fraude illas **in rationali** hominum natura in praevaricatione constituta et a Deo **expulsa** quasi alienum semen induxerit, ita ut diabolus legem peccati **in natura** hominis constituerit unaque mortem, quae per opus peccati **in illa** dominatum exerceat. Quocirca venit Filius Dei, ut solvat opera **diaboli.** Sed instatis: „Iam solvit, cum non peccaverit." At nequa**quam** est illud peccatum solvere. Neque enim ab initio peccatum in **illo** operatus est diabolus, ut veniente Verbo in mundum et non pec**cante** solveretur peccatum, sed in rationali et intellectuali natura ho**minis** per inductum semen diabolus peccatum est operatus. Quapro**pter** impossibile fuit naturae rationali, quae sua sponte peccaverat ac **mortis** damnationi subiecta erat, sese in libertatem revocare, ut ait **Apostolus**: *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem.* Quapropter venit ipse Dei Filius, ut eam in natura sua per novam originem et mirabilem generationem restauraret. Non quo eam P. 945.
quae ab initio facta erat constitutionem divideret, sed quo super-seminatam abrogationem abrogaret, ut testatur Propheta dicens: *Priusquam cognoscat parvulus bonum vel malum, reprobat malitiam ad eligendum bonum.* Quod si in natura, quae peccaverat, impeccabilitas non apparuisset, cur peccatum in carne damnatum esset, cum neque caro peccati actum habeat, neque in divinitatem peccatum cadat? Quare Apostolus dicit: *Ubi abundavit peccatum, ibi superabundavit et gratia,* non locum indicans, sed naturam significans? *Ut sicut,* inquit, *per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, ita per unum hominem Iesum Christum gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam,* ut per quam naturam peccatum processit, per eandem iustitiae specimen daretur, et sic humana natura a peccato liberata diaboli opera solverentur Deoque gloria daretur.

7. At rursum dicitis: „Si homo est Christus, pars erit mundi; „pars autem mundi mundum salvum facere nequit." O fallaciae com-

d. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Editi autem *διὰ σαρκὸς, διὰ τοῦτο ἦλθεν.* Infra Gobler. et Felckm. 1. et 5. *νεαρᾶς ἀρχῆς.*

e. Ita Segnerian. Gobler. et Felckm 1. Editi vero *καλὸν, ἢ κακόν.*

f. Sic Seguer. Editi et alii *ἁμαρτίας.* Paulo post Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ὑπερεπερίσσευσεν.* Editi vero et alii *ὑπεπερίσσευσεν.* Mox Seguer. Gobler. Anglic. et Felckm. 1. *οὐ τόπον ὑπογράφων.*

g. Anglic. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *διὰ ταύτης.* Ibidem *καί* deest in Basil. Paulo post Seguer. *ἐλευθερουμένης τῆς ἀνθρώπου.* Gobler. et Felckm. 1. *ἐλευθερωθείσης τῆς ἀνθρωπίνης.*

P. 945. νοια ἀπάτης καὶ ἀπόνοια βλασφημίας. λεγέτωσαν γὰρ ποίας γρα-
φῆς οὗτος ὁ ὅρος ἢ τοῦ διαβόλου σόφισμα, καί τοι τοῦ προφήτου
λέγοντος· ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος[1]), καὶ ἀλ-
λαχοῦ· καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν
αὐτὴν ὁ ὕψιστος[2]). πῶς οὖν [a]Χριστὸς οὐ σώζει κόσμον, γενόμενος
ἄνθρωπος, ὁπότε δὴ πρόδηλον ὅτι ἐν ᾗ φύσει ἐπράχθη ἡ ἁμαρτία,
ἐν αὐτῇ γέγονεν ἡ περίσσεια τῆς χάριτος; τίς δὲ περίσσεια τῆς
χάριτος; ὅτι [b]ὁ λόγος ἄνθρωπος γέγονε, μένων θεός, ἵνα καὶ ἄν-
θρωπος γενόμενος θεὸς πιστευθῇ, ὡς καὶ ἄνθρωπος ὢν ὁ Χρι-
στὸς θεός ἐστιν, ὅτι θεὸς ὢν γέγονεν ἄνθρωπος καὶ σώζει τοὺς
πιστεύοντας ἐν ἀνθρώπου μορφῇ. ἐὰν γὰρ ὁμολογήσῃς κύριον Ἰη-
σοῦν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ
θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. νέκρωσιν [c]δὲ θεὸς οὐκ
ἐπιδέχεται οὔτε ἀναστάσεως δέεται, ἀλλὰ ἐκ νεκρῶν ἀνίστησιν·
ὅθεν χρεία γέγονεν ἔχειν τι τὸν θεόν, ὃ προσενέγκῃ ὑπὲρ ἡμῶν
εἴτε ἐν θανάτῳ εἴτε ἐν ζωῇ, ὥστε [d]τούτῳ μᾶλλον σώζει ὁ λόγος,
ὅτι ἄνθρωπος γέγονεν.

8. Ἀλλὰ πάλιν λέγετε· καὶ πῶς δύναται ἡ ἐν συνηθείᾳ τῆς
ἁμαρτίας γενομένη φύσις καὶ τὴν διαδοχὴν τῆς ἁμαρτίας [e]διαδε-
ξαμένη χωρὶς ἁμαρτίας εἶναι; ὅ ἐστιν ἀδύνατον· ἔσται δὲ καὶ ὁ
Χριστὸς ὡς εἷς τῶν ἀνθρώπων. ταῦτα δὲ καὶ Μαρκίων ἐφρόνησε
ταύτην καὶ Μανιχαῖος [f]εἰσηγήσατο τὴν γνώμην, τοῦ ἀνθρώπου τὴν
P. 946. σάρκα καὶ αὐτὴν τὴν γέννησιν ὑπὸ τὸν ἄρχοντα τῆς κακίας τάσσων
καὶ ἐξουσιαστὴν τοῦτον ἐπιγραφόμενος, ἐπειδὴ ᾧ τις ἥττηται
[g]τούτῳ καὶ δεδούλωται. τούτων καὶ ὑμεῖς ἀνανεοῦσθε τὴν γνώ-
μην καθ' ἕτερον τρόπον, τὴν νοερὰν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, ἥτις
νοεῖται ψυχή, προσεπιδιδόντες καὶ ἄφευκτον ταύτην τῆς ἁμαρτίας
διοριζόμενοι, κἂν ὅτι μάλιστα καὶ ψυχὴν σαρκικὴν γεγράφατε, πό-
θεν μαθόντες οὐ συνεπίσταμαι. οὔτε γὰρ ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν
ἐστιν εὑρεῖν τοῦτο οὔτε ἐν τῷ κοινῷ τῶν ἀνθρώπων λογισμῷ, τοῦ
κυρίου λέγοντος· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν [h]ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα,
τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι[3]). καὶ πῶς εἰ σαρκική ἡ
ψυχὴ καθ' ὑμᾶς, οὐ συνθνήσκει τῷ σώματι καὶ συμφθείρεται; πῶς
δὲ καὶ ὁ Πέτρος τὰς [i]ἐν ᾅδῃ κατεχομένας ψυχὰς πνεύματα ὀνο-
μάσας ἔλεγεν· ἐπορεύθη τοῖς ἐν φυλακῇ κατακεκλεισμένοις πνεύ-

1) Psal. 49 [48. LXX.], 8. 2) Psal. 87 [86. LXX.], 5. 3) Matth. 10, 28.

a. λόγος οὐ σώσει. Sic Seguer. Editi Χριστὸς οὐ σώζει. Anglic. Χριστὸς ὁ λόγος οὐ σώσει. Mox in Anglic. δή deest, ut et in Seguer. Ibidem Gobler. et Felckmanni 1. ὅτε δὴ πρόδ.

b. Sic Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. Editi vero et alii ὁ θεός.

c. Seguer. δὲ θεότης. Gobler. et Felckmanni 1. δὲ θεότητος.

d. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. τοῦτο.

nentum! o insana blasphemia! Dicant ex quanam Scriptura depromta P. 945.
sit ista definitio aut potius hoc diaboli sophisma. Quandoquidem Propheta dicit: *Frater non redimit, redimet homo,* et alibi: *Et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.* Qui fieri potest igitur ut Verbum homo factum mundum non redimat, cum manifestum sit, in qua natura commissum est peccatum, in ea quoque extitisse gratiae exuberantiam? Quaenam autem gratiae exuberantia? quod Verbum factum sit homo, manens tamen Deus, ut et homo factum Deus crederetur, quemadmodum et Christus homo cum sit Deus tamen est, quia cum Deus esset factus est homo, et in hominis forma credentibus salutem impertit. Si enim Dominum Iesum ore tuo confessus fueris, et in corde tuo credideris, quod Deus illum ex mortuis excitarit, salvus eris. Nex autem in Deum non cadit, qui nec resurrectione opus habet, sed ipse a mortuis excitat. Unde necesse fuit, ut aliquid Deus haberet, quod pro nobis offerret sive in morte sive in vita; quapropter Verbum, quod homo factum sit, eo magis salutem operatur.

8. Sed iterum obiicitis: „Ecqua ratione potest natura, quae in „consuetudine peccati edita est et quae peccati successionem excepit, abs„que peccato esse? quod impossibile cum sit, erit igitur Christus ut unus „ex hominibus." Haec et Marcion sensit, hanc et Manichaeus induxit sententiam, qui carnem hominis ipsamque generationem sub malitiae prin- P. 946.
cipe constituit, ipsique Dominatoris titulum adscripsit, cum a quo quis victus est, eiusdem et servus reddatur. Horum sententiam vos quoque renovatis, dum diversa ratione spiritualem hominis naturam, quae anima esse intelligitur, una illi subiicitis, quam non posse peccatum vitare statuitis, quantumcumque tandem animam carnalem esse scribatis. Unde autem haec didiceritis ignoro, cum neque in sacris Scripturis neque in vulgata hominum sententia id admittatur, Domino dicente: *Ne timeatis ab iis, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Atqui si carnalis est anima, ut vestra fert opinio, cur non una cum corpore moritur et perit? Et cur Petrus animas in inferno detentas spiritus vocans ait: *Abiit, ut iis qui in carcere inclusi erant spiriti-*

Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. σώζει ὁ λόγος. Editi vero et alii σώζει ὁ χριστός.

e. Anglic. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. δεξαμένη. Mox Seguer. ἔσται οὖν. Ibid. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. καὶ ὁ Χριστός. Editi et alii mss, καὶ ὁ υἱός.

f. Seguer. εἰσηγάγετο. Editi vero et alii εἰσηγήσατο. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. τὴν γέννησιν. Editi et alii τὴν γένεσιν.

g. Gobler. et Felckm. 1. τούτῳ δεδούλωται.

h. Basil. ἀποκτενώντων. Gobler. et Felckm. 1. ἀποκτενόντων. Ad quem locum notat Δοξαπατρῆς: τοῦτο Ἀριστοτέλης ληρεῖ, ἐνδελεχῶς σωματοποιῶν τὰς ψυχάς. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. πῶς ἡ σαρκικὴ ψυχή. Mox Basil. οὐ θνήσκει.

i. Seguer. ἐν ᾅδου. Ibid. Basil. καταδεχομένας ψυχάς.

P.946. μασιν εὐαγγελίσασθαι τὴν ἀνάστασιν[1]); ἀλλὰ ὑμεῖς πάντα πα[illegible] φύσιν λέγετε καὶ ὀνομάζετε, ἵνα μή ποτε κατὰ φύσιν διηγούμενοι τὴν οἰκονομίαν ἐπαληθεύσητε τῷ λόγῳ, ὅτι [a] καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ἀληθῶς ὁ λόγος. εἰρήκατε γὰρ ὅτι φωνὴ θεοῦ ἐστιν ἡ λέγουσα ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐπιμελῶς [illegible] νεότητος[2]), οὐ νοοῦντες ὅτι ἐκ νεότητος εἰρηκὼς τὸ ἐξ ἐπιστ[illegible] καὶ [b] ἐπίκηρον ἐδήλωσε. διὰ τοῦτο ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας[3]) αὐτοῦ ἀναστῆσαι τὸν Χριστὸν [illegible] κατὰ σάρκα, οὐχὶ ἄνδρα ἐκ μεταποιήσεως θεότητος ὀφθησόμενον (ἐπεὶ τίς ἦν χρεία τοῦ ὀμόσαι τῷ Δαβὶδ τὸν κύριον;), ἀλλὰ λαβόντα τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἐν ἀνοχῇ τῆς [c] γεννήσεως τῆς [illegible] γυναικὸς καὶ αὐξήσεως ἡλικίας τῆς καθ' ἡμᾶς, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος· ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκός, [illegible] αὐτὸς [d] παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν[4]), [e] παραπλησίως μὲν ὅτι οὐκ ἐκ σπέρματος ἀλλ' ἐκ πνεύματος, τῶν δὲ αὐτῶν, ὅτι μὴ ἑτέρωθεν ἀλλ' ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ καὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἀδάμ, ὡς γέγραπται.

9. Πῶς οὖν παρελθόντες τὰς ἁγίας γραφὰς καὶ τῆς ἀληθείας τὴν φανέρωσιν λέγετε, ὅτι εἰ μὴ [f] ἐξ ἑαυτοῦ ἀνὴρ ὤφθη, ἀλλὰ λαβὼν ἀνθρωπίνην ὕπαρξιν ἐγένετο ἄνθρωπος, πρὸς ἄνδρα ἄρα ἀνήφθη, ἔσται δὲ καὶ ὁ σταυρωθεὶς κύριος τῆς δόξης ἄνθρωπος; ἐὰν οὖν ἀκούσητε τοῦ Πέτρου λέγοντος· τοῦτον καὶ Χριστὸν καὶ κύριον ὁ θεὸς ἐποίησε τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε[5]), ἐπὶ τίνος τὴν ποίησιν [g] λαμβάνετε; εἰ μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ λόγου θεότητος, τί ἔτι Ἀρειανοῖς μέμφεσθε τὰ ἴσα ἐκείνοις φρονοῦντες; εἰ δὲ ἐπὶ
P.947. τῆς ἐν τῷ λόγῳ τοῦ δούλου [h] μορφῆς, τί ἔτι ἑαυτοῖς μάχεσθε; ἀλλ' οὐχ οὕτως ὑμεῖς πεπιστεύκατε· πάλιν γὰρ λέγετε· εἰ ἡ ἁμαρτήσασα φύσις ἐν θεῷ γέγονεν ἁμαρτίαν μὴ ποιήσασα, ἀνάγκῃ τοίνυν κατέχεται, τὸ δὲ ἀνάγκῃ κατεχόμενον βίαιόν ἐστιν. εἴπατε τοίνυν. εἰ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν κατὰ ἀνάγκην γίνεται, τὸ ἁμαρτάνειν κατὰ φύσιν ἔσται· δώσετε οὖν τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν τῆς ἁμαρτίας εἶναι ἐνεργόν. εἰ δὲ [i] βλασφημία ἐστὶ τὸ τοιοῦτον, κατὰ ἀνάγκην δὲ τὸ ἁμαρτάνειν συμβέβηκεν, πρόδηλον ὅτι τὸ μὴ ἁμαρτάνειν κατὰ φύσιν γέγονε. [k] διὰ τοῦτο ἐν τῇ τοῦ λόγου θεότητι ὀφθεῖσα ἡ τοῦ

1) 1. Petr. 3, 19. 2) Gen. 8, 21. 3) Psal. 132 [131. LXX.], 11. 4) Hebr. 2, 14. 5) Act. 2, 36.

a. *καί* deest in Seguer. Mox Seguer. et Anglic. *ἀληθῶς ὁ λόγος:* Editi vero et alii *ἀληθῶς ὁ Χριστός*. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *φωνὴ κυρίου*. Ibid. Seguer. *ἡ διδάσκουσα, ὅτι*.

b. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἐπικήρως*. Anglic. *ἐπίκαιρον*. Paulo post Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα*. Editi vero et caeteri mss. *ἀναστῆσαι τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα*.

c. Ita Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. Editi vero *γενέσεως*.

d. *παραπλησίως* hic non similiter

us resurrectionem annunciaret? Sed vos omnia praeter naturam dicitis et appellatis, ne iuxta naturalem sensum oeconomiam enarrantes vera proferatis, nempe Verbum vere hominem factum esse. Dixistis enim ipsa Domini voce testatum illud esse: *Sensus et cogitatio hominis in malum prona est ab adolescentia sua,* non intelligentes, cum dixit *ab adolescentia,* illud, quod ab inimico insitum et letale est, indicasse. Ideoque iuravit Dominus David veritatem, de fructu ventris eius se Christum secundum carnem excitaturum, non qui ex Divinitatis mutatione homo specie tenus videndus esset (alioquin quid opus fuisset ut iuraret Dominus David?), sed qui formam servi assumturus esset, ex Virgine nasci ac aetatis staturaeque augmentum nostro more accipere dignaretur, ut ait Apostolus: *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem; similiter* quidem, quia non ex semine, sed ex Spiritu, *eisdem* vero, quia non aliis participavit, sed ex semine David et Abrahae et Adae prodiit, ut scriptum est. P.946.

9. Cur itaque sacras Scripturas apertamque veritatem praetermittentes dicitis: „Si non ex se ipse vir apparuit, sed humanam as„sumendo substantiam homo factus est; ergo viro coniunctus est, „eritque Dominus gloriae, qui crucifixus est, homo?“ Si igitur audieritis Petrum dicentem: *Hunc Christum et Dominum fecit Deus Iesum, quem vos crucifixistis,* quidnam factum intelligetis? Si Verbi Deitatem, ecquid adhuc Arianos reprehenditis, cum eadem quae illi sentiatis? Si vero eam quae in Verbo est servi formam, cur adhuc vobiscum pugnatis? Verum nequaquam ita creditis, nam iterum instatis: P.947.
„Si natura, quae peccavit, in Deo existens peccatum non fecerit, vi ergo „detinetur, quod autem vi detinetur, in statu est violento.“ At dicite, si non peccare ex necessitate fit, peccare secundum naturam erit; et si ita se res habet, concedatis oportet naturae creatorem peccati esse opificem. Quod si blasphemum illud est, et si necesse est ex accidenti peccatum esse, liquidum est non peccare secundum naturam fuisse, atque adeo forma servi, quae in Verbi Deitate apparuit, non vi adacta, sed suapte na-

omnino, sed proxime ad similitudinem significat.

e. Sic Seguer. recte. Editi vero *παραπλησίως δέ.* Infra Seguer. solus *ὅτι οὐχ ἑτέρων.*

f. Ita Seguer. Editi vero *ἐξ αὐτοῦ.*

g. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. *λαμβάνητε ἐπὶ τῆς τοῦ λόγου θεότητος, καὶ τί ἔτι,* male.. Mox iidem *τὰ ἴσα ἐκείνων.*

h. Ita Seguer. Gobler. et Felckm. 1., quos sequimur. Editi vero cum caeteris mss. *μορφῆς. καὶ πάλιν ἑαυτοῖς.* Paulo post Gobler. et Felckm. 1. *ὅτι ἡ ἁμαρτήσασα.* Infra Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. *τὸ δὲ ἐν ἀνάγκῃ.*

i. Seguer. *βλασφημίας.*

k. Haec in Synodo VI. Act. 8 [Mansi Conc. Coll. Tom. XI. p. 364.].

P. 947. δούλου μορφὴ οὐκ ἀνάγκῃ ὑποκειμένη, ἀλλὰ φύσει καὶ δυνάμει τὴν ἀναμαρτησίαν ἐπιδείκνυται, διαλύσασα τὸν τῆς ἀνάγκης ὅρον τε τὸν τῆς ἁμαρτίας νόμον, καὶ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας τύραννον [a]αἰχμαλωτεύσασα, ὥς φησιν ὁ προφήτης· ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν[1]), τὴν γὰρ μορφὴν τοῦ δούλου κατὰ τοῦ ἐχθροῦ προβαλλόμενος ὁ λόγος τὴν νίκην πεποίηται διὰ τοῦ ποτε ἡττηθέντος. διὰ τοῦτο καὶ πάντα τὸν πειρασμὸν συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἔλαβε τὰ πειρασμοῦ πεῖραν ἐσχηκότα, δι' ὧν [b]τὴν τῶν ἀνθρώπων νίκην πεποίηται, λέγων· θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον[2]). οὐ γὰρ πρὸς θεότητα ἤρατο τὸν πόλεμον ὁ διάβολος, ἣν ἠγνόησεν, οὐδὲ γὰρ ἐτόλμα, [c]διὰ τοῦτο ἔλεγεν· εἰ σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ[3]), ἀλλὰ πρὸς ἄνθρωπον, ὃν πάλαι πλανῆσαι ἴσχυσε καὶ ἐξ ἐκείνου εἰς πάντας ἀνθρώπους [d]ἐξέτεινε τῆς κακίας αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν. τῆς δὲ τοῦ Ἀδὰμ ψυχῆς ἐν καταδίκῃ θανάτου κατεχομένης καὶ βοώσης πρὸς τὸν ἑαυτῆς [e]δεσπότην διαπαντός, καὶ τῶν εὐαρεστησάντων τῷ θεῷ καὶ δικαιωθέντων ἐν τῷ φυσικῷ νόμῳ συγκατεχομένων τῷ Ἀδάμ, συμπενθούντων τε [f]καὶ συμβοώντων ἐλεήσας ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐποίησεν, ηὐδόκησε διὰ μυστηρίου φανερώσεως καινότητος σωτηρίαν κατεργάσασθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ καθαίρεσιν μὲν ποιήσασθαι τοῦ [g]διὰ φθόνον ἀπατήσαντος ἐχθροῦ, ὕψωσιν δὲ ἀσυλλόγιστον ἀναδεῖξαι τοῦ ἀνθρώπου τῇ πρὸς τὸν ὕψιστον ἑνώσει καὶ κοινωνίᾳ φύσει καὶ ἀληθείᾳ.

10. Διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ λόγος, θεὸς ὢν καὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου δημιουργός, γενέσθαι ἄνθρωπος εἰς ζωοποίησιν μὲν τοῦ ἀνθρώπου, καθαίρεσιν δὲ τοῦ ἀδίκου ἐχθροῦ, καὶ ἐγεννήθη ἐκ γυναικός, ἐκ τῆς πρώτης πλάσεως τὴν ἀνθρώπου μορφὴν [h]ἐν ἑαυτῷ ἀναστησάμενος, ἐν ἐπιδείξει σαρκὸς δίχα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ἐν εἰκόνι καινότητος. ἡ γὰρ θέλησις [i]θεότητος μόνης, ἐπειδὴ καὶ φύσις ὅλη τοῦ λόγου ἐν ἐπιδείξει μορφῆς
P. 948. τῆς ἀνθρωπίνης [k]καὶ σαρκὸς τῆς ὁρωμένης τοῦ δευτέρου Ἀδάμ, οὐκ ἐν διαιρέσει προσώπων, ἀλλ' ἐν ὑπάρξει θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος. διὰ τοῦτο γὰρ [l]προσήει ὁ διάβολος τῷ Ἰησοῦ ὡς ἀν-

1) Psal. 68 [67. LXX.], 19. 2) Ioan. 16, 33. 3) Matth. 4, 3. 6.

a. Ita Seguer. Anglic. Gobler. et Felckmanni 1. Editi vero et caeteri mss. αἰχμαλωτεύσας. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἀνέβη. Editi et alii ἀνέβης, recte. Ibidem Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. ᾐχμαλώτευσεν. Ibidem Gobler. et Felckm. 1. τὴν μορφήν omisso γάρ. Mox Seguer. προβαλόμενος.

b. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. τὴν ὑπὲρ ἡμῶν νίκην. Basil. ὑπὲρ ἀνθρωπίνην νίκην. Editi vero et alii τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων νίκην.

c. Basil. διὰ ταῦτα.

d. Gobler. et Felckm. 1. ἐξέτεινε τὴν κακίαν αὐτοῦ. τῆς δὲ τοῦ Ἀδάμ.

e. Anglic. δεσπότην διηνεκῶς.

ura et virtute se peccati expertem exhibet, postquam necessitatis con- P. 947.
litionem et peccati legem dissolvit, et captivitatis Tyrannum in captivitatem adduxit, ut ait Propheta: *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem.* Nam cum formam servi inimico Verbum obiecerit, per eum, qui olim victus fuerat, victoriam consequutus est. Quocirca per omne tentationis genus pertransivit Iesus, quia omnia sumsit, in quae tentationis experimentum cadere possit, quibus victoriam pro hominibus reportavit, dicitque: *Confidite, ego vici mundum.* Neque enim contra Deitatem, quam in illo non norat, bellum suscepit diabolus, nequaquam enim id ausus esset, ideoque aiebat: *Si Filius Dei es*; sed contra hominem, quem olim in errorem deducere valuit, ex quo in omnes homines malitiae suae efficaciam propagavit. Cum autem Adae anima in mortis condemnatione detineretur ac perpetuo ad Dominum suum clamaret, item cum ii, qui Deo placuerant et qui in lege naturali iustitiam assequuti fuerant, una cum Adamo detinerentur ac simul cum illo lugerent clamarentque, Dominus quem condiderat hominem miseratus voluit per mysterium, quod manifestavit, novam salutem humano generi conciliare, inimicumque, qui per invidiam hominem deceperat, profligare, exaltationem autem hominis unione illa et communicatione cum Altissimo (natura et rei veritate) maiorem quam quae intelligi possit exhibere dignatus est.

10. Propterea venit Verbum, quod Deus erat et primi hominis creator, ut homo fieret, quo homo quidem reviviisceret, iniquus autem hostis profligaretur; quod natum ex muliere ex prima efformatione formam hominis in seipso restituit, carnem vero suam absque carnalibus cupiditatibus et absque humanis cogitationibus in imagine novitatis exhibuit. Voluntas enim solius Divinitatis erat, siquidem natura tota Verbi aderat sub specimine humanae formae necnon visibilis secundi Adam carnis, non in divi- P. 948.
sione personarum, sed in existentia divinitatis et humanitatis. Quapropter

f. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. καὶ βοώντων.

g. Seguer. διὰ φθόνου. Paulo post Basil. ἀνθρώπου καὶ πρὸς τόν.

h. Ita Seguer. In editis ἐν deest.

i. Seguer. θεότητος μόνη, sed praestat antiqua lectio, estque Athanasii sententia, voluntatem in Christo ita solius divinitatis esse, ut ex divini Verbi voluntate omnes in Christo cogitationes actusque prodirent, ita ut nulla in eo carnalis cupiditas, nulla humana cogitatio, vitiosa scilicet, oriretur. Nec humanam tamen inesse Christo voluntatem negat, quam diserte admittit S. Doctor superius pag. 887 [de incarn. et contra Arianos nr. 21.: ὅταν λέγῃ· πάτερ, εἰ δυνατὸν τὸ ποτ. τοῦτο παρελθ. ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γένηται, ἀλλὰ τὸ σόν, καὶ τὸ μὲν πνεῦμα ... ἀσθενής (Matth. 26, 39. 41.), δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι, τὸ μὲν ἀνθρώπινον, ὅπερ ἐστὶ τῆς σαρκὸς, τὸ δὲ θεϊκὸν, ὅπερ θεοῦ. etc.].

k. Ita Seguer. In editis καί deest.

l. Seguer. προςῄει. Gobler. et Felckmanni 1. προςείη. Editi πρόςεισι.

P. 948. θρώπῳ, μὴ εὑρίσκων δὲ ἐν αὐτῷ τῆς παλαιᾶς αὐτοῦ ἐπισπορᾶς a γνώρισμα μηδὲ τῆς πρὸς τὸ παρὸν ἐπιχειρήσεως προχώρησιν ἡττᾶτο αἰσχυνόμενος καὶ νικώμενος, καὶ ἀτονῶν ἔλεγε· τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ, τουτέστιν b ἐκ γῆς ἀνθρώπων, διαβαίνων βίᾳ μετὰ ἰσχύος[1]); διὸ καὶ ὁ κύριος ἔλεγεν· ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρίσκει οὐδέν[2]), καίτοι καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα c καὶ ὅλον τὸν πρῶτον μεμαθήκαμεν ἔχειν τὸν δεύτερον Ἀδάμ. εἰ γὰρ περὶ ὑπάρξεως ἀνθρώπου ἦν τὸ οὐδέν, πῶς τὸ σῶμα εἰς τὸ ὁρώμενον εἰρηκότος οὐδέν; ἀλλ' οὐχ εὗρεν ἐν αὐτῷ ὧν αὐτὸς εἰργάσατο ἐν τῷ πρώτῳ Ἀδάμ, καὶ οὕτως κατελύθη ἡ ἁμαρτία ἐν Χριστῷ. διὰ τοῦτο καὶ ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ· ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, d οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ[3]).

11. Πῶς οὖν λέγετε ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἀναιχμαλώτιστον γενέσθαι τὸν ἅπαξ αἰχμαλωτισθέντα ἄνθρωπον; ἵνα τὸ μὲν ἀδύνατον τῷ θεῷ e προσάγητε, τὸ δὲ δυνατὸν τῷ διαβόλῳ, ἀκατάλυτον αὐτοῦ λέγοντες τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ὡς καὶ οἱ ἄλλοι αἱρετικοί, καὶ διὰ τοῦτο ἐληλυθέναι τὴν θεότητα τὴν μὴ αἰχμαλωτιζομένην f ἐν ὁμοιώσει σαρκὸς καὶ ψυχῆς, ἵνα αὐτὴ ἀναιχμαλώτιστος μείνῃ, καὶ οὕτως ὀφθῇ καθαρὰ δικαιοσύνη. g πότε γοῦν οὐκ ἦν τῆς θεότητος καθαρὰ ἡ δικαιοσύνη; τίς δὲ ἐν τούτοις ἀνθρώπων εὐεργεσία, εἰ μὴ ταυτότητι ὑπάρξεως καὶ φύσεως καινότητι ὤφθη ὁ κύριος, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος· ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν[4]), λέγων· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀλήθεια[5]); ἀλλὰ λέγετε τῇ ὁμοιώσει καὶ τῇ μιμήσει σώζεσθαι τοὺς πιστεύοντας, καὶ οὐ τῇ h ἀνακαινίσει καὶ τῇ ἀπαρχῇ. καὶ πῶς πρωτότοκος γέγονεν ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς[6]) καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων[7]) Χριστός, ὅς ἐστι κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας[8]); οὔτε γὰρ πίστις i κατὰ δῆλον φαινομένη πίστις ἂν λέγοιτο, ἀλλ' ἔστι πίστις ἡ τὸ ἀδύνατον ἐν δυνάμει πιστεύουσα καὶ τὸ ἀσθενὲς ἐν ἰσχύϊ καὶ τὸ παθητὸν ἐν ἀπαθείᾳ καὶ τὸ φθαρτὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ τὸ θνητὸν ἐν ἀθανασίᾳ. τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ
P. 949. εἰς τὴν ἐκκλησίαν[9]). οὐ γὰρ ἦλθεν ἡ θεότης ἑαυτὴν δικαιῶσαι,

1) Esai. 63, 1. 2) Ioan. 14, 30. 3) 1. Petr. 2, 22. 4) Hebr. 10, 20. 5) Ioan. 14, 6. 6) Rom. 8, 29. 7) 1. Cor. 15, 20. 8) Col. 1, 18. 9) Ephes. 5, 32.

a. Seguer. γνωρίσματα. Editi vero et alii γνώρισμα. Ibidem Seguer. Gobler. et Felckm. 1. μήτε. Editi μηδέ. Mox Gobler. et Felckm. 1. προσχώρησιν. Editi vero et alii προχώρησιν. Vide supra num. 6. Ibid. Seguer. ἡττᾶται.

b. Seguer. τῶν ἐκ γῆς ἀνθρ. minus recte. Mox idem et Graecus Script. tertus διαβαίων βίᾳ μετὰ ἰσχύος. In editis et in caeteris βίᾳ deest. Ibid. Seguer. διὸ καὶ ὁ Χριστός. Paulo post Basil. et Anglic. εὑρήσει οὐδέν.

iabolus ad Iesum ut ad hominem accedebat, sed cum in eo antiqui P. 948. uperinducti seminis vestigia non reperiret neque ullum in praesenti entatione progressum, superatus cum pudore cessit debilitatusque ait: *Quis est iste, qui venit de Edom,* hoc est ex terra hominum, *incelens violenter cum fortitudine?* Idcirco aiebat Dominus: *Venit Princeps mundi huius et in me nihil invenit,* quamquam et animam et corpus totumque primum Adamum didicimus secundum Adamum habuisse. Nam si illud *nihil* de substantia hominis diceretur, quomodo visibile corpus invenit eius, qui dixerat *nihil?* Sed nihil invenit in illo diabolus ex iis, quae in primo homine operatus ipse fuerat, atque ita destructum est in Christo peccatum, quamobrem Scriptura testatur: *Qui peccatum non fecit, nec est inventus dolus in ore eius.*

11. Cur itaque dicitis: „Impossibile est hominem a captivitate „liberum esse, qui semel in captivitatem actus sit?" ut impotentiam quidem Deo, potentiam vero diabolo adtribuatis, dum dicitis peccatum ab ipso inductum nunquam in hominum natura destrui posse (ut et caeteri aiunt haeretici), ac ea de causa venisse divinitatem, quae captiva nunquam fuerat, in similitudine carnis et animae, ut ipsa captivitate libera semper maneret et sic iustitia pura appareret. Quandonam igitur divinitatis iustitia pura non fuit? Et quodnam in istis erga homines beneficium, nisi cum eadem existentia et in naturae novitate apparuisset Dominus, ut ait Apostolus: *Quam innovavit nobis viam novam et viventem,* dicens: *Ego sum via, veritas et vita?* Sed dicitis similitudine et imitatione salutem consequi eos, qui credunt, non renovatione ac ipsis primitiis. Quo pacto ergo primogenitus in multis fratribus et primitiae dormientium Christus esse potuit, *qui est caput corporis Ecclesiae?* Neque enim fides evidenter apparens fides dici potuerit; verum fides est, quae quod impossibile est in potentia, quod infirmum in virtute, quod passibile in impassibilitate, quod corruptibile in incorruptione, quod mortale in immortalitate esse credit. *Mysterium hoc magnum est,* ut ait Apostolus, *ego autem dico in Christo et in Ecclesia.* Non enim venit divinitas, ut sese iustificaret, neque enim P. 949.

c. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Editi vero et caeteri mss. *καὶ ὅλον εἶχε τὸν πρῶτον ὁ δεύτερος Ἀδάμ.*

d. Gobler. et Felckm. 1. *καὶ οὐχ εὑρέθη δόλος.* Mox iidem *πῶς οὖν ἔλεγε.*

e. Segner. *προςαγάγητε.* Paulo post Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. *ἐν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων.* Editi vero et caeteri mss. *ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου.*

f. Seguer. Gobler. Anglic. et Felckm. 1. *ἐν ὁμοιώματι.* Editi vero et alii *ἐν ὁμοιώσει.*

g. Seguer. Anglic. Basil. Felckm. 3. et 5. *πότε.* Mox Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. *καὶ τίς ἐν τούτοις.*

h. Seguer. *ἀνακαινώσει.*

i. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *κατὰ ἀδήλου φερομένη.* Anglic. *κατὰ ἀδήλου φαινομένη.* Mox Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *πιστεύουσα.* Editi et alii *πιστεύσασα.*

